Ephemeris

EPHEMERIS EPIGRAPHICA

CORPORIS INSCRIPTIONVM LATINARVM SUPPLEMENTUM

EDITA IVSSV

INSTITVTI ARCHAEOLOGICI ROMANI

MDCCCLXXII
FASCICVLVS PRIMVS

Aufdruck wie bisher

VENIT
ROMAE APVD INSTITVTVM
BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERUM
1872

Das Unternehmen eine Zeitschrift für Lateinische Inschriftenkunde, deren erstes Heft dem Publicum hiemit dargeboten wird, erscheinen zu lassen, ist hervorgerufen durch den berechtigten Wunsch, das unter der Autorität der Berliner Akademie der Wissenschaften herausgegebene Corpus inscriptionum Latinarum nicht veralten zu lassen, sondern von den neu aufgefundenen Inschriften, welche beim Abschluss der einzelnen Bände des Corpus inscriptionum Latinarum keine Berücksichtigung mehr finden konnten, wenigstens die wichtigsten bald zu veröffentlichen und dadurch das C. I. L. in der Weise zu ergänzen, dass wer dieses und die Zeitschrift neben einander benutzt, immer im Besitz des zur Zeit vorliegenden inschriftlichen Materials von einigem Belang bleibt.

Es sollen zu diesem Zweck alljährlich vier Hefte etwa von vier bis fünf Druckbogen erscheinen und einen mit Indices zu versehenden Band bilden.

Es ist anzunehmen, dass die aufzunehmenden Inschriften den in Aussicht genommenen Umfang nicht ausfüllen werden, und es wird der dann frei bleibende Raum zur Veröffentlichung von Untersuchungen auf dem Gebiete der Inschriftenkunde willkommene Gelegenheit bieten.

Jeder aus vier Heften bestehende Jahrgang der Zeitschrift wird zwei Thaler kosten und für diesen Preis sowohl von dem Archäologischen Institut zu Rom (Monte Caprino 131) als von dem unterzeichneten Verleger durch Vermittelung aller deutschen Buchhandlungen zu beziehen sein.

Berlin, im November 1871.

Georg Reimer.

La fondazione di un giornale destinato appositamente all' epigrafia latina, di cui il primo fascicolo ora vien offerto al pubblico, è giustificato dalla necessità di far seguire al Corpus inscriptionum Latinarum pubblicato sotto l'autorità dell' Accademia delle scienze di Berlino le iscrizioni ritrovate posteriormente. Affinchè i dotti sieno sempre al giorno delle scoperte epigrafiche, si imprende di pubblicarne subito per questo giornale almeno le più importanti, cosicchè chi unisce al Corpus questa Effemeride, abbia sempre a sua disposizione le iscrizioni di qualche pregio finora conosciute.

Ogni anno se ne pubblicheranno quattro fascicoli di quattro o cinque fogli ognuno, i quali formeranno un volume provvisto pure d'Indici.

Siccome probabilmente le iscrizioni da pubblicarsi nell' Effemeride non richiederanno tutto questo spazio, ciò che ne avanza si destina a ricerche ed osservazioni d'epigrafia latina.

Ogni anno dell' Effemeride si pagherà due talleri di Prussia equivalenti a lire italiane 7.50 e potrà aversi per questo prezzo tanto a Roma presso l'Istituto archeologico (Monte Caprino 131) quanto presso l'editore a Berlino e presso tutti i librai della Germania.

Berlino, Novembre 1871.

Giorgio Reimer.

EPHEMERIS EPIGRAPHICA

CORPORIS INSCRIPTIONVM LATINARVM SVPPLEMENTVM

EDITA IVSSV

INSTITVTI ARCHAEOLOGICI ROMANI

VOL. I

VENIT
ROMAE APVD INSTITVTVM
BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM
1872

INSVNT.

	Praefatio	p. 1—6
WILMANNS	Additamenta ad vol. I Antiquissimarum .	p. 7—32
MOMMSEN	Additamenta ad Fastos anni Iuliani vol. I .	p. 33—41
HENZEN	Additamenta ad Fastos consulares vol. I .	p. 42—43
HÜBNER	Additamenta ad vol. II Hispanarum . . .	p. 44—48
ZANGEMEISTER	Additamenta ad vol. IV Pompeianarum parietinarum	p. 49—54
MOMMSEN	Observationes epigraphicae:	
	I Ursus togatus vitrea qui primus pila	p. 55—57
	II De Iuniis Silanis	p. 57—67
	III De fide Leonhardi Gutenstenii . .	p. 67—77
	IV Grammatica ex actis Arvalium .	p. 77—80
WILMANNS	De praefecto castrorum et legionis . . .	p. 81—105
DITTENBERGER	De titulis nonnullis Atticis ad res Romanas spectantibus	p. 106—117
BORMANN	De quorundam aedificiorum publicorum urbis Romae titulis	p. 118—122
MOMMSEN	Observationes epigraphicae:	
	V De Diocletiani collegarumque nominibus crasis	p. 123—128
	VI Quinquefascalis tituli Cirtensis . .	p. 128—129
	VII De titulis C. Octavii Sabini cos. a. p. Chr. 214	p. 130—143
	VIII Titulus Atticus Frugi et Pisonis .	p. 143—152
HELBIG	Additamenta ad vol. I Antiquissimarum .	p. 153
HENZEN	Additamenta ad Fastos consulares Capitolinos vol. I	p. 154—156
HENZEN	Additamenta ad tabulas triumphales vol. I .	p. 157—159
BRIZIO / SCHÖNE	Additamenta ad titulos vasis fictilibus inscriptos Pompeius reperto	p. 160—176
ZANGEMEISTER	Additamenta ad vol. IV Pompeianarum parietinarum	p. 177—181
HÜBNER	Additamenta ad vol. II Hispanarum . . .	p. 182—186
HENZEN	De nundinis consularibus actatis imperatoriae	p. 187—199
MARQVARDT	De provinciarum Romanarum conciliis et sacerdotibus	p. 200—214
HENZEN	Miscellanea	p. 215—219

Mommsen	Observationes epigraphicae:	
	IX Alphabeta Etrusca reperta Clusii .	p. 220—221
	X Flamonium, flaminium	p. 221—222
	XI Στρατηγὸς ὕπατος	p. 223—226
	XII Analecta de Pisonibus et Crassis Frugi	p. 226—227
Rudorff	Per auctorem tutorem	p. 228
Jordan	De sacris quibusdam in hemerologio fratrum Arvalium commemoratis	p. 229—240
Dittenberger	De titulis Atticis ad res Romanas spectantibus	p. 241—254
Schöne	Felicis Feliciani Veronensis opusculum ineditum	p. 255—269
Mommsen	Observationes epigraphicae:	
	XIII De titulo reginae Pythodoridis Smyrnaeo	p. 270—276
	XIV Corollaria de Cleopatra Iubae domoque Archelai regis Cappadociae	p. 276—278
	XV S. C. de Thisbaeis a. u. c. 584 . .	p. 279—298
	Indices	p. 299—315

Cum eo perventum esset, ut inscriptiones Latinae per tria fere saecula neglectae et tantum non derelictae publice prodire inciperent opera eorum, quos Academia Scientiarum Berolinensis ei negotio praefecit, collectae recognitae expurgatae, eidem Academiae visum est quam primum curam agere, ut postea repertae item componerentur supplementorumque deinceps edeudorum tamquam quaedam fundamenta statim iacerentur. Nam ut ei qui domum aedificavit item incumbit, ut iusto tempore instauret eam et reficiat, ita qui eiusmodi corpus condunt, ingentem laborem perire sinunt et quod factum est rursus quodammodo infectum reddunt, si eam curam tempore finiri patiuntur sua natura perpetuam neque intellegunt opus esse praeter corpus ipsum additamentis ad id continuis. Haec enim est horum studiorum condicio, ut quae quotidie effodiuntur tam in Italia quam per imperii Romani quod fuit provincias, ea si quidem statim eduntur, inserantur ephemeridibus potissimum et academiarum maiorum minorumve actis et libellis in municipalium potius et provincialium gratiam quam eruditorum omnium scriptis, praeterea multa eorum ne prodeant quidem, cum occasio edendi deficiat. Ita fit, ut quae fors obtulit plerumque post annos demum iis innotescant quorum interest. Sane qui in his studiis operam posuit si cogitabit, qua molitione opus foret ad inscriptionum per hos decem annos proximos inventarum iustam notitiam comparandam, non negabit, nisi cura eadem, qua ad corpus inscriptionum Latinarum tandem aliquando pervenimus, post id absolutum strenue continuetur, post alios decem annos in inscriptionibus qui elaborent rursus nescituros esse, instrumentum necessarium unde sumant.

Habet autem ut opus ita continuatio suam difficultatem. Nam supplementa cum ut ipsum Corpus secundum regiones distribuenda sint, quotannis particulatim edi non possunt; neque onerandum est Corpus I. L. additamentorum fasciculis propter ipsum numerum molestis, neque committendum, ut ad prima quaeque apographa plerumque inscriptiones in eo edantur saepe mendosissima. Rursus autem magnopere optandum est, ut si non omnia certe potiora et graviora cum harum rerum studiosis omnibus quam primum communicentur. Haec diversa et quodammodo contraria ut quantum fieri potest conciliarentur, Academia quae nova sive in libris editis sive epistulis virorum doctorum afferantur statim examinari iussit et in collectanea referri, editionem vero supplementorum non fieri nisi per intervalla maiora et postmodum demum prout ea succreverint definienda, interim vero ea, quibus litterarum Latinarum studiosi non sine incommodo diutius careant, statim edi ephemeride ad id unum destinata. Eius negotii et maxime ephemeridis edendae curam iis potissimum demandavit, qui instituto archaeologico Romano iam ipsius Academiae auspiciis recto praefecti sunt. Nam ut Italia et in Italia maxime urbs aeterna horum studiorum origo est et domicilium, ita Institutum illud ad id ipsum, quo nos tendimus, etiam ante sponte sua tetendit nullumque hodie extat promptuarium inscriptionum Latinarum nuper repertarum minus imperfectum quam sunt acta eius maiora minoraque. Iam Ephemeris haec licet ibi edatur, ubi editur Corpus, cuius non est nisi accessio aliqua et auctarium, erit et ipsa Instituti archaeologici Romani, speramusque fore, ut coniunctis curis Italorum Germanorumqne, quorum illis haec studia patria sunt, his iam adoptiva, adiunctis item ceterarum nationnm a communibus litterarum studiis non abhorrentium officiis, hic inscriptionum Latinarum recens repertarum thesaurus per annos futuros fontis perpetui instar scaturriat.

Verum est fontem adhuc minime scaturrire, immo vix stillare. Nam cum nobis proposuerimus edita demum volumina Corporis I. L. hisce nostris pagellis supplere, adhuc tria tantum prodierunt antiquissimarum, Hispanicarum, Pompeianarum penicillo stilove scriptarum. Erunt igitur qui nos reprehendant propter praeproperam festinationem; sed videant, ne fallantur. Nam est aliquid in tali re coepisse. Deinde antiquissimarum syllogen ante hos octo annos editam supplementum vel hodie requirere periti non negabunt, nec spernent quas dabimus Hispanas et Pompeianas licet numero non ita multas. Prae-

terea haec ephemeris etsi eapropter instituta est, ut Corpus suppleat, eadem aliud quoque sequitur. Multa quae pertinent ad inscriptiones Latinas recte recognoscendas et plene explicandas cum non satis commode inserantur ephemeridibus iis, quae rebus litterisque antiquis universis illustrandis destinatae sunt (nam ut in aliis artibus, ita in hac nostra quoque pleraque sunt minuta abdita a communi philologorum corona procul habenda eademque tamen nobis utilia necessariaque), ea in ephemeride epigraphica locum invenient et certum et modestum et suum; eamque ita destinamus supplementis illis, ut ubi spatium superest, quaestiones epigraphicae in ea pertractentur. Quare ut in novas aedes primus locator recipitur quilibet ex multisneque ita severe cum eo rationes putantur, ita qui haec legunt non contemnent ephemeridem propter supplementa rara adhuc et exilia primorum fasciculorum, commentariolisque nostris interim sibi satisfieri patientur, quos confidimus aliquando locum cessuros esse auctariis uberioribus, maxime ubi prodierit quod iam sub prelo est corpus titulorum urbanorum.

Rogamus itaque, quibus hae litterae cordi sunt, ut hanc ephemeridem suis copiis adiuvare velint tam inscriptionibus recens repertis cum Academia Berolinensi Institutove Romano editorumve aliquo communicandis quam observationibus, quae ad nostram rem faciunt, suppeditandis. Quae mittentur non scripta lingua Latina, nostra cura Latine vertentur; nam ut in aliis ita in eo quoque ephemeris haec Corpus imitabitur, quod tota Latina erit. Fasciculi prodibunt singulis annis quaterni paginarum non minus septuagenarum. Singulis voluminibus indices adicientur; iidem denuo edentur coniuncti post singula sive quinquennia sive decennia, fere ut fieri solet in Instituti actis reliquis.

Scripsimus mense Octobri a. 1871.

Romae	GVIL. HENZEN.
	IOH. BAPT. DE ROSSI.
Berolini	THEOD. MOMMSEN.
Dorpati	GVST. WILMANNS.

Inscriptiones in Corpus receptae allegantur nudis numeris voluminis et tituli sic I, 36.

Inscriptiones in Ephemeridem receptae numerantur numeris per eam totam continuatis. Emendationibus receptarum in Corpus numerus similiter praescribitur addito eo loco, quo inscriptio ea de qua agitur edita est in Corpore intra parentheses sic 6 (= I, 45).

ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOLVMEN I.

AD INSCRIPTIONES BELLO HANNIBALICO ANTERIORES.

---

1 (ad I, 36; cf. I p. 553). Post ANNORV litterae M vestigia inveniri ulla negat Ritschelius in supplemento III[1]) p. XX lapide denuo inspecto.

---

2 (ad I, 38; cf. I p. 553). Idem ait l. c. p. XXI in lapide esse ACCVMV-LAVI.

---

3 litteris vetustis in fragmento columnae. De marmoris natura differunt periti; Altinius habuit pro eo q. d. *palombino*, Martinorius apud Garruccium pro eo q. d. *carnagione*, Ponzi geologus apud eundem pro eo q. d. *maiolica* effosso ex montibus Cornicnlanis. Rep. ad duodecimum lapidem viae Ostiensis *nella tenuta di Malafede.* Deinde apud sculptorem Fabium Altinium. Iam in cavaedio musei Lateranensis.



Henzenus *Bull.* 1869 p. 267 qui vidit et ab eodem Ritschelius in opusc. philolog. 2, 776. Misit Mommseno Benndorfius. Garruccius *de' canoni epigrafici di Frid. Ritschl* ex ephemeride *Civiltà cattolica* ser. 7 vol. 9 p. 40 sq. addita imagine lithographica.

Tota inscriptio cum obscura sit, de eo quod solum fere intellegitur *pleib*- pro *pleb*-, egit l. c. Ritschelius. Extremum vocabulum legendum esse PRO-

---

1) 'Priscae Latinitatis epigraphicae supplementa' quinque edita Bonnae a Friderico Ritschelio et quidem primum (pp. XVII) a. 1862, secundum (pp. XII) a. 1863, tertium (pp. XXII) a. eodem, quartum (pp. XVIII) a. 1864, quintum (pp. XXI) a. eodem, sic ut supra factum est a nobis allegabuntur.

BAVEQ monuit Henzenus; utrum sit *probave(re)q(ue)* an *probave(t)q(ue)*, nescimus. Garruccius quod proposuit, scripturam duobus ordinibus dispositam esse contendens, ...C · CINCI | AIDILE | PLEIB | OPVS (legit PV.) | PROBAVERO (legit ᴾAVEFO), id quatenus a nostra lectione discedit totum ficticium esse testantur Henzenus Corssenusque, qui ipsum lapidem totum detritum et confractum cum imagine Garrucciana diligenter contulerunt.

---

4 in magno lapide Albano, qui Tibure dicitur repertus esse; nunc est Romae in vinea Grandi prope circum Maxentii.

AID · CVR · VE/
ITERNS · LOc
AVIT · EISDE
M · AID · PL · PROB

Bormannus qui vidit *Bull.* 1869 p. 268.

..... *aid(ilis) cur(ulis) Ve[l]iterns (?) lo[c]avit, eisdem aid(ilis) pl(ebei) prob(avit).* In VE/ITERNS quid lateat, nescio.

POCVLA.

5 in poculo nigro picturis albis, quod ubi repertum sit ignoratur; Romam attulit homo regionis Clusinae. Simillimum est Volcani poculo (I, 50).

AISCLAPI · POCOCOLOM *sic*
puer volans d. praeferi-
culum, s. pateram tenens

Brunn, qui descripsit, *Bull. dell' inst. arch.* 1864 p. 24; Ritschl suppl. V p. IX et pictam tab. V *A*; Ariod. Fabretti C. I. Ital. CCCXIV, LXV.

De *ai* diphthongo in verbo *Aisclapi* cf. Corssenum *Vocalismus* (*ed.* 2) I 682. Formam Graecam eam, quae invenitur in aere Bononiensi (*Ann. dell' inst. arch.* 1834 p. 223 tab. E), AIΣXΛΑΠΙΟΙ, id est Αἰσχλαπίῳ, cum hac composuit Brunnius. Aesculapius cum inde ab anno demum 463 in Italia cultus sit (cf. Preller mythol. Rom. p. 606), patera post hunc annum picta videtur.

---

6 (= I, 45). Inter alia exemplari antiquitatum Hortae editarum a Fontaninio Romae a. 1708, servato Hortae apud clericum quendam, a nescio quo homine rerum antiquarum curioso post a. 1830 adscripta Carolus Zangemeister repperit poculi picturam proxime accedentem ad eas, quae cernuntur in tabula Ritscheliana X *c. d. e.*, inscripti sic:

CO·RA POCOLO

Inscriptionem eandem esse atque quam secundum relationem Garruccianam nos l. c. proposuimus sic: COERAE POCOLO probabile est; ab explicatione autem satius est adhuc abstinere.

VASCVLA CALENA.

7a in parte interiore patellae cretaceae nigrae litteris prominentibus circa figuras Bacchicae pompae ad aediculam tendentis similiter forma impressas. Initium et finis inscriptionis trium litterarum fere spatio distincta sunt. Rep. Tarquiniis.

L · CANOLEIOS · L · F · FECIT · CALENOS

O. Benndorf *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 243 qui vidit.

---

b (= I, 53) in altera simili, ex qua media prostat Sileni figura dimidia, circa quam inscriptio est serto circumdata. Rep. Caere a. 1834, nunc adservatur Parisiis in museo monetario publico male restituta.

L CANOLEIV · *L f. f*ECIT · CALE*NV*

Haec legitur I, 53 sic ut vasculi resarcinatores eam male composuerant et interpolaverant. Accurate inspecto vasculo Detlefsenus (Gerhard *archäol. Zeitung* 1863 p. 74*) intellexit hodie non superesse ex antiqua inscriptione nisi ea quae supra dedi litteris rectis; quae dantur inclinatis, accesserunt ex exemplo Krameriano, qui quaedam vidit postea deperdita. Plura quam supplevimus spatium recipere Detlefsenus negavit; scriptum fuisse necesse esse in testa CANOLEIV et CALENV. [Quae olim contra Detlefsenum scripsi l. c. p. 78 motus singulari admodum et paene mirifica nominis forma, iam refutata sunt reperto vasculo simili eo quod edidit Benndorfius. Th. M.]

8a litteris in circulum formatis, sed ut de principio constet propter ornamenta interposita, non scriptis, sed signaculo impressis, ut promineant, in patellae cretaceae nigrae fundo. Rep. Tarquiniis, nunc Petroburgi in museo.

RIITVS · GABINIO · C · S · CALIIBVS · IIIIC TII ·

C litterae verbi IIIIC fortasse I inscriptam esse adnotat Henzenus.

---

b in altera simili litteris melioribus ibidem rep. ibidemque nunc servata.

rETVS · GABINIVS · C · S I CALEBVS · FECIT

---

c in tertia simili ibidem rep.

RETVS · GABINIO · C// CALEBVS · FECIT · *E* ·

R littera nominis RETVS eius formae est ut paene pro ᴚ haberi possit; litterae T · E in fine restitutae sunt ab eo qui patellam fractam resarcivit.

Primam et secundam descripsit Henzenus *Bull. dell' inst. arch.* 1871 p. 153, tertiam O. Benndorf ibidem 1866 p. 242.

Retus nomen id ipsum est quod RHETVS scribitur I. Neap. 2383 sq. 5456 usurpatum ibi de hominibus condicionis libertinae. Gentilicium nomen cum adsit, elementa quae sunt C · S explicationem quae sponte se offert *Gai servus* non recipiunt, ut fortasse cogitandum sit de interpretatione *cum suis*. — De vasorum fictilium fabricis Campanis cf. Marquardt *Handbuch*

V 2 p. 254; Büchsenschütz *die Hauptstätten des Gewerbefleifses cet.* p. 24; Blümner, *die gewerbliche Thätigkeit der Völker des klassischen Alterthums* p. 116. — Postrema verba in *a* et *c* Garruccius legit: *fec(i) te*, cum in *b* sit: *fecit.* [Mihi quoque, cum hanc editam vidi, in mentem ea revocavit formulam *cum suis* in sacris sepulcralibusque aetatis imperatoriae obviam, quae etiam primis litteris notata reperitur aliquoties (ut Orell. 4506); quamquam eiusmodi tituli et aetatis et regionis diversae ad hunc explicandum proprie non faciunt. Etiam magis placeret *cum servis.* Sed fortasse adquiescendum est in interpretatione sollemni; nam etiam apud Ciceronem ad fam. 5, 20, 2 qui libertinus est *servus* dicitur potestque defendi servorum familiaeque vocabula olim ad libertinos quoque pertinuisse. In fine si quid est praeter *fecit*, certe qui explicat *fec(it) te(stam)*, paullo minus ab artis legibus recedet quam ibi inserens adlocutionem figuli ad ollam. TH. M.]

---

9 patella cretacea nigra litteris eminentibus intus scriptis, rep. Calibus, Mommseno visa Neapoli a. 1845 vel 1846, nunc Parisiis in musco baronis de Witte. C · GABINIO / / T · N · CALIINO

Descripserunt Mommsenus I. Neap. 6307, 24 et Detlefsenus apud Gerhardum *archäol. Zeitung* 1863 p. 71*. Pictam dedit Michaelis ibidem 1863 p. 43 tab. 173 n. 4.

---

10 in patella cretacea nigra, ex qua media prostare videtur flos radiatus, circa quem inscriptio est litteris prominentibus valde detritis. Caere rep.

.. GABINIVS · L · F · FIICIT

Ita legere sibi visus est H. Brunn *Bull. dell' inst. arch.* 1865 p. 221. Garrucci *canoni epigrafici* p. 10.

Initio lacunam indicavi ego, praenomen enim deesse non potest. L · GABINIO Garr.

---

11 in frusto patellae(?) in Sicilia rep., ex qua media prostat Scyllae figura.

L · GABINIO

Caylus *Recueil* (1759) p. 85 tab. III 22, 4; composuit cum proxime relata Brunnius.

---

12 *a* in patella cretacea nigra scriptum intus litteris prominentibus inter caelaturam, quae repraesentat Scyllam pisces crocodilum. Et elementa et caelatura simul impressae sunt eadem forma. Calibus reperta.

K · ATILIO

Novius per Neigebaurum misit Gerhardo (*arch. Anzeiger* 1863 p. 79*).

b in altera simili, in qua praeter inscriptionem ranula et cancer impressi inveniuntur. Neapoli emit Piot Parisinus.

· IC · ATILIO

Repperit Detlefsenus ediditque apud Gerbardum *archäol. Zeitung* 1863 p. 13*; vidit etiam Mommsenus l. c. p. 79*. Ab illo Ritschl suppl. II p. 10. Picta datur delineata a Detlefseno tam apud Ritschelium l. c. tab. n. *C* quam in ephemeride Gerhardiana 1863 p. 43 tab. 173 n. 3.

Prima littera patellae Parisinae sic est ıc; lineolam, qua iunguntur ı et c in pictura Detlefseni, in ipsa patella cerni negavit Mommsenus l. c. Littera ĸ similiter formata redit in titulo Umbro tabulae Ritschelianae LXXIII *A*.

---

13 in patera cretacea nigra ornata litteris pervetustis signaculo impressis. Rep. Vulcis inter a. 1835 et 1837. Extat Romae in museo Gregoriano.

C · POPIAI

Musenm Gregorianum II, 102, 2. 2*a*; Benndorf *Bull. dell' inst. arch.* 1866 p. 244, cui descriptam dedit R. Schoene.

---

14 in patella cretacea nigra inter folia caelati operis item forma expressae sunt litterae hae pervetustae. Toscanellae apud Valerium.

ĿAPI

O. Benndorf *Bull. dell' inst. arch.* 1866 p. 244, qui vidit.

[Inscriptiones quas supra rettulimus n. 7—14 eiusdem fere originis et aetatis esse dubitari non potest. Differunt a fabrilibus inscriptionibus aetatis posterioris eo, quod non leguntur extrinsecus in fundo vasculi, sed intus inter anaglypha, quorum partem faciunt iisdem formis litterisque et ipsis eminentibus expressae. Patellae profectae ex figlinis cum aliorum tum Gabiniorum Calenis originem eam plerumque indicant modo oppidi vocabulo enuntiato, quod est *Calebus*, modo ethnico *Caleni*, id enim cognomen non esse iam constat. Inventae sunt aliae ipsis Calibus (n. 9. 12*a*) vel certe in Campania (n. 12*b*), aliae exteris scilicet venditae in Etruria Tarquiniis (n. 7*a*. 8*a*. *b*. c.) Vulcis (n. 13) Toscanellae (n. 14) Caere (n. 7*b*. 10), fortasse etiam in Sicilia (n. 11). Nomen quod inscriptum habent, aut figuli aut, si magis placet, caelatoris, in omnibus videtur efferri casu primo; nam de tertio, quem olim parte tantum eorum cognita in quibusdam scriptum esse putavi, iam cogitari non potest. Sane quod primus casus sic finit modo in *os* (n. 7*a*), modo in *us* (n. 8*a*. *b*. c. 10), modo in *o* (n. 8*a*. c. 9. 11. 12*a*. *b*), modo in *u* (n. 7*b*), ut adeo in eodem vasculo *us* et *o* coniuncta reperiantur (n. 8*a*. c), mirum est. Sed fortasse etiam eo tempore, quo nominativus plerumque in *os* vel *o* efferebatur, *us* et *u* simul in usu fuerunt, ut I, 62 legitur in eadem lamina *Placentios* et *Placentius*, item n. 19 *Silanus* et *ebrios*, *Ilios* cet., n. 24 *Painiscos* et *Pilipus*. Cf. Corssen *Vocalismus* 2, 92. Th. M.]

---

15 in manubrio ex creta alba servato in museo Kircheriano.

P · CAISI

Descripsit nobis Zangemeister. Ed. Garrucci *graffiti di Pompei* p. 25 (inde Ritschl tab. XI *K*) neque descriptione vasculi addita neque loco ubi extaret indicato; unde Benndorfius adiecit Calenis. Iam utroque patefacto appare ad ea non pertinere; placuit tamen ponere et ipsum.

16 litteris stilo scriptis in fundo patellae fictilis nigrae. Asculi in museo municipali.

ƧMRIAZ

Descripsit de Rossi, testatus litteras rudes esse et remotae vetustatis. Hanc quoque adiecimus, etsi originis naturaeque diversae est.

CISTAE ET SPECVLA PRAENESTINA.

17 (= I, 54). *Nel territorio di Lugnano mia patria diocesi di Palestrina ... si è trovato un curioso monumento che è une grande mole di vaso di metallo di lamina sottile* cet. FICORONI in epistula ad Muratorium scr. 14 Mai. 1738 servataque inter Muratoriana (inde Schoene l. c. p. 152). *Quel pregievolissimo vaso di metallo che insieme colla patera ed una cassettina da riporre forse gli aromi per li sacrificj fu ritrovato pochi anni addietro nel braccio della Labicana vicino alla chiesa di s. Rocco e benchè il Ficoroni, che lo donò al Museo Kircheriano del Collegio Romano, credette che fosse scoperto fra i confini di Palestrina e di Lugnano, mentre fui accertato da chi lo vendè al detto Ficoroni che ritrovollo nell' enunciato sito.* CECCONI *storia di Palestrina* 1756 p. 90, quo testimonio confirmatur, quod de cistae ex ipsis sepulcretis Praenestinis origine coniecerat Mommsenus.

DINDIA · MACOLNIA · FILEAI · DEDIT ·

NOVIOS · PLAVTIOS · MED ROMAI · FECID

Tongiorgius *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 176 et Schoenius *Ann. dell' Inst.* 1866 p. 158 docuerunt FILEAI legendum esse, non FILEA; I littera latuit adhuc sub rubigine.

Ad ea quae de inscriptione sub uno cistae pede scripta I p. 553 ex Garruccianis rettulimus, addendum est ante Garruccium iam Marchium (*la cista atletica del museo Kircheriano* Romae 1848 p. 15) legisse ibi vocabulum MAQOLNIA. Addit is de tribus tantum primis litteris satis constare. Vere elementa quaedam ibi cerni etiam Tongiorgius idoneus testis et autopta Schoenio narravit (p. 156). Ceterum recte sine dubio Schoenius eam inscriptionem a fabro inter opus exaratam credit ideo, ut cuius cistae pes ille esset ne oblivisceretur, non ut exposita maneret.

18 speculum Praeneste rep. a. 1868; possidebat primum comes Tyskiewicz, nunc Sambon Neapolitanus.

				POLOVCES
vir nudus sinistra hastam tenens	CASTOR	*vir barbatus manibus ad arboris truncum adligatis*	AMVCOS	*vir nudus sinistra hastae innixus*

Helbig *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 14; H. Heydemann *Ann. dell' Inst.* 1869 p. 198 tab. VII 3.

19 Praeneste in cista.

in operculo:

Silenus	EBRIOS	*femina in equo marino*	*vir in monstro marino*

in ipsa cista:

SILANVS	DOXA	LAOVMEDA	AIAX · ILIOS	LECES	SORESIOS	ACMEMENO		ISTOR	LAVIS
Satyr cum femina	*femina in manu columbam tenens*	*femina hermae inniza fune cervam ducens*	*vir hastas innixus frenis equos duos tenens*	*scriptum in tabella columnae adfixa*	*vir hastas duas tenens arae innixus*	*vir baculo innixus*	*equorum capita duo*	*iuvenis digito nasum tangens*	*femina*

R. Schoene qui vidit in ann. inst. arch. 1870 p. 335 sq. tab. XXII. XXIII. Pro LAOVMEDA legi posse etiam LADVMEDA monuit Henzenus.

Quamnam fabulam repraesentare voluerit caelator cum nondum satis explicare potuerint viri eruditi, ne de nominibus quidem omnibus liquet. Qui medius cernitur omnino est Aiax Oileus, nam pro vocabulo Οἰλεύς item reperiri et Ἰλεύς et apud Latinos auctores *Oileus* (ut Cic. de orat. 2, 66, 265 *tuos Aiaces Oileos*) recte monuit Schoenius, neque audiendus est Corssenus (apud Schoenium p. 338) secundum vocabulum nescio quomodo trahens ad nomen equi. Item quod pingitur in tabella ad columnam pendente LECES, recte idem Schoenius vidit non esse alterius equi nomen, quae est opinio Corsseni, sed *leges* vocabulum. *Soresios* obscurum. *Acmemeno* est *Agamemno*; comparavit Corssenus quod est I, 1539*a Calvenet*(*ius*). *Istor* rursus obscurum, quamquam Graeca radix perspicua est. *Lavis* Corssenus credit esse Graecum Λαΐς probabiliter. *Laoumeda* mulier Graece dicenda fuit Λαομέδεια vel Λαομέδα, ut Ἀνδρομέδα. *Doxa* ad nomen certe intellegitur. *Silanus*, *ebrios* explicatione non indigent.

---

20 in cista rep. Praeneste, possessa primum a Pasinatio, nunc ab Anglo Donaldson.

	CASTOR					•	
iuvenis sinistra hastae innixus equum freno tenens	*iuvenis dextra hastae innixus equum freno tenens*	PATER · POVMILIONOM	*vir barbatus parvis pedibus et manibus, magno ventre dextra falcem, sinistra clavam tenens, leonis pelle indutus*	*Minerva dextra hastae, sinistra scuto inniza*	*femina alata sedens dextra sublata*	*femina puer puer*	*iuvenis*

R. Schoene qui vidit in ann. inst. arch. 1870 p. 344 sq. tab. XXIV. XXV. PATER POVMILIONOM a dextra ad sinistram scriptum est ut HERCELE I, 56, VICTORIA I, 1500, CASENTER I, 1501 (cf. p. 554 add. ad n. 55). Vocabulum legi posse et POVMIIONOM et POLMILIONOM monuerunt amici Romae degentes. Schoenius observavit sub nomine patris pumilionum repraesentari Pygmaeum.

21 cista aerea nuper Praeneste reperta, nunc Romae apud Martinettium.



Iuppiter (IOVOS) in solio sedens sinistra fulmen tenet, dextram imponit umero Iunonis (IVNO), quae iuxta eum stat. Ab iis aversus adstat Mercurius (MERCVRIS) oculis ad dextram, fortasse in Apollinem, coniectis, dextra caduceum (?) tenens. Iuxta stat Hercules, cuius nomen potest sub robigine latere, pelle leonina amictus et item ad dextram conversus. Ad eum respicit Apollo (APOLO), sed discedit tamquam iratus; dextra tenet laurum eamque Hercules prensat. Liberi (LEIBER) barbati, qui proximus est, facies expressa est adversa, videtur autem qnae finnt non attendere. Iuxta eum est vitis. Deinde Victoria (VICTORIA) manibus tractat lineam a qua globuli (margaritae?) apti sunt; iuxta humi iacent clupeus et galea. Prope est Minerva (MENERVA) capite nudo, corpore inclinato, ad dextram conversa, manum dextram imponens ori Martis (MARS). Is multo minore modulo expressus quam ceteri sinistra tenet clupeum, dextra proicit hastam, genibus positis in margine vasis magni crateri similis. Intra quod quae exhibentur lineae mirum in modum inflexae quid sibi velint, non intellegitur. Pone Minervam volat parvula Victoria taeniam, quam manibus tenet, capiti eius impositura. Postremae sunt Diana (DIANA) adversa facie et otiosa, et Fortuna (FORTVNA) amplo vestitu ad sinistram conversa; dextra eius sceptro innititur. — In limite superiore praeter alia ornamenta Cerberi forma facta est.

Cista singulari argumento quod incisum est et nominibus adscriptis insignis cum robigine vehementer correpta esset, iam ita est emundata, ut quae expressa sunt satis agnoscere potuerit Helbigius, quamquam fortasse minores quaedam res adhuc latent. Nomina accurate repraesentavimus supra et argumentum enarravimus a dextra procedentes ad sinistram. Interpretationem rei gestae ab artifice expressae probabilem se non repperisse scribit Helbigius, cui haec omnia debemus.

22 in speculo Praeneste rep.; possident Pasinatii.

TELIS	AIAX	ALCVMENA	
femina paene nuda, virum adiuvans qui arma induit	*vir arma induens*	*femina cum lyra et plectro*	*Silenus*

R. Schoene qui vidit ann. inst. arch. 1870 p. 351 sq. tab. XXIV. XXV.

De *Telis* nomine cf. Varro de r. r. 3, 3, 19: *ad hanc rem electis maximis gallinis nec continuo his quas Melicas appellant falso, quod antiqui ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam vocabant.*

---

23 speculum prope Praeneste repertum a. 1866; possidebat primum comes Tyskiewicz, nunc Sambonus Neapoli.

vir barbatus gladio stricto alterum aggrediens	*vir puerum amplexus eumque gladio perfossurus in ara sedens*	PILONICOS · TASEI∘ FILIOS
TASEOS	LVQORCOS	

Helbig *Bull. dell' Inst.* 1866 p. 14; de Witte *Comptes rendus de l'Académie* 1869 p. 105; H. Heydemann *Ann. dell' inst.* 1869 p. 197 tab. VII 2.

Quod post TASEI cernitur ∘ non pro littera accipiendum, sed puncti loco est.

Lycurgum regem Thraciae cum narrent mente alienatum a Baccho uxorem et filium occidere voluisse, quod hic proponitur ad fabulam diversam spectare videtur nobis ignotam, nec nominatur alibi neque Taseus vel Thaseus, quem qui de speculo egerunt Thasi insulae Thraciae vicinae eponymum esse coniectantur, nec filius eius Philonicus. Nota Graecum κ Latine reddi per litteram Q. Non recte Maury apud Wittium in vocabulo eo pro Lycurgo vidit Lupercum.

---

24 speculum Praeneste rep., nunc apud Augustum Castellani.

MARSVAS PAINISCOS

saltant circa craterem columnae impositum

VIBIS · PILIPVS · CAILAVIT

Benndorf *Bull.* 1867 p. 67; de Witte *Comptes rendus de l'Académie* 1867 p. 52; ann. inst. arch. 1871 p. 119 tab. 29 n. 2.

[Painiscos est Πανίσκος. Nomen si quidem vere est Vibius Philippus, mirum hac aetate, nam ita aut praenomine omisso aut nomine gentilicio alterum utrum iungitur cognomini. Nisi hoc significatur Philippum speculum caelavisse Vibiis, quod artificiosius est quam verius, statuendum est inverso ordine proponi nomen Vibii et praenomen Philippi. TH. M.]

TITVLI SEPVLCRALES PRAENESTINI.

Ad titulos sepulcrales fere centum, quos composuimus I p. 28—31 n. 74—165 et p. 554. 555 n. 1501*a*—*d* eruderatos ex necropoli vetusta Praenestina, iam accessit alterum tantum, quos hic dabimus alios ad ectypa Roma sub-

missa, alios ad editionem Henzeni maxime cura paratam in actis instituti archaeologici per hos annos editis, plerosqne autem (scilicet quotqnot carent asterisco) ab Adolfo Trendelenbnrg, qui a nobis rogatus ob eam rem mense Octobri a. 1871 Praeneste adiit, diligentissime recognitos vel etiam nnnc primnm descriptos. Locnm, quem in pineis inscriptio occnpat, ad eins maxime adnotationes indicavimus itemque formam litterarum ad eius exempla potissimnm expressimus. Monnit idem litterae *a* figuras A A A, item litterae *l* ⱶ ⱶ ⱶ L ita pingi, ut scriptura ab alia ad aliam per gradus declinet magis quam certa ratione eas distinguat. Litterae *c* formam angularem certam esse 1, 158 (nbi ‹·VSORO legit Trendelenbnrgius, cum Q pro C· ibi viderint Henzenus Ritschelinsqne), epb. 55. 111. Mommsenus I p. 554 statnit, cnm titulos ipse vidisset ad quadraginta, remotioris aetatis inscriptiones esse eas, quae in basibns rotnndis piuearum modo in margiue sive superiore sive inferiore, modo in basi media conscriptae sint, easqne videri tribnendas esse saeculo quinto sextove, fortasse etiam septimi initio, contra recentiores esse titulos, qui vel in pineis ipsis vel in basibns quadratis pineae suppositis leguntur, eas euim descendere nsque ad postremam reipublicae liberae aetatem. Ea divisio cnm post titulos postea in lncem prolatos repetito examini snbicienda sit, quod ex parte praeivit Heuzenus *Bull.* 1866 p. 134, nos quam accnratissime potuimus, quem quaevis inscriptio locum occupet, indicavimus. Addimus secundum adnotationes Trendelenbnrgi legi I, 86. 118. 120 in margine snperiore basis rotundae pincae; I, 91. 95. 158 in margine inferiore basis rotundae pineae; I, 92. 121. 124. 143 in basi rotundae pineae; I, 136 in basi protomae.

25 in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apnd Bonanuium.

M · ACVTI · C · F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.
Cf. I, 83 *C. Aquti C. f.* et titulum sequentem.

---

26 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868.

SEX · AFIⱶIVS · T · F

Henzenns ad ectypnm missum a canonico Praenestino D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

---

27 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannium.

ⱶ · AGVTI

Sic Trendelenbnrgius et ectypum Heuzeno missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.
In ed. errore legitur ⱶ · ACVTI · A · F.

28 in basi rotunda pineae. Praeneste apud Bonanninm.

C · ANCILI · T · F

Descripsit Trendelenburg.

29 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863. Hodie apud Bonanninm.

L · ANICIO

Henzenus *Bull.* 1863 p. 123 a Cicerchia.
Anicios Praenestinos alios habes I, 75—77.

30 in ipsa pinea litteris parum certis Praeneste in vinea Dominici Cecconi adfini vineae q. d. *la Colombella.* Hodie apud Bonannium.

MAIO · ANICIA · C · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135. Trendelenburgius excepit sic: MMO · A//IA · C · F/.

31 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie in fundo Barberiniano qui dicitur *ai prati.*

C · ANTONIO · MV · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.
In lapide est MV · F, non M · F.

32 in basi quadrata pineae. Rep. Praeneste a Galeassio.

ARACILIA · C · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia, ad quod edidit *Bull.* 1864 p. 21.

33 in basi quadrata pineae. Praeneste rep. in fundo q. d. *la Colombella*, hodie *ai prati.*

ATLIA · A · L
LAIS

Descripsit Trendelenburg.

[Hic titulus et n. 63 eo nomine notabiles sunt, quod cognomen mulieris habent post gentilicium soli ex Praenestinis his. Nam praeterea quae inveniuntur mulierum nomina praeter gentilicium, ei praeponuntur, ut *Euclesis* I, 94; *Gaia* (eph. 49 cf. n. 69); *Cemna*, fortasse pro *Gemina*, I, 99; *Graeca* I, 155; *L(ucia)*, si titulus recte lectus est, eph. 90; *Maio*, i. e. *Maior*, I, 108. 159. eph. 30. 121. 127 cf. 73; *Maria* I, 149. eph. 64; *Mino*, i. e. *Minor*, I, 78. 97. 153. 161. eph. 44. 80; *Rudia* I, 1501c; *Trtia* vel *Tert.* eph. 51. 108. Haec mulierum nomina, si excipias Gaiae et Tertiae et dubium Luciae, non notantur, sed perscribuntur, cum virorum praenomina paucis ex-

ceptis, quae sunt *Opi* I, 146, *Tirri* eph. 53, ..*cio* I, 150, perpetuo notentnr. Tria nomina ut in mulieribns nusqnam offenduntur, ita in viris quoque rara sunt et fere redennt ad Oppios solos, qnos Praeneste probabile est, ut Romae Cornelios, matnre in stirpes discessisse; horum sunt I, 122. 129. 130. 131. eph. 86. Alibi non inveniuntur nisi in titulis I, 110. 135. 156, quorum hic corruptns est; nam *Aris* eph. 57 qnid significet, ignoro. Th. M.]

34* [1]) Praeneste.

L · AVLI
..... ORCIVIVS

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

Vereor ne sint duo tituli male coniuncti. — Cf. infra n. 88.

35 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Hodie apnd Bonanninm.

L · AVLI · L · L

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

36 in margine inferiore basis rotundae pinene. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

AVLIA

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 166.

37* in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

AVLIA · C · F

Misit Henzenus ectypum acceptum a D. Bonannio, ad qnod edidit *Bull.* 1866 p. 134.

38 in basi rotunda pineae. Rep. Praeneste a Galeassio.

V · CAICI

Eadem videtur repetita litteris singularibus haec:

V · C

Prioris titnli ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia. Edidit *Bull.* 1864 p. 21.

[Praenomina virornm praeter recepta apud Romanos tituli Praenestini dederunt adhnc haec: *K.* I, 107. eph. 49. 102. 103; *Mai.* eph. 78; *Nu.* eph. 109 (cf. *N.* I, 74. 84 cet.); *Opi.* I, 146; *Pes.* eph. 50, qnod est *Pescennius* (cf. I, 137): *Pla.* I, 116; *Sta.* I, 103; *Tirri* eph. 53; *Tr.* eph. 78. 99; *V.* I, 75. eph. 38. 120. 123; ... *cio* I, 150. Th. M.]

[1]) Titulos asterisco distinctos non vidit Trendelenburgius. In reliquis ab eo recognitis nomen eius ibi tantum apposnimus, nbi lectionem emendavit.

39 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannium.

C · CAMELI · C · F

D. Bonannins *Bull.* 1870 p. 106.
Cf. I, 1501*a* et titulos sequentes.

---

40 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Adhuc ibidem.

CAMELIA

Misit Henzenus ectypum acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

41* in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

CAMELIA · C · F

Ectypum misit Henzenas acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

---

42 litteris pulchris et vetustis in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannium.

L · CARO/

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1867 p. 184.

---

43 in ipsa pinea litteris non optimis, sed vetustissimis. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannium.

A · CHOLHII · M · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1867 p. 184.

---

44 in basi quadrata pineae. Pracneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannium.

.. ce|STIO · C · F · C · N

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1867 p. 184.
Initio legerunt |OTIO Henzen, |STIO Trendelenburg.

---

45 in ipsa pinca. Praeneste in vinea Galeassi.

C · CEST

Bonannius *Bull.* 1867 p. 183.
Cf. I, 93. 94 et titalos seqnentes.

46* basis rep. Praeneste a. 1863 in fando Barberiniano.

CESTIA · Q · F

Henzeuus edidit *Bull.* 1863 p. 124 missam a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III *D.*

47* *sotto un busto femminile di pietra calcarea.* Praeneste.

CINCIA · C · F

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III *E.*

48* in basi quadrata pineae. Praeneste rep. a Galeassio.

COLIONIA · M · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia ediditque *Bull.* 1864 p. 22. Cf. *Mino Colionia* I, 97 (cf. p. 555).

---

49 (= I, 96) in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste rep. in vinea Bandiera, hodie apud Bonannium.

C COMENIAI · K · 'I

Sic excepit Trendelenburgius, de sola prima littera dubitans. Ad exempla corrupta datur I, 96.

---

50 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste apud Bonannium.

C · COMIO · PES · F

Descripsit Trendelenburg. Eandem ad ectypum evanidum et imperfectum ed. Henzenus *Bull.* 1869 p. 166 sic: C · COPAIO · P · F.

Eiusdem gentis nomen infra n. 54 sic effertur *Cumia.*

51* in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

TERT · CORIARIA

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

Cf. I, 100.

---

52 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

C · CRA · R · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

---

53 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

TIRRI · CRAISLI · TIR · F

Emendavit Trendelenburgius. Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 166.

CRAISLI Trendelenburg, lectionem certam esse testatus, eandemque etiam in ectypo agnovimus. CRIABLI Henzenus dubitans.

54 in ipsa pinea. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

MINO · CVMIA · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 164. Cf. n. 50.

---

55 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

ᑕ · DINDI

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 166; plenius Trendelenburgius.

---

56 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1863. Hodie *ai prati.*

CN · DINDI · CN
F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

---

57 in ipsa pinea. Praeneste rep. Galeassi.

GN · DINDINDI · ARIS · ﻝ F

Ectypum misit Henzenus acceptum a Cicercbia edititque *Bull.* 1864 p. 22; postea vidit ipse.

DINDINDI errore scriptum esse pro DINDI indicat Henzenus recte. — Editum est ARISIF; postea Henzenus lapide inspecto videre sibi visus est ARIS · ﻝ F idque nos quoque in ectypo legere videmur, confirmatque Trendelenburgius.

---

58 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

ﻝ · DINDIO · ﻝ · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 164.

---

59 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

A · EPOLEIVS · M
F

Emendavit Trendelenburgius. Bonannius *Bull.* 1870 p. 106. Iam confirmatur supplementum I, 105 propositum EPOLEIA · C · F.

---

60 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

M · EPOLEIO · C · F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

61 in ipsa pinea. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

M · EPVLEIVS · M · F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

62 in basi protomae. Praeneste in monasterio patrum trinitariorum discalceatorum.

ETRILIA · MV · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 166.

63* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatium.

ETrILIA · L · F · LONGA

Descripsit F. Matz *Bull.* 1870 p. 105.
ETPILIA Matz.

64 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Adhuc ibidem.

MARIA · FABRICIA/

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135. *Maria* praenomen habes I, 149; Fabricios Praeneste I, 106—108.

65 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

L · FEIDENATI · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

66 in ipsa pinea. Praeneste apud Bonannium.

C · FLAVIO · L · F

Descripsit Trendelenburg.

67* in pinea rep. Praeneste a Galeassio.

P · FLAVI · P · F

Henzenus *Bull.* 1864 p. 22 a Cicerchia.

68 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

M · FOVRI

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

69 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste apud Bonannium.

GAIA · HRI

Descripsit Trendelenburg.

70* in basi Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863.

SEX · GEMINIO · SEX · F

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III *H.*

71* in protome puellae, quae inaures habet et circa collum lineam margaritarum, rep. Praeneste.

in pectore:

GEMINIA · C · F

CN · VATRONI · VXOR

F. Matz qui vidit *Bull.* 1870 p. 105.

72* in basi rotunda pineae. Praeneste rep. in fundo dicto *la Colombella* m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannium.

GMINIA · M · F

Descripsit Trendelenburg. Ed. Henzenus ad ectypum missum a Bonannio *Bull.* 1869 p. 165 sic: COMINIA · M · F; sed G littera certa est.

---

73 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Hodie apud Bonannium.

O · CESIA

Trendelenburg descripsit de secunda littera dubitans; D. Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

Fuit *Maio* (vel *Mino*) *Gesia,* id est *Gessia.*

---

74 In basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi vicina fundo qui dicitur *la Colombella.*

L · IVNIVS · C · F

Bonannius *Bull.* 1867 p. 183.

Iunios cf. I, 112. 113.

75* fortasse in basi pineae. Praeneste in vinea Galeassi.

LASEONI

Bonannius *Bull.* 1867 p. 184.

---

76 in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannium.

Q · MAGOLNI · L · F · L · N

Recognovit Trendelenburg; Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

Macolnios Magolniosve vide I, 116—118.

---

77 in basi quadrata pineae. Praeneste apud Bonannium.

S · MAG

Descripsit Trendelenburg.

78 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

TR · MAMIO · MAI F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

79* Praeneste.

L · MANICI · M · F

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III *G.* Cicerchia tum cum titulus repertus est ipsum MANICI nomen legit; in ectypo Ritschelius legere non potuit nisi litteras L·MA///I·M//.

80 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannium.

MINO · MATLIA

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

81 in margine inferiore basis quadratae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

MINVCIA · C · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 166.

82* litteris maioribus in basi protomae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

NOVIEIA . L · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a Bonannio, ad quod edidit *Bull.* 1866 p. 134.

83 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie apud Bonannium.

C · OCTAVI · L · L

Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

84* litteris solito maioribus in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

OCTAVIA · Q · F

Bonannius *Bull.* 1867 p. 183.

85* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatium.

M · OPIO · M · F

F. Matz qui vidit *Bull.* 1870 p. 105.
Opios sive Oppios cf. I, 122—132.

86 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste rep. a Galcassio. Hodie apud Bonannium.

P · OP'O · CEST

Ectypum misit Henzenus acceptum a Cicerchia ediditque *Bull.* 1864 p. 22.

87* Praeneste.

OPIA · L · F

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

---

88 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

ORCEVIA · C · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165. Hodie deesse C · F ait Trendelenburgius.

Orcerios, Orcivios, Orcuios cf. I, 133—136, eph. 34. 89.

---

89 in basi rotunda pineae. Praeneste rep. a Galeassio. Extat apud Cicerchiam.

Q · ORCVIVS · Q · L *sic*

Ectypum acceptum a Cicerchia misit Henzenus ediditque *Bull.* 1864 p. 22.

[Notabile est in titulis his Praenestinis inter duos consonantes passim vocalem *e*, raro *a* omitti: ut legitur *Atlia* eph. 33; *Cemna* I, 99, si lectio proba est; *Craisli* eph. 53; *Gminia* eph. 72; *Mgolnia* I, 118, *Matlia* eph. 80; [*N*]*umtoriai* I, 121; *Orcvio* I, 133, *Orcvius* hic, cum alibi legatur *Orcevius*; *Pescnio*.... I, 137; *Ptronio* eph. 92; *Poldia* eph. 95; *Trtia* eph. 108; *Volntili* eph. 126, cum alibi sit *Volentilius*. Th. M.]

---

90 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

PACILIA · A · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

---

91 in basi rotunda pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

L · PAPIA

Ectypa plura, sed evanida omnia misit Henzenus accepta a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135. Emendavit Trendelenburg, adnotans litteras duas paenultimam et ultimam incertas esse.

---

92 litteris vetustissimis in basi rotunda pineae. Praeneste in vinea Galeassi.

L · PTRONIO · C · L *sic*

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1867 p. 184.

93 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adbuc ibidem.

PETRONI · IVNIA

Bonaunius *Bull.* 1870 p. 106.
Malumus IVNIA · PETRONI.

94* in basi. Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863.

L · PLAVTIO · M · F · L N

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicercbia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III *F.* Littera postrema dubia est; Ⲛ tabula Ritschelii, qui proposuit N probabiliter; M Henzenus. *Plautios* reperies I, 138. 139.

95* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatium.

POLDIA · C · F

F. Matz qui vidit *Bull.* 1870 p. 105.

---

96 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

C · PVLLIVS · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

---

97 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

P · PVLI · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

---

98 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

Q · PVLIVS · L · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

---

99 in columna. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adbuc ibidem.

TR · PVPI · M · L

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

---

100 in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Dom. Ceceoni. Hodie apud Bonannium.

.. ROSCI · C · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135.
Cf. I, 143.

101 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Adhuc ibidem.

L · SAMIARI · C · F

Ad ectypnm acceptnm a D. Bonannio, quod nos non vidimus, Henzenus edidit *Bull.* 1866 p. 135. Trendclenbnrg legit SAPNIARI, de P littera dubitans.

102* litteris solito maioribus in basi pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi.

C · SATRICANI · K · F

Ectypnm misit Henzenus nceeptum a D. Bonaunio ediditque *Bull.* 1866 p. 134.

[Titulus hic qnique scquuntnr soli fere probant, quicumque Praenestinorum non concepti sint casu primo, ad sccundum revocandos csse, non ad tertium; nam mnlierum, ut I, 147 *Sehiai L. Opi*, tam ad genetivum accommodari possunt quam ad tertium, virorum autem plerique in *i* finientes tam ad nominativnm quam ad genetivum. At cum, certc secundnm leges nomenclaturae Romanae, *Satricanus* requiratur, hic genetivus intellegendus est. Qnamquam titulo fracto eph. 129, in qno est ICANIA, potest defendi gentilicii formam Praenestinam fuisse Satricanium. Th. M.]

---

103 Praeneste.

K · SATRICANI · K · F

Ectypnm misit Henzcnus. — Quam in basi quadrata pineae apnd Bonannium Trendelenburgins vidit .... ICANI · K · F, aut hnec cst fracta ant ea quae praecedit.

104* in pinea. Praeneste in vinca Dom. Cecconi.

/SATRICANI
L · F

Dedimus ad ectypnm. Henzenns *Bull.* 1866 p. 134 a D. Bonannio acceptam edidit sic: L· SATRICANI .....

---

105 in basi rotnnda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

M · SAVFEIVS · C · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.
Cf. I, 145. 146.

---

106 litteris solito maioribus in basi qnadrata pineae. Praeneste apud Bonanninm.

SAVFE

Descripsit Trendelenburg.

107* in basi. Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863.

SAVFEIA

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III *C*; Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.

108 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

TRTIA · SAVFIA *sic*

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

109 in basi rotunda pineae. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Hodie apud Bonannium.

Ŀ · SHĿICIO · NV · F

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

Litterae certae sunt omnes, etiam tertia, quam pro *e* habendam esse tituli Seliciorum Praenestini I, 148. 149. eph. 110 demonstrant.

110 in basi quadrata pineae. Praeneste in fundo Hann. Bernardini. Adhuc ibidem.

M · SELICIVS
C · F

Emendavit Trendelenburg. Bonannius *Bull.* 1870 p. 106.

111 *sopra la piramide di pigna.* Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Adhuc ibidem.

SERVIA · M · F
ⅭINSI · VXOR

Ectypum misit Henzenus acceptum a D. Bonannio ediditque *Bull.* 1866 p. 135.

112* in basi. Praeneste in fundo Barberiniano rep. a. 1863.

C · TAПIO · SEX · Ŀ

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia; Ritschl suppl. III p. VI tab. III *I.* Tampios Tapiosve vide I, 150. 151. 1501*b*.

113* in pinea. Praeneste repperit Galeassius.

Ŀ · TAMПIO

Ectypum non satis evidens misit Henzenus a Cicerchia acceptum ediditque *Bull.* 1864 p. 22.

114 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannium.

M · TAMPI · C · F

Henzenns ad ectypum missnm a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

115* in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868.

M · TAMP · M · F

Misit D. Bonannins 1869 p. 165.

---

116 in margine inferiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

Q · TEREBVNI · M · F

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

---

117 in basi rotnnda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie apud Bonannium.

TERENTIA · C · F

Henzenns ad ectypum missum a D. Bonsnnio *Bull.* 1869 p. 165.

---

118 in ipsa pinea. Praeneste in vinea Dom. Cecconi. Hodie apud Bonannium.

TITIA · P · F

Misit Henzenns ectypnm acceptum a D. Bonannio edidítqne *Bull.* 1866 p. 135.

Cf. I, 152.

---

119 in basi quadrata pineae. Praeneste in vinea Galeassi. Hodie in domo advocati Cicerchia *al corso* n. 105.

TITOLEIAI · M · F

Emendavit Trendelenbnrg. Non recte Bonannius *Bull.* 1867 p. 183.

Post primum T fortasse adest pnnctum, certe interstitium.

---

120 in basi quadrata pineae. Praeneste in fnndo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

V · TONDI · M
L

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

121* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatium.

MAIO TVTIA · Q · F

F. Matz, qui vidit, *Bull.* 1870 p. 105.
Cf. I, 153 MIN · TVTIA.

122* Praeneste.

VATRONIVS

Henzenus *Bull.* 1863 p. 124 a Cicerchia.
Cf. I, 155.

123 in basi rotunda pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

V · VATRONIVS

Bonannius *Bull.* 1869 p. 165.

124* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatium.

VEHIꟾIA · M · F

F. Matz, qui vidit, *Bull.* 1870 p. 105.
Cf. I, 157.

125* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatium.

VETTEIAI · T · F

F. Matz, qui vidit, *Bull.* 1870 p. 105.

126 in margine superiore basis rotundae pineae. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

C · VOꟾNTIꟾI · C · ꟾ *sic*

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 165.

127 in ipsa pinea. Praeneste in fundo dicto *la Colombella* rep. m. Sept. a. 1868. Hodie *ai prati.*

MAIO · VOꟾENTIꟾIA

Henzenus ad ectypum missum a D. Bonannio *Bull.* 1869 p. 164.

128* Praeneste.

F · GRECIA

Bonannius *Bull.* 1870 p. 105.
Corrupta videtur.

129 in basi rotunda pineae. Praeneste apud Bonanuium.

LICANIA

Descripsit Treudelenburg.

130* Praeneste.

. . . . . . \ · Q · F

Bonaunius *Bull.* 1870 p. 105.

131* Praeneste rep., nunc Romae apud Fortunatium.

. . . . S · L · F

F. Matz, qui vidit, *Bull.* 1870 p. 105.

132—138 Laminae aeneae *da una collezione di oggetti antichi formata in una città della Basilicata (Lucania)* Fabretti. Nunc in museo Taurinensi publico.

132 OV · AFARIES · OV

133 OV · CAISIDIS · OV

ab altera parte:

134 TR · PLATORIVS · TR

135 NO · COMNI · NO

136 N · MARAIES · N

137 C · SOIES · MIN

138 L · VILLIVS · V · F

Descripsit Mommseuus. Edidit Ariod. Fabretti *Atti e Memorie della Deputazione di storia patria per la Romagna III (Bologna 1868)* p. 155 sq. et C. I. Ital. CCCXIII. LVIII bis A—F. N. 123 ligno incisam idem dat in glossario p. 1681.

Ad patrum nomina filius in una tantum additur n. 138 omnium sine dubio recentissima. Praenomina sunt *G(aius)* n. 137, *L(ucius)* n. 138, *Min(atius)* n. 137, *No(vius)* n. 135, *N(umerius)* n. 136, *Ov(ius)* n. 132. 133, *Tr(ebius)* n. 134, *V(ibius)* n. 138. Inter gentilicia nomina *Afarium, Caesidium, Platorium, Soium* (Grut. 828, 11), *Villium* nota sunt; *Maraies* videtur esse Marius (cf. Mommsenum *Unterit. Dial.* p. 277), *Comni* fortasse Cominius. Ceterum hos titulos recepimus quidem, cum pertineant ad antiquam litteraturam Latinam illustrandam, sed plerosque eorum Oscos magis esse Latinis litteris scriptos quam vere Latinos demonstrat et omissio filii et nominativus secundae declinationis finiens in *es* et praenominum non Romanorum prae receptis apud

Romanos frequentia. Idem iudicium facimus de tessera eburnea Romam allata ad Saulinium ex agro Tarricinensi sic inscripta:

STATIS · CLÓIL · C

quam edidit Brunnius *Bull.* 1864 p. 37. Denique titulum in Paelignis repertum hunc (*Bull.* 1865 p. 37, *Ann.* 1866 p. 118 sq.):

T · VIITIO | DVNO | DIDIIT | HIIRCLO | IOVIO | BRAT | DATA

recte docuit Corssenus nequaquam Latinum esse, cum praesertim *brat* vocabulum interpretationis incertae alibi quoque redeat in titulis Oscis.

G. Wilmanns.

ADDITAMENTA
AD FASTOS ANNI IVLIANI
(vol. I p. 293—412).

Fastorum anni Iuliani quae tenebamus exemplaria aucta sunt uno, nempe eo quod effossionibus in luco deae Diae nostri regis iussu institutis per a. 1867 et 1868 inter actorum Arvalium reliquias repertum est, publici autem iuris factum ab Henzeno in relatione de iisdem effossionibus edita Romae a. 1868 p. 84—93. Nos secundum huius ephemeridis institutum reservata ipsius tabulae repraesentatione corporis voluminibus postea prodituris interim referemus quaecunque in reliquiis iis continentur ita digesta, ut digessimus in primo volumine exemplaria eo tempore nota.

Inscriptionis uno versu maximis litteris scriptae particula superest haec:

(*desunt litterae c.* 37) MP · MAG · FRAT · ARVAL (*desunt litterae c.* 5)

Apparet magistrum aliquem collegii eos fastos in luco sacro proposuisse iisque nomen praescripsisse. Qui cum [*i*]*mp*(*erator*) appelletur, recte observavit Henzenus hic non significari imperatorem qui rebus praeesset; nam extremis annis Augusti, quo tempore fastos hos scriptos esse mox demonstrabimus, neque Augusti neque Tiberii nomen in *imp.* nudum desinere potuit. Nummi certe lapidesque inter honores Augusti et Tiberii imperatorium raro ultimo loco collocant neque iterationis indicationem omittere solent. Iam cum Augustus post rem publicam constitutam a. 727 imperatoris honorem propter ipsum nomen invidiosum et periculosum non concedere soleret nisi proxime coniunctis cum domo imperatoria, non crediderim ullum eo tempore in vivis fuisse imperatoris honore ornatum praeter ipsos illos, qui rebus praeerant, et Germanicum imperatorem appellatum bis, quarum acclamationum altera sive prior sive posterior facta est anno p. Chr. 14 paucis post Augusti excessum mensibus (Tac. ann. 1, 58). Eundem in collegium fratrum Arvalium vivo etiamtum Augusto cooptatum esse acta ostendunt anni p. Chr. 14, quamquam miro errore Marinius eius nomen ita non agnovit, ut inauditum inde Tiberii agnomen effecerit. Quare fortasse non errabit, qui extremis Augusti annis ipsique Germanico hos fastos tribuit. Excipiendus tamen est Augusti postremus p. Chr. 14, quo anno alium magistrum collegio praefuisse ex actis modo citatis constat.

Haec si ita se habent, Germanicus necesse est imperator primum dictns sit Augusto vivo et acclamatio anni p. Chr. 14, de qua diximus, ad eius honoris iterationem pertinuerit.

Aetatem recte definivit Henzenus includi inter a. 742, quo Augustus pontifex maximus factns est, et 767 = 14 p. Chr., quo diem obiit. Nam illud sacerdotium Augnsto tribuitur in fastis ad Sept. 23 scriptum prima manu; contra absunt a diebus Oct. 3—12 ludi divo Augusto et Fortunae Reduci instituti quidem antea, sed in fastos relati postquam excessit. Accedit quod Augustus, ubicumque nominatur, neque divus dicitur neque nudo nomine, sed aut *imp. Caesar* (Sept. 2) aut *Caesar Augustus* (Sept. 3) aut *imp. Caesar Augustus pontifex maximus* (Sept. 23), ut fastos qui scripsit exarasse videatur eo etiamtum vivo. Itaqne fasti Arvalium aetate suppares sunt Praenestinis et Vallensibus (I p. 295). Liturae multae reperiuntur aliae rescriptae, aliae relictae, ita comparatae omnes, ut quadratarii minime diligentis errores statim ita videantur emendati esse, nec quicquam indicet quae post tabulam hanc propositam senatus fastis inscribi vel inde demi iussisset, hic addita demptave esse. Reliqniae quae supersunt spectant ad dies Apr. 23; Mai. 20. 21. 22; Aug. 1. 2. 3. 23—27; Sept. 1—5. 13. 23—26; Oct. 1—7. 9—11. 14. 15. 19—23. 26—29; Nov. 1—8. 12—19, sed ut dierum Mai. 20. 21. 22 Oct. 14. 23 non habeamus nisi solas litteras nundinales. Praeterea frustulum repertum est litteras habens moduli maximi $^{BC}_{CC}$, quae quo spectent, determinari non potest.

Ad p. 367. Notae dierum fastorum nefastorumque cum praeterea a consueta forma non recedant, singulare est eam quae sic formari solet NP hic semper ita pingi NP, eam vero quae solet esse N in iis quas habemus reliqniis semel tantum (ad diem Oct. 1) servatam ibi sic pingi NP, ut absit ductus ille transversus. Erunt qui credant ita significari inesse in contignatione praeter N elementnm E, scilicet vocabuli quod est *nefastus* alterum; at nec contignationis consuetudo ad eam aetatem adscendit, quae hisce notis originem dedit, nec tractns ille litteram E recte repraesentat, quippe cui ad imam hastam altera lineola transversa nulla respondeat. Mihi ut solitae notae NP et N creduntur esse illa eiusdem elementi figura antiquissima ex quattuor lineis composita, haec recentior trium linearum ad differentiam diei nefasti laeti et tristis designandam simul adhibitae, ita in fastis Arvalium solam antiqnissimam litterae *n* figuram, quae est NP, usurpatam esse existimo differentiae causa in nefasto laeto lineola transversim adiecta.

Ad p. 368. Dierum notae, quae ubi nihil adnoto a consuetis non recedunt, snpersunt horum: Aug. 1; Sept. 1. 2. 3. 4. 5. 23 (ut Maff. Vall.). 24 (ut Maff. Sab. Pinc. Vall.). 25. 26; Oct. 1. 2. 3. 4. 5. 6 (ut Maff. Ost. Amit.). 7. 11 (ut Amit.). 15. 20. 21. 22; Nov. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

Ad p. 375. Adnotationem quae est FERIAE IOVI tum non repertam nisi in mensibus Maio Iunio Augusto in plenis fastis ad idus omnes adscriptam fuisse quod conieci, id fasti Arvalium confirmant; habent enim eam ad omnes tres quae in iis supersunt idus Septembres Octobres Novembres adscriptam.

Praeterea quod ibidem ostendi dies nominatos anni Numani omnes item fuisse feriatos iisque omnibus in fastis plenis feriarum vocabulum adiectum fuisse adiecto cui singulae fierent deo deave, fasti Arvales item confirmant, cum in quinque diebus nominatis quos recensent tres feriarum vocabulum adscriptum habeant (Aug. 25 Opiconsivis: *feriae Opi*; Aug. 27 Volturnalibus: *feriae Volturno*; Oct. 11 Meditrinalibus: [*fer*]*ia*[*e Iovi*]), duo reliqui (Aug. 23 Volcanalium; Oct. 19 Armilustrii) simile supplementum aut requirant aut certe admittant.

AD COMMENTARIOS DIVRNOS.

In hemerologio Arvalium quae leguntur antea in similibus similiter reperta cum nullam explicationem requirant, satis habui rettulisse.

IX K · MAI · (Apr. 23).

[V]eneri Eruc[in(ae) extr]a port(am) Collin(am).

Ad hunc diem optime rettulit Henzenus fragmentum solitarium sic ab ipso suppletum:

a uin f *u*ENERI ERVC*in*

*extr*A PORT COLLIN

Feriae ex Ovidio aliisque notissimae Veneri Erucinae celebratae in aede ei deae eo die dedicata extra portam Collinam in hemerologiis adhuc desiderabantur. Dixi de iis breviter p. 392.

K · AVG (Aug. 1).

[Spei] in foro holit(orio).

Adnotatio ad hunc diem adiecta in fastis Arvalium legitur restituta in litura; quid antea ibi scriptum fuerit, ignoramus, sed videntur eadem fere fuisse a quadratario fortasse pessumdata et postea emendata. Illum indiligenter opera functum esse ostendunt maxime mendae in adnotatione Sept. 2 admissae.

EODEM DIE

F(eriae) ex s(enatus) c(onsulto), [q(uod) e(o) d(ie) imp. Caesar rem pu]blic(am) tristiss(imo) periculo [libera]vit.

IV NON · AVG · (Aug. 2).

[Feriae ex s. c. Caesa]ris h(onoris) c(ausa) Hisp(ania) [citerior]e devicta [et quod in P]onto regem [Pharnacem] devicit.

X K · SEPT · (Aug. 23).

[Volc(analia). Feriae] Volcano. [Volk(ano) in circo Flam(inio). Nymp]his in camp(o). Opi Opifer(ae) [in ....], Quir(ino) in colle, Volk(ano) [in] comit(io).

Reliquias has lapis fractus ita propnnit, ut qnae sequuntur post VOLCANO pari iure ad diem sequentem Aug. 24 referre possis; recte tamen Henzenus diem Volcanalium praetulit, cum numina quae sequuntur pleraque certe coniuncta sint cum incendiis arcendis. Versus in quo legitur QVIR · IN · COLLE · VOLK restitutus est in litura. — Sacra hacc apud auctores nnn commemorantur neque hemerologia adhuc nnta eorum mentionem fecerunt praeterquam qnnd in Vallensi ad hunc diem adscriptum est *Volcano in circo Flaminio.* Aedem Volcani extra urbem fuisse Plutarchus ait (q. Rom. 47), in campn collncat Livius 24, 10, 9; nec diversam esse iam puto eam quam fasti Vallenses in circo Flaminio ponunt. Nam circus Flaminius et campus Martius quamquam nequaquam promiscue usurpantur, tamen aedes in confinio pnsita ad utrumque referri potuit. Eam aedem in circo Flaminio factam sine dubio etiam fasti Arvalium primo lnco nominaverunt Eodem die eidem deo sacrum factum esse etiam in comitio, id est in Volcanali sive area Volcani (cf. Becker top. p. 287) iidem patefecerunt. — Nymphas (sic enim recte omnino Henzenus vocabulum fractnm supplevit) aedem in campo habuisse, Volcani puto contiguam, nunc primum addiscimus. Putarim tamen ab ea aede Nympharnm non differre dudum nntam Iuturnae, quam propter aquarum inopiam ei factam esse a Lutatio Catulo ibi 'ubi Virginea Campus obitur aqua' auctores sunt Varrn (apud Servinm ad Aen. 12, 139) et Ovidius (fast. 1, 463; cf. Becker top. p. 630). Nam Iuturna dea 'Lympha' (id est Nympha) 'Iuturna' dicta Varroni (l. L. 5, 71 cf. 7, 87) eodem auctnre (apud Servium ad Aen. 12, 141) inter Nymphas ponitur eamque assecla Varronis Ovidius (fast. 2, 590 sq.) Nympharum Latinarum sororem Naidaque ipsam appellat. Quare in fastis aut ante Nympharum nomen Iuturnae inserendum est et sic fere supplendum [*Iuturnae et Nymp*]*his in camp*(*o*); aut, si supplemento ei spatia obstant in hisce fastis difficulter dimetienda, Nympharum nomine dicemus Iuturnam comprehendi. Haec si vera sunt, intellegitur Iuturnam deam cultam esse a Romanis propterea, ut per eam averteretur aquarum inopia in incendiis arcendis summopere timenda, eamque ita recte Vulcano adiungi. Eam coniecturam aliquantum firmat, quod Iuturnae lacus in foro non ita longe remotus a Vulcanali respondet aedibus duabus vicinis iisdem numinibus extra urbem dedicatis. — Ei deae olim Diutnrnae nomen fnisse nuper aperuit titnlus musei Vaticani originis incertae editus in ephemeride instituti archaeologici a. 1871 p. 137 ab Iosepho Tomasellio sic inscriptns utrimque: *Ti*(*berius*) *Ti*(*berius*) *Iulii Staphylus* [*e*]*t Nympheus p*(*ater*) *et f*(*ilius*) *d*(*e*) *s*(*ua*) *p*(*ecunia*) *Diutur*(*nae*). Potuerunt idem dudum docere nos philologi, cum apnd Ciceronem in Cluentiana 36, 101 in libris omnibus sit *ad Diuturnae.* Item in Flori libro Palatino 1, 28 [2, 12] legi *apud Diuturnae lacum* testor de visu, cnm in varia lectione Iahnii mei eam scripturam typngraphi obscurarint. At hic quoque ut in aliis ad extirpandnm erro-

rem tralaticium opus fuit lapide, qui, ut ait poeta noster, eloquens testis emergeret ex gremio terrae. Sane Iuturnae nomen iam Varro (l. L. 5, 71) derivat ab eo quod invet, nec hoc dico Vergilio posterioribusque vetustam formam reddendam esse, non magis quam Iovem ibi fieri debere Diovem (cf. Corssen vocal. 1, 211 seq.); at Ciceroni illa restituenda est eamque in dedicationibus vel Tiberiana aetate retentam esse titulus Vaticanus ostendit. — Ops Opifera ipsa nunc demum accedit ad numina Latina ea, quorum ad nos memoria pervenerit; quamquam et facile explicatur maxime coniuncta numinibus in incendiis arcendis invocatis et requiritur quodammodo propter alteram Opem, quae cur Consivia appelletur, nunc demum satis perspicitur. — Quirini denique aedes in colle quamquam notissima est, cur hoc die una cum Vulcano Nymphisque et Ope opifera sacrum ei potissimum fiat, non constat; nam in incendiis arcendis si quae eius numinis partes fuerunt, hodie ignorantur.

VIII K · SEPT · (Aug. 25).

[Opic(onsiva)]. Feriae Opi [Consiviae] in Regia.

Opis Consiviae sacrarium fuisse in Regia ibique ei quotannis a virginibus Vestalibus et sacerdote publico sacrum factum esse populo excluso auctor est Varro (l. L. 6, 21). Id est sacrum in fastis Arvalium perscriptum. Fasti Vallenses huius diei ferias celebrari aiunt in Capitolio respicientes aedem Opis, quae ibi fuit, ibique populum ei deae sacrum fecisse consentaneum est, cum ad Regiam non admitteretur. Opalia, quae sunt alterae eiusdem deae feriae diei Dec. 19, cum in fastis Amiterninis dicantur celebrari ad forum, fortasse ea indicatione et Regia et aedes Opis comprehenduntur.

VI K · SEPT · (Aug. 27).

Feriae Volturno.

K · SEPT · (Sept. 1).

Iovi tonanti in Capitolio.

EODEM DIE

Iovi, Iunoni Reginae in Aventino.

Versiculus in litura restitutus est ob causam incertam. — Aedes Iovis Libertatis alteraque Iunonis Reginae in Aventino utraque notae sunt (cf. Becker top. p. 452. 457; comm. meus ad mon. Ancyr. p. 58), sacrum ipsum nunc primum innotescit.

IV NON · SEPT · (Sept. 2).

Feriae ex s(enatus) c(onsulto) imp. Caesaris h(onoris) c(ausa), quod eo die vicit Actium.

Vocabula EX·S·C postea adiecta sunt omissa quadratarii culpa; APVD quod item omisit ante ACTIVM emendator addere oblitus est.

III NON · SEPT · (Sept. 3).

Feriae et supplicationes ad omnia pulvinaria, q(uod) e(o) d(ie) Caesar August(us) in Sicilia vicit.

Hanc adnotationem ubi comparamus cum simillima fastorum Amiterninorum: *fer(iae) et supplicationes aput omnia pulvinaria, quod eo die Caes(ar) divi f. vicit in Sicilia Censorin(o) et Calvis(io) cos.*, intellegitur, quanta licentia verba publico iussu in fastos relata ab iis qui exempla quae habemus exaraverunt immutata sint. Nam urbanus scriptor nomen imperatoris quod tum fuit, cum haec fastis indita sunt, scilicet a. u. c. 718, *Caesar divi f.* ad sui temporis consuetudinem formavit; peius etiam alter Amiterninus consules adiecit eosque falsos, pacem factam cum Sex. Pompeio Miseni cum victoria ad Naulochum de eo reportata confundens. Haec vere monuit Henzenus.

PRID · NON · SEPT · — XIII K · OCT · (Sept. 4—19).

Sept. 4: [ludi Ro]m(ani) committuntur
5: ludi
. . . .
13: [I]ovi epul(um)
. . . .

Henzenus supplevit [*ludi magni Ro*]*m(ani)*; at magnorum appellatio sollemni non recte praeponitur.

ID · SEPT · (Sept. 13).

[F]eriae Iovi.

Vide p. 34.

XII — IX K · OCT · (Sept. 20—23).

Sept. 20: [merk]atus
. . . .
23: m[e]rk(atus)

IX K · OCT · (Sept. 23).

F(eriae) ex s(enatus) c(onsulto), q(uod) e(o) d(ie) imp. Caesar Aug(ustus) pont(ifex) ma[x(imus)] natus est.

EODEM DIE

Marti, Neptuno in campo; Apo[l]lini ad theatrum Mar[c]elli.

Sacrum adhuc ignotum. Marti sacrum factum in campo Martio recte opinor Henzenus rettulit ad aedem a Bruto Callaico ei deo factam moderante architecto Hermodoro Salaminio, quamquam auctores eam aedem in circo Flaminio ponunt (v. Becker top. p. 619); nam supra p. 36 vidimus eiusmodi loci indicationes verbis magis quam re differre posse. — De Neptuno idem usu venit; nam aedes Neptuni videtur esse ea ipsa, quam in circo Flaminio aedificavit Cn. Domitius, ad quam item sacrum fit Dec. 1, ubi vide. — Apollinis aedes intellegitur ea quae fuit inter forum holitorium et circum Flaminium, quam fuisse prope theatrum Marcelli dudum ante intellexit Beckerus (p. 606), quam id fasti nobis enuntiarent.

VIII K · OCT · (Sept. 24).

Litura est in fastis neque quicquam restitutum.

VI K · OCT. (Sept. 26).

[Veneri genetri]ci in foro [Caesaris].

Dissidium quod fuit inter fastos Pincianos, qui sacrum hoc adscribunt ad Sept. 26, et Vallenses, qui referunt ad diem praecedentem, iam dirimunt Arvalium; erraverunt scilicet hi horumve descriptores.

K · OCT · (Oct. 1).

Fidi in Capitolio.

Fidi non minus recte dici quam *fidei* periti non ignorant; vide quae adnotavi ad II, 5042.

EODEM DIE.

Tigillo soror(io) ad compitum Acili.

Similis nota hemerologii Ostiensis ad eundem diem TIGILL · SOR non ausus sum explere per casam tertium; iam vero fasti Arvales dubitationem exemerunt ostenderuntqae aetate certe posteriore tamquam ipsi tigillo sacrum oblatum esse. Compitum Acili nominatur praeterea apud unum Plinium (h. n. 29, 1, 12: *Cassius Hemina ... auctor est primum e medicis venisse Romam Peloponneso Archagathum ... anno urbis DXXXV eique ... tabernam in compito Acilio emptam ob id publice*). Ipsum ubi fuerit, ignoramus; tigillum sororium prope eum locum fuisse, ubi postea factum est amphitheatrum Flavium, satis constat (cf. Jordan topogr. Rom. 2, 100. 587).

IV NON · OCT · (Oct. 4).

Litura est in fastis versiculi unius.

NON · OCT · (Oct. 7).

Iovi fulguri, [I]unoni curriti in campo.

Sacrum notum quidem ex Ostiensibus, sed adhuc non satis intellectum. Nam cum ibi scriptum esset IOVI FVLG IVNONI Q IN CAMP, solvi *Iovi fulguratori Iunonique in campo*, in eo venia dignus quod vetustiorem formam Iovis fulguris servatam apud Festum (v. provorsum p. 229) confirmatamque titulo Viennensi (Henzen 5629: *Iovi fulguri fulmini*) recentiori et usitatiori posthabui; quamquam Iovem fulgur iam recte componemus cum Iove Libertate. Sed pudet me copulae *que* male intrusae omnino alienae a fastis, qui duos pluresve deos plerumque componant ἀσυνδέτως raro inserta copula *et*, numquam vero altera *que*. Iam Henzenus revocavit veram explicationem quae est *Iovi ful-g(uri), Iunoni q(uiriti) in camp(o)*. Ex duabus formis *curritis et quiritis*, quantum ad fastos attinet, paris fere auctoritatis altera *quiritis* et in aliis eius deae titulis redit (ut Orell. 1304) et praeterea notissima est; altera autem *curritis* nunc demum satis stabilitur. Nam ex duobus titulis, in quibus item adest, alter fractus est (Orell. 5659: *Iun. cu...*), in altero (Orell. 1303) Cyriacus quidem, qui unus descripsit, lectionem veram exhibet, sed corruperunt exscriptores editoresque. Videant igitur grammatistae, quomodo factum sit, ut *quiris*, quae forma est sine dubio primitiva, abierit in id quod est *curris*.

Ceterum etsi ipsa numina satis nota sunt, eos aedes in urbe habuisse ex hisce demum fastorum adnotationibus comperimus.

VII ID · OCT · (Oct. 9).

Geni publici, Faustae Felicitat(i), V(eneri) v(ictrici) in Capit(olio).

GENI · PVBLICI pro GENIO · PVBLICO quadratarii error est, qui in sequentibus quoque videtur peccasse, nam litterae quae sunt FAVSTAE FELI leguntur in litura restitutae. Veneris victricis nomen hic primum offenditur notatum litteris singularibus V · V.

EODEM DIE.

Apollini in Palat(io).

VI ID · OCT · (Oct. 10).

Litura versiculi unius.

V ID · OCT · (Oct. 11).

[Med(itrinalia). Fer]ia[e Iovi].

ID · OCT · (Oct. 15).

Feriae Iovi.

Vide p. 34.

XIV K · NOV · (Oct. 19).

Arm(ilustrium). . . . .

VIII K · NOV · — K · NOV · (Oct. 26 — Nov. 1).

Oct. 26: ludi Victoriae Sul[lanae]
27: ludi
28: ludi
29: [l]udi
30: . . . .
31: . . . .
Nov. 1: l(udi) in cir(co).

Sequitur litura versiculorum circiter trium.

PRID · NON · NOV · — XV K · DEC · (Nov. 4—17).

Nov. 4: [ludi plebei committuntur]
. . . .
12: ludi
13: Iovi epul(um)
14: equorum probatio
15: in circ(o)
16: in circ(o)
17: in cir[c(o)]

ID · NOV · (Nov. 13).

Feriae Iovi.

Vide p. 34.

XVIII K · DEC (Nov. 14).

Feroniae in [ca]mp(o).

Non solum sacrum novum accidit, sed ne hoc quidem antea constabat Feroniam deam publice Romae cultam esse.

EODEM DIE.

Fortunae prim(igeniae) in c(olle).

Simile sacrum celebratur eidem deae die Mai. 23; hoc praeterea ignotum est.

Th. Mommsen.

ADDITAMENTA
AD FASTOS CONSVLARES
(I p. 413—552).

Ad p. 433. In fastis Capitoliuis cum omuium etiam minimarum rerum ratio habenda sit, non supersedebimus adnotare annorum 453—455 restitutionem, quae commendatur I p. 566, etiam eo confirmari, quod fragmento eo, quo continentur fines versiculorum a. 455—461, denuo inspecto constitit unicum tautum versum excidisse inter eum qui finit in VI eumque qui exit in I, ut nomina censorum a nobis l. c. relata ad a. 454 anuus 455, ad quem vulgo adscribuntur, uullo modo recipiat.

Ad p. 465. Fragmentum relatum sub n. I pertinens ad a. u. c. 335 postea repperimus in codice Viscoutiano bibliothecae Parisinae (Visc. 7 f. 128. 130) cum praescriptione hac: *frammento nella vigna Strozzi per la via Appia al terzo miglio 10 Ott.* 1796. Legit Viscoutius v. 1 fin. TI · F · C.....

Fragmenta tria tabularum, in quibus feriae Latinae coutinebantur, rep. in moute Albano (*monte Cavi*) annis 1868—1870. Secundum scriptum est litteris minoribus et magis artatis quam reliqua duo.

1.

ap. claudio m. cornelio l. sergio l. minucio t. antonio q. poetelio a. 304
*sp. oppio q. fabio k. duilio m'. rabuleio xviris, consul*ARI PO*t*
l. f........
m. horatio m. f. l. n. barbato l. valerio P · F · P · N · PVTITO COS a. 305
l. f. IIII · EID · IAN
*ite*R · L · F · III · NON · FE*b*R
tert. L · F · K · MAI*s*
*larte herminio .. f. .. n. aquilino t. vergi*NI*o .. f. .. n. tricosto cos.* a. 306

2.

		L	
l. f.	*mal*		
cn. servilio p. f. q. n. gemino			
c. flaminio c. f. l. n. ii	COS	L · V	a. 537
l. f.	MAI		
*c. terentio c. f. m. n. varron*E ·	COS	L · FA	a. 538
l. aemilio m. f. m. n. paullo	MAI		
l. f.			
*ti. sempronio ti. f. ti. n. gra*CCHO	COS	A · L	a. 539
q. fabio q. f. q. n. maximo · III ·			
l. f. . . .	IVN		
*q. fabio q. f. q. n. maxi*MO · IIII	COS	M · V	a. 540
*m. claudio m. f. m. n. ma*RCELL · III			
l. f. . . . . NON ·	MAI		
*q. fabio q. f. q. n. maxi*MO	COS		a. 541
ti. sempronio ti. f. ti. n. GRACC · IT			
l. f. . . . . . . K	MAI		
*q. fulvio m. f. q. n. flac*CO · III	COs		a. 542
*ap. claudio p. f. ap. n. pulc*HRO			
l. f. e k.	MAi		

3.

	L · *f.*		
	M · SERV*ilio c. f. c. n. pulice gemino*	*cos*	a. 552
	TI · CLAV*dio p. f. ti. n. nerone*		
iVN	L · *f.*		
	CN · CORN*elio l. f. l. n. lentulo*	*cos*	a. 553
	P · AELIO · Q· *f. p. n. paeto*		
	L · *f.*		
	p. SVLPICIO *ser. f. p. n. galba maximo ii*	*cos*	a. 554
	c . *a*VRELIO *c. f. c. n. cotta*		

Descripsit E. Bormannus idemque cum Henzeno restituit *Bull. inst. arch.* 1870 p. 129 sq. Mommsenus tractavit in Hermae vol. V (1871) p. 379 sq.

Quartnm fragmentnm spectans ad annos p. C. 40—43 hic omisimus. Nominum principia maioribus litteris scripta in fragmento secundo constat non pertinuisse ad fastos consulares; quinam vero homines nominentur, ignoratnr. Respondet iis nominibus fortasse aliud fragmentum relatum apnd Henzenum l. c. p. 135. De reliqnis videndi sunt commentarii snpra citati, quos nos non repetimns. Tantum monebimus litteris L · F significari verba *Latinae fuere* diemqne a. 542 suppletnm esse ex Livio 25, 3.

ADDITAMENTA

AD CORPORIS VOLVMEN II.

139 Leiriae (i. e. Collippone, cf. II p. 36), in castello in pariete ecclesiae. Basis alta m. 0,85, lata 0,45.

DIVO · ANTONIN*o*
AVG · PIO · P *a* P
OPTIMO · AC · SANCTIS
SIMO · OMNIVM SAEC*u*
LORVM · PRINCIPI
Q · TALOTIVS · Q · F · QVIR · AL
LIVS · SILONIANVS · COL
LIPONENSIS · EVOC · EIVS
*c*HOR · VI · PRAETORIAE
NOMINE · ORDINIS
COLLIPPONENSIVM
QVOD · DECVRIONEM
EVM · REMISSO · HONOR*a*
RIO · ET · MVNERIBVS · ET
ONERIBVS · R · P · FECERIN*t*
DEDICATA · EX · D · D
XIII · K · OCTOBR · IMP · CAE*s*
L · AVRELIO · VERO · AVG
III · M · VM*m*IDIO · QVADRATO
COS · II · VIR p. C. 167
Q · ALLIO · MAXIMO
C · SVLPICIO · SILONIANO

Augustus Soromenho Olisiponensis, qui mecum communicavit, exempla duo accepit et ectypum.

V. 6 *Talotius* nomen vix recte se habet; fortasse fuit TARQVIVS, quod nomen in vicina Olisipone reperitur II, 252. V. 6. 7 Colliponis nomen apud Plinium 4 § 113 et in titulis adhuc notis (Grut. 1155, 7; II, 339. 353) duplici *p* littera scribitur ut Orippo Ostippo similia. Sed simplex etiam *p* non caret analogia, velut Olisiponis. Tamen propter v. 11 hic quoque duplex restituenda. V. 9 //HOR traditur. V. 19 VMIDIO traditur, errore item sine dubio descriptoris, non quadratarii. Litteras quae exciderunt in fine vv. 1. 4. 13. 15. 17 fractura fortasse lapidis supplevit Soromenho.

Divo Antonin[o] Aug(usto) Pio p(atri) patriae), optimo ac sanctissimo omnium saec[u]lorum principi Q. Ta[rqu]ius Q. f. Quir(ina) Allius Silonianus

Collip[p]onensis, evoc(atus) eius [c]hor(tis) VI praetoriae, nomine ordinis Collipponensium quod decurionem eum remisso honor[a]rio et muneribus et oneribus r(ei) p(ublicae) fecerin[t]. Dedicata ex d(ecreto) d(ecurionum) XIII k(alendas) Octobr(es) imp(eratore) Caes(are) L. Aurelio Vero Aug(usto) III M. Um[m]idio Quadrato co(n)s(ulibus); II vir(is) Q. Allio Maximo C. Sulpicio Siloniano.

Ad titulum insignem recte aestimandum pauca uddo. Primum notabile est, id quod Mommseuus statim observuvit, diem, quo dedicata est basis cum statua, ut videtur, imperatoris, XIII kalendas Octobres uatalem esse Pii ante sexennium tum defuncti; notus erat nutnlis ex vita Capitoliui (c. 1), ex laterculo Philoculiano (I, 379) atque ex lege collegii Aesculapii et Hygiae urbani (Orell 2417). Optimi et muximi principes imperatores inde a Truiano in titulis non rnro dicuntur, sacratissimus princeps Domitianus primus dictus est; optimus ac sanctissimus omnium saeculorum princeps fortasse Pius primus. Postea similia interdum praedicuntur de imperatoribus paene omnibus, veluti de divis fratribus (II, 1180. VII, 504), Commodo (Henzen 5486), Septimio Severo (Henzeu 5493), Curacalln (Henzen 6722), imprimis vero saeculi secundi exeuntis tertiique. Evocatos Augustorum uon raro in titulis addere nomen Augusti eius qui evocaverit notum est; ceterum post ea, quae de evocatis congessit Marquardt (*Handbuch* 3, 2 p. 296), nemo de iis quantum scio dedita opera egit. Honorarii vocabulum pro summu legitima, qno usus est Traianus in epistula ud Plinium 113 (olim 114), in titulis fortassc nondum comparuit, quunquam summu honoraria et similia reperiuntur in titulis id geuus Africunis ab Ottoue Hirschfeld collectis (*annali* 1866 p. 62 sqq.).

---

140 Cartimae (II p. 247) rep. m. Iunio a. 1871 iu domo quudum privata (*calle del viento* n. 9); tabula marmorea longa m. 2 alta 0,70. Litterae eiusdem formae sunt atque iu titulo II, 1958.

VALERIA · C · F · SITVLLINA
SACERDOS · PERPETVA · D · D · M · C · F
DE · SVA · PECVNIA · SOLO · SVO · F*ecit*
ET · EPVLO · DATO · DEDICAVIT ·

Berlanga misit u se descriptam; idem supplevit lucnnam in fine v. 3.

Litterae singulares v. 2 vix aliter videutur posse suppleri quam *sacerdos perpetua d(ecreto) d(ecurionum) m(unicipii) C(artimitani) f(acta)*, ut proposuit Berlanga. Vix enim probabiliter statueretur quadratarium ordiuem litterurum invertisse errore, scilicet pro D · D · M · F · C; municipium enim Cartimitanum fuisse inter ea, quae civitate Lutiun donata sunt n Vespasiano, probabile est, quanquam testimonio diserto nullo truditum. Eodem loco repertus est titulus hominis alicuius, qui dicitur *eques Romanus ex civitate Cartimitana primus factus* (II, 1955); atque saue faciendi vocabulum tum huc facit quam creandi.

---

141 In *Parades de Nava* oppido prope Pallantiam Arevacorum sito, in pago *Frechilla* dicto a. 1870 rep. est lamella aenea louga, dum integra erat,

m. 0,10, alta vix 0,06. Adsunt foramina quattuor clavis destinata, quibus lamella affigi potuit; duo praeterca foramina minora litteris versns qninti inserta postea videntur facta esse nescio qua causa.

IIII · NON · MART ● — d. 4 Mart.
IMP · CAESARE · XIII · COS · ACCES LIC IR — a. u. c. 752
NI · INTERCATIENSIS · TESSERAM — a. C. 2
● HOSPITALEM · FECIT · CVM · CI
VITATE · PALANTINA · SIS●I
ET ● FILIIS · SVIS · POSTERISQVE ●
ANENI · AMMEDI · PER · MAG
FIAISICVM · HOSPITIO · AMMI
● CAENECAENI
‹II

A tergo inter duo foramina versus quinti signa haec scripta sunt

ꟼ K'

Descripsi ex ectypo et imagine delineata missis ab Aureliano Guerra et ab Eduardo Saavedra indeque edidi et explicui Hermae vol. V p. 371 sqq.

Lectio paene omnino certa est. V. 2 in fine IR et v. 9 I extra marginis lineam scriptae sunt. V. 5 nltimi vocabuli elementum tertium dimidium interiit; sed apparet S fuisse; deinde ante I finalem fortasse excidit elementum unum in foramine; ut fuerit SISEI. V. 8 quod dedi initio non clare perspicitur in ectypo; FRAISICVM legit Guerra, FLAISICVM Saavedra; hoc verum puto. V. 9 ante foramen videtur nihil periisse. Vocabuli quod superest elementum quartum quamvis incuriose insculptum (Guerra enim sibi visus est Ꞥ legere) tamen N simplex tantum esse ectypum clare docet. V. 10 vestigia incerta supersunt; fortasse omnino nihil ibi scriptnm erat.

IV non(as) Mart(ias) | imperatore Caesare XIII co(n)s(ule), Acces Licir|ni Intercatiensis tesseram | hospitalem fecit cum civitate Palantina sib[e]i et filiis suis posterisque. Aneni Ammedi per mag(istratum) Flaisicum hospitio Ammi Caenecaeni ....

Accedit tessera haec ad repertas adhuc iu Hispania quinque (II, 1343 u. p. C. 5; 3695 a. p. C. 6; 2633 annorum 27 et 152; 2958 a. 57; 2960 a. 185; cf. praeterea Orell. 956 et II, 2210. 2211), inter quas antiquissima est; extra Hispaniam una tantum (si exceperis symbolum Fundanum II, 532) ex numero adhuc notarum vetustate eam superat (cf. Gazzera in commentat. acad. Taurin. class. philol. vol. 35, 1831 p. 1 sqq. et Ed. Philippi mus. Rhen. 8, 1853 p. 498 sqq.). In universnm de hospitii iure egit Mommsenus (*röm. Forschungen* 1 p. 341 sqq.).

Nomina barbara haec maximam partem aliunde nondum innotuerunt Cum *Acces* comparari possunt non satis certa eiusdem fere regionis *Aefes* (II, 5085) *Orises* (2540) *Sipipes* (2420), cum *Licirni* patella Tarraconensis inscripta, nt videtur, *Logirni* (II, 4970, 268). *Flaisicum* sine dubio gentis vel gentilitatis nomen est fortasse genetivo pluralis positum (cf. *Acceicum* II, 865 *Auvancum* 2827 *Calnicum* 2825 *Canbaricum* 3074 **Coronicum* 2475 *Dagencium* 3082 *Tritalicum* 5077). Aneni igitur Ammedi (filii pnto; quod vocabulum in regione illa solet omitti) nomen eius putandum est qui inter

Accem et Palantinos egit per magistratum illnm hospitio, i. e. domi, Ammi (Ammins redit II, 2675. 2676. 3172) filii Caenecaeni (cf. *Abienus Madicenus Maigenus Reitugenus* nomina Hispana). Intercatia sine dnbio Vaccaeornm oppidum est (II, 2786. 4233), non castellum Orniacorum Asturum (II p. 374), cnius populi etiam Pallantia (ita plerumqne scribitur *l* duplici; cf. II p. 377) fuit.

---

142 Ara reperta *en el termino de Jelsa* (Celsa, cf. II p. 409).

PRO · SALv
ΤE · ET · REDITV
ABVRI *cres*
CeNTIS · LVr
*f*LORVS · OBA
NAE · V · S · L · M

Guerra misit ab amicis secum communicatam. V. 3. 4 ABVRI//K/// | CPNTIS LVB, 5 ELORVS traduntur.

Pro salute et reditu Aburi [Cres]c[e]ntis Lu[r(ius)? F]lorus Obanae v. s. l. m.

Nomen gentile dedicantis certo restitui nequit; fuit fortasse item *Abur(ius)*. Patriam certe Aburii Crescentis non puto indicari; nam talia solent omnibns litteris scribi.

---

143 Tarracone, reperta a. 1869.

D · M
M · AVREL · VICTo
RINO · M · F · IVLIA · E
MONA · PATRIA · EVo
Q · VIXIT · ANN · XXXIIII
M · VI · D · XVIII · STIP · XV
AVREL · MARCELLINVS
FRATER · ET AVRELIA
SABINA · HERED · FE
CERVNT · H · S · E
SIT · TIBI · TERRA
LEVIS
ascia

Saavedra misit depictam a Bonaventura Hernandez. Quanqnam fides eius qui descripsit non magna est, tamen titulus sine dubio genninus.

V. 7 MARCELINVS traditur; sed is qui descripsit antea ipse L duplicem dederat.

---

144 Barcinone rep. a. 1871 *en la casa del Arcediano.* Lapis longus est m. 0,70, altus 0,35; qualis formae lapides sepulcrales in regione illa sollemnes sunt. Litterae sunt optimae saeculi secundi.

L · CAECILIO · L · L · CRESC*enti*
IIIIII VIR · AVG
CAECILIA · L · L · PIERIS · V*iro*
ET · SIBI · H · M · H · N *s.*

Descripsi ex ectypo.

P. Fidelis Fita edidit in ephemeridibus *el diario de Barcelona* d. 12 April. a. 1871, atque per Guerram ectypum mihi misit. Supplementa idem praeivit. Caeciliorum gens non infrequens est in titulis Barcinonensibus; Crescentem hunc libertum esse posse L. Caecilii Optati, cuius in rem publicam beneficia titulus II, 4514 enumerat, Fita observavit.

---

145 Emporiis (*Ampurias*, cf. II p. 615) reperta a. 1871, servata in museo Gerundensi.

I · O · M
VEXILLA*to*
*l*EG · VII · G · F
*s*VB · CVRA
*i*VNI VICTO
*r*IS · Ↄ LEG · EI
*u*S D · OB · NA
TALEM · AQVILAE

P. Fidelis Fita misit Guerrae, is mihi. Supplementa praeiverunt amici Hispani. Hoc primum titulo discimus Emporiis vexillationem legionis septimae per aliquod tempus certe (videlicet saeculo secundo tertiove) in castris fuisse. Natales signorum non raro celebrari notum est (cf. II, 2553. 2556).

---

146 Emporiis, una repertae a. 1871; servantur in museo Gerundensi. Erant tabellae marmoreae non magnae; *b* circulo vel serto inclusa.

a

-. *co*R NE L I O
. . .AL · VOLTE
D · EXTESTA
*men*TO · Q · FRV
MATRIS

b

Q · D
C I L O*ni*
C O R N*elia*
P R I M A
EXS · TESTA*mento*
FAC *cur.*


P. Fidelis Fita ectypa misit Guerrae, is mihi.

a 2 AL·, non AE ectypum clare monstrat; punctum in lineam fortuitam crevit. Unde necessario cogitandum est de tribu Galeria; quanquam cuinam tribui adscripti fuerint Emporitani ignoramus.

Supplementa certa adscripsi; *a* fortasse ita legi potest tota [*C. Co*]*rnelio* [*G*]*al*(*eria*) *Volte*[*ian*]*o ex testa*[*men*]*to Q*(*usoniae*) *Fru*[*gi*] *matris*. Fita de patria defuncti Volaterris cogitavit, per se non male (nam cognomen in titulo saeculi, ut formae litterarum docent, primi potest deesse); sed formae quae est *Volt*[*erranus*] exempla mihi certe non suppetunt. Idem Fita v. 4 *Q. Fru*[*toniae*] supplevit; sed Quartae praenomen nimis vetustum est.

AEM. HÜBNER.

ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOLVMEN IV.



Ruinae Pompeianae cum Fiorellii cura iam sint ordine certo ita continua opera eruantur, nulli inscriptionum Latinarum generi magis in dies novum incrementum subnascitur quam illi quod parietariarum nomine comprehendimus. Unde factum est, ut brevi intervallo post editum quartum volumen iam non pauca sylloges nostrae supplementa prodierint ex iisque potiora quaedam selecta huic libello inseri possint. Oppidi partes, quae inde ab anno 1868 extremo effodi coeptae sunt, cum in forma nostra IV tab. *A* desint, ita delineatas supra dedimus, ut singula loca facile et describi a nobis et reperiri a legentibus possent. Sunt autem insulae viaeque a via Stabiana orientem versus sitae exceptis iis quas prius detectas tam nostra tabula *A* quam forma in *Giornale degli scavi di Pompei* I (1868) tab. I edita ostendit. Caeli regionibus hic quoque brevitatis causa minus accurate ita usus sum, ut exempli gratia viam Stabianam a septentrione in meridiem porrigi sumerem.

AD CANDIDATORVM PROGRAMMATA ANTIQVIORA.

147 in pariete orientali insulae secundae regionis IX prope viam Balbi, *in lettere più grandi ed antiche* PETRA, qui utrum in tectorio an in ipso lapide non dealbato picta sit non indicat.

L · CAES

1. de Petra *Giornale degli scavi di Pompei* II (1871) p. 162 n. 5.

Priscum videtur programma esse pertinereque ad *L. Caes(ium)*, quem duovirum i. d. Pompeis fuisse scimus ex titulo I, 1250, quo una cum C. Occio et L. Niraemio duoviris (alius videlicet anni) opus quoddam faciendum curasse probasseque memoratur. Ultimus eorum, L. Niraemius, candidatus propositus est hac IV, 21.

AD CANDIDATORVM PROGRAMMATA RECENTIORA.

148 (= IV, 3264) non POLIBIVM legendum est ut habetur in *Giornale*, sed:

POPIDIVM
AED · ROG

A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 175.

149 (ad IV, 3273 lin. 3). Pro *n. 10*, quod dedi secundum *Giornale*, scribendum *n. 19*, ut patet velut ex *Giornale* II (1870) p. 97.

150 (= IV, 3278). Corrige:

TREBIVM Ꝺ OVF

A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 175.

151 (ad IV, 3291).

M · C · M · Ꝺ
PYRAMVS OLYMPIONICA
CALVOS ROG

A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 176; cf. De Petra *Giornale* II (1871) p. 163 ad n. 24.

Cetera, quae cum his confuderat Brizio in *Giorn.* II p. 44 n. 19, M · S · M · Ꝺ et CN · H · S · AED duo alia sunt programmata. — Idem M. Casellius Marcellus a Pyramo commendatur infra n. 164.

152 (= IV, 3296). Effossionum progressu nunc totum apparuit tale:

L · ALBVCIVM · CELSVM · AED
T · GENIALIS · INFANTIO · ROG

E. Brizio *Giornale* II (1870) p.100; inde A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 176.

2 haud dubie tres sunt homines Titus, Genialis, Infantio; quamquam rogantium praenomina, ubicumque sola posita sunt, omnibus litteris perscripta videmus (v. IV, *360. 644. 884).

153 in viae, qua via Augustalium orientem versus continuatur, latere dextro (meridionali) sive in insulae 2 reg. IX pariete septentrionali, post titulum IV, 3284 BRIZIO.

CAPELLA
II VIR

E. Brizio *Giornale* II (1870) p. 100 n. 1, ubi quod est CAPELLAM correxit A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 176.

Capella pro *Capellam* in aliis quoque eius candidati programmatis his IV, 588 et 2951 legitur, ut ea ad eundem inscriptorem referenda esse videantur.

154 in eiusdem viae latere sinistro (septentrionali) *oltrepassata la porta della bottega* [= *nona apertura di bottega* p. 43 n. 18] BRIZ.

HERENNIVM · ET · SVETTIVM · AED STATIA ROG

E. Brizio *Giornale* II (1870) p. 100 n. 5 duobus versibus; correxit A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 176.

De candidatis (sunt autem N. Herennius Celsus et A. Suettius Verus) vide IV p. 9. — Mulieres candidatorum commendatrices composui IV p. 10; quibus praeter hanc addendae sunt Agna *740, Helpis Afra 2993 $z\gamma$, Petronia (cum eadem Statia) 3294 (ad quam cf. *Bull.* l. c.).

155 ibidem prope angulum insulae IX, 3, qui inter meridiem et orientem spectat BRIZ., qui quod Ꝓ partim rubro partim nigro colore pictum esse ait, de eo dixi IV p. 8.

MARCELLVM · Ꝓ V · A · S · P · P · O · V · F

E. Brizio *Giornale* II (1870) p. 100 n. 6.

M. Casellius Marcellus eiusdem muneris candidatus propositus est IV, 319 et 433.

156 in latere orientali insulae IX, 2, ad sinistram secundi aditus venienti a via Balbi.

P · C · P

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 162 n. 8.

Candidatus adhuc ignotus; IV, 1551 graphio scripta habetur P. Calventius Proculus. Antiquior autem est P. Caesetius Postumus duovir v. a. s. p. p. anno u. c. 751—752, v. Mommseni I. N. 2261.

157 ibidem. VETTIVM · ET · OVIDIVM

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 162 n. 9.

Ovidii, qui infra n. 162 cum Vettio repetitus est, nulla adhuc inter candidatos Pompeianos certa extabat mentio; quamquam nunc iam satis comprobatum est illius IV, 1160 v. 4 evanidos ductus recte me legisse OVIDIVM.

158 ad dextram eiusdem aditus.

P · PAQVIVM · PROCVLVM · II VIR · I · D · MARCELLVS · ROG

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 162 n. 12.

159 ibidem.

L · ALBVCIVM · CELSVM · Æ

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 162 n. 13.

Hic et n. 152 primi sunt titoli, quibus tria eius viri nomina plene perscripta vel conservata exhibentur; cf. IV p. 8 et n. *86.

---

160 in muro orientali insulae IX, 3 ad dextram primae a meridie portae, albo in tabellae ansatae formam facto inscripta.

L · ALBVCIVM
M · CASELLIVM · AED

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 162 n. 16.

Aliud exemplar est IV, 188 non recte traditum.

---

161 in insulae *C* muro occidentali post secundum aditum venienti a meridie.

M · FIRMVM · VEIENTON...

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 163 n. 17.

Nomen gentile omissum est ut IV, 1170 (cf. p. 8) in *L. Celsum*; nisi tamen forte inscriptionis principium periit, ut *vettiu*M fuerit, id quod factum vidi velut IV, 2955 nullo priorum litterarum vestigio relicto. — Possunt autem tam unius esse nomina (noti enim ex Mommseni I. N. homines Pompeiani N. Arcaeus Arellianus Caledus, M. Lucretius Decidianus Rufus, T. Terentius Felix Maior), quam duorum, nam eiusmodi asyndeta alia habes IV p. 259 composita, Veientonis autem cognomen nude adiectum ut IV, 415—416 *P. Paquium, Celsum*, quem titulum non recte in duos divisi.

---

162 ibidem ad dextram Larum.

OVIDIVM · ET · VETTIVM · AED · OF

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 163 n. 18.

Cf. supra n. 157.

---

163 in insulae *B* muro occidentali ad sinistram tertii aditus venienti a meridie.

BRVTTIVM · BALBVM IIVIR GEN..
HIC · AERARIVM · CONSERVABIT

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 163 n. 23; A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 209.

1 extr. IIVIR ‖ C(vel G)EN(vel M), omissis punctis reliquiarum indicibus, Trendelenb., minus caute de IIviro censore cogitans.

Quaestores Pompeiani non memorantur nisi titulis Oscis et antiquissimis Latinis (cf. IV p. 2), ut posteriore aetate Pompei eo munere caruisse videantur. Sed minus recte ex hoc programmate concluseris (conclusit autem

De Petra l. c.), totam aerarii curam delatam fuisse ad IIviros i. d. vel adeo ad eorum alterum utrum; nam in iis quoque municipiis coloniisque, in quibus quaestura extabat, summa tamen aerarii cura pertinebat ad IIviros i. d., quorum erat pecuniam communem erogandam decernere, cum quaestores ipsam tractarent. Cf. Mommsen *Stadtrechte von Salp. u. Mal.* p. 420. 445. 451.

---

164 ibidem inter aditus quartum et quintum.

CASELLIVM©
PYRAMVS · ROG

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 163 n. 24; A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 176.

Cf. supra n. 151.

---

165 in insulae *A* muro meridionali prope angulum qui inter meridiem et occidentem spectat.

AMPLVM · AE · D · R · P · O · R · VF

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 164 n. 27.

Is candidatus prima hac inscriptione memoratur. Nec minus singularia sunt AE pro Æ vel AED vel AEDILEM et O · R · VF pro *oro vos faciatis* scripta. Quorum ultimum VF videndum est ne non explicandum sit *vos eligatis* (id enim Petra proposuit), sed invito scriptore pro VF factum sit.

AD INSCRIPTIONES GRAPHIO EXARATAS.

166 (ad IV, 3303). Principium versus Vergiliani (A. I, 234) non HINC CERTE ROMANOS (ut Barone *Giornale* I p. 281 ediderat), sed recte scriptum est: CERTE HINC ROMANOS. Correxit A. Trendelenburg *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 179, qui de ultimo quod ANNIVS traditum est nihil adnotat.

---

167 in insulae *B* muro occidentali ad sinistram quinti aditus venienti a meridie.

TV QVI DEDICATAS

I. de Petra *Giornale* II (1871) p. 164 n. 34.

Fortasse tetrametri trochaici initium est.

---

168 (= IV, 1860). Supplementum magis opinor acceptum quam hoc, quod effossiones nuperrimae protulerunt, debetur viri Angli saepe nobis laudatae industriae, quam anno 1832 in his inscriptionibus collocavit. Est autem huiusmodi:

QVOI SCRIPSI SEMEL ET LEGIT MEA IVRE PVELLAST
QVAE PRETIVM DIXIT NON MEA SED POPVLI EST

Ioh. Wordsworth in C. I. L. vol. quarti censura inserta libello Londinensi *The Academy* 1871 p. 444 (e Christophori patris schedis) haec praefatus: *n. 1860 should certainly run thus, or nearly thus.* — Mommseuus a. 1846 minus integram viderat; ego in tectorio Neapoli adservato vestigia quaedam deprehendi, sed plura nuuc postquam totius lectio innotuit haud difficile agnosci poterunt. — 1 QVOI ex Mommseni apographo repouendum est.

In tanta autem, quam priorum temporum incuria fecimus, huiusmodi inscriptionum iactura cum magno opere optandum sit, ne iis quae servatae sunt uti nequeamus, speramus fore, ut Wordsworthius quas multas ante hos quadraginta annos in suum usum se descripsisse Pompeis dixit, cum iis communicare velit, quorum has res cognoscere interest.

Ceterum disticho illi, quod commentarium non desiderat, addam simile alterum lectum a me Romae in montis Palatiui parietinis hoc:

OMNIA FORMONSIS CVPIO DONARII PVIILLIS
SIIT MIHI DII · POPVLO NVLLA
PVIILLA · PLACIIT

C. Zangemeister.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

I. VRSVS TOGATVS VITREA QVI PRIMVS PILA.

(Orelli 2591.)

Nuper perlegenti mihi elegantissimum anthologiae epigraphicae Latinae specimen editum a Buechelero denuo se obtulit carmen Ursi pilicrepi pulcherrimum quidem, certe pro poesis epigraphicae consuetis sordibus, sed cum ab aliis tum ab ipso anthologiae conditore futuro nec totum intellectum nec recte relatum. Et primum quidem 'Verus', Buechelerus ait, 'patronus sine dubio imperator dicitur L. Aurelius Verus cos. III a. 167, mortuus a. 169 itaque intra hos annos titulus est inscriptus'. At opinioni ei tralaticiae ante viginti annos Borghesius (*Bull. Nap.* N. S. 2, 44) et nuper Henzenus (*Bull. dell' Inst.* 1866, 175) opposuerunt primum plerasque vocales longas in titulo distingui apicibus, quos a Marci inde aetate exolescere periti non ignorant; deinde Augustum perperam designari solis consulatibus; denique Verum imperatorem cum Urso male coniungi propter aetatem. Ille enim cum obierit annos natus duodequadraginta, quomodo eum eo homine, qui ante mortem Veri carmen conscribens senem se dicat, pila ludere potuit? Reperiuntur autem praeter Verum imperatorem aut duo viri aut certe unus eius nominis post Traiani aetatem ad tertium consulatum evecti, nimirum ipse Marcus, quo tempore nominabatur M. Aelius Aurelius Verus Caesar, factus cos. III a. 161, et avus eius M. Annius Verus cos. III a. 126. At de priore non recte cogitari neque Borghesium fugit et omnes opinor consentient. Nam non solum ea ipsa, quae in Vero cos. a. 167 offendunt, hic quoque similiter redeunt, sed praeterea includimur ita in angustias fere bimestres. Plus enim temporis non interfuit inter Marcum consulem factum tertium et imperatorem nomine Veri abiecto, si quidem umquam vere id habuit; nam optima quaeque eorum annorum monumenta sola nomina M. Aelii Aurelii Caesaris enuntiant. Iam qui solus in scaena remanet M. Annius Verus cos. III a. 126 (cf. de eo Borghesius in opp. 5, 352 seq.) non hoc tantum nomine locum suum tenet, quod solus petit, sed etiam aptus est propter aetatem. Nam, ut optime monuit Borghesius, Verus is qui socer fuit imp. Pii, avus imp. Marci, in senatum adlectus c. a. 75 (vita Marci c. 1), a. 126, quo tertium fasces suscepit, grandaevus admodum fuit, id quod confirmant quae narrantur in vita Pii c. 4; eumque si collusor pilicrepus post tertium consulatum celebravit, is et ipse senex eo

tempore fuerit necesse est. Recte igitur Borghesius Henzenusque titulum hunc ad extrema tempora Hadriani revocaverunt.

Adhuc recte ab aliis observata rettuli; restant alia, ubi meo mihi Marte procedendum est. Quicunque tituli meminerunt, Ursi cuiusdam Togati eum esse dixerunt eumque Ursum Togatum condicionis libertinae hominem crediderunt. At qui duplex cognomen ita positum aliquam offensionem habet, quamquam talia reperiri non nego. Deinde Togati cognomen mihi quidem inauditum est et plane sine exemplo, ut similia quoque Pilati, Hastati, Sagati inter nomina aut inveniuntur rarissime aut omnino non inveniuntur. Contra ubi praedicative vocabulum acceperis, difficultates omnes evanescent et sententia optime procedit, nimirum hunc primum fuisse ex togatis, id est ex civibus Romanis, qui vitreis pilis publice luserit. Eum lusum, cuius praeterea quod sciam mentio non fit, consentaneum est coeptum a praestigiatoribus condicionis peregrinae postea demum propagatum esse ad eos qui non propter stipem publice luderent. Sed non satis est quod Urso togam vindicavimus pro cognomine male ei obtruso; liberandus est praeterea a macula libertinitatis. Hanc ei indiderunt propterea quod Verum ter consulem, quisquis fuit, patronum appellat; at si Volteius Mena apud Horatium (ep. 1, 7, 92) Philippum, cuius cliens fuit, non libertus, patroni nomine adloquitur, quidni similiter Ursus loqui potuit de Vero sene ditissimo et potentissimo? Quod si libertinitatis documenta nulla in carmine inveniuntur, ingenuitatem arguit ipsum cognomen. Nam Ursos tam senatoriae quam equestris condicionis non ita paucos repperi; libertinum ita appellatum non inveniri quamquam minime contendo (neque enim ab hesterno demum die in hoc aequore navigo), hoc dico vocabulum neque Graecanicum esse neque ex Latinis iis quae usus Graecanicis aequavit et omnino nomen esse, ut ait Tacitus (hist. 1, 13), equestre. Denique ut M. Annius Verus splendidis natalibus ortus in gregem quocum ludere solebat etiam inferioris ordinis homines admiserit, cum sphaeristica inter senatorias artes certe non numeretur, tamen inter libertinos eum socium sibi quaesivisse christianae magis humilitati convenit quam gravitati Romanae.

Unum superest, quod scrupulum moveat, apotheca dominica, qua appellatione sane libertus patroni cellam vinariam significare potuit; etsi ita non satis intellegitur, cur libertum honoraturi patroni maxime amphoras ebibant. Quod si Ursus non libertinus fuit, sed ingenuus, apotheca dominica ei nulla dici potuit nisi imperatoris; cuius quamquam claves penes eum fuisse ostendere nequeo et, ut verum fatear, ad Hadriani Falernum Ursum non faciliorem aditum habuisse persuasum habeo quam reliquos cives urbanos praeter paucos beatos ad auditorii et cellarii communionem admissos, tamen hoc scio amphoras cellae imperatoriae etiam ab iis celebrari potuisse, qui numquam ne odorem quidem earum olfecissent. Ὡς ἐν Ῥώμῃ, Galenus ait (περὶ ἀντιδότων 1, 4 vol. 14 p. 25 Kühn), τῶν ἀρίστων φαρμάκων ἁπάντων εὐπορῆσαι μᾶλλον ἔστιν ἢ κατ' ἄλλο χωρίον, οὕτως ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ Καίσαρι σκευάζων τις ἔτι μᾶλλον εὐπορεῖ πάντων τῶν εἰς ἄκρον ἀρετῆς ἡκόντων, οἴνου μὲν τοῦ Φαλερίνου καὶ μέλιτος Ὑμηττίου et quae sequuntur. Narrat deinde

medicus propter medicamina Caesari facienda se vinorum Falernorum cellae imperatoriae recensum fecisse lectis titulis primum, ut par erat eruditum facere, deinde, ut decebat virum prudentem et cautum, ne tituli fallerent, gustatione instituta, videturque non sine idonea causa sancte asseverare optima quaeque undecunque ad imperatores afferri. Huius expeditionis etsi comitem Ursum fuisse nullam indicium est, non minus recte amicos habere potuit statuam sibi factam hilare celebrare vinis cum genere optimis tum depromptis ex cella ea quae omnium laudatissima fuit.

II. DE IVNIIS SILANIS.

Iuniorum Silanorum domus per duo saecula liberae reipublicae extrema splendida et sub imperatoribus Iuliis per affinitatem cum ipsa familia imperatoria etiam magis nobilitata licet enarratorem nacta sit summum Borghesium in commentario (opp. vol. 5 p. 161—233) scripto a. 1849, retractatione id stemma vel maxime indiget, cum nescio qua fati invidia ex locis auctorum depravatis titulisque male lectis in hunc quidem commentarium plurimi gravissimique errores se insinuaverint non omnes adhuc deprehensi sublatique. Nam de Silanis quidem qui vixerant ante Augustum quid non recte posuerit Borghesius, satis demonstratum est cum ab aliis tum maxime ab egregio inscriptionum Lebasianarum enarratore Waddingtonio ad titulum Mylasenum n. 409 et iam in summa re in adnotationes receptum ad alteram Borghesiani commentarii editionem operibus eius insertam adiectas; at quae emendanda sint in parte ea, quae spectat ad Augustum eiusque successores, cum nemo docuerit, communi opinione recepta redeunt adhuc apud omnes, qui tempora ea illustraverunt auctoresve eorum temporum adnotaverunt, tamquam certissima et extra omnem dubitationem posita. Quod si in vivis esset Borghesius, ipse dudum telam retexuisset; erat enim ex iis qui dum vivunt addiscunt. Iam ad nos id spectat, neque veremur convellere quae posuit; novi enim ego virum sanctum et hoc scio ipsum pro ingenuo veri, non sui studio magis plausurum fuisse iis, qui monumentis postea repertis edocti sua emendarent, quam qui compilarent. Sed de ipsa re videamus.

Tota quaestio ab eo pendet, quinam maritus fuerit Aemiliae Lepidae proneptis Augusti nata maximae, cuius maiores posterique, quos quidem certis et indubitatis auctorum testimoniis traditos habeamus, hi sunt.

Augustus
|
M. Agrippa ⌣ Iulia nata a. 715, nupta a. 733
|
L. Aemilius Lepidus ⌣ Iulia nata c. a. 735
cos. a. n. c. 754 = p. Chr. 1
|
...... ⌣ Aemilia Lepida nata c. a. 751
|
M. Silanus — L. Silanus
natus a. 767 = p. Chr. 14 — sponsus Octaviae Claudii imp. filiae.

Sane haec vera magis sunt quam veri similia; habemus enim mulieres per tres generationes quae partum ediderint ante vicesimum annum. Nota praeterea Iuliae Augusti filiae primogenitum fuisse Gaium natum a. 734 filiamque Iuliam propterea nasci non potuisse ante annum sequentem; nam si gemellos peperisset, id non taceretur. Vere igitur Plinius ibi (h. n. 7, 13, 58), ubi testatur divum Augustum neptis suae nepotem vidisse genitum quo excessit anno M. Silanum, hoc addit ad 'reliquam in eo exemplorum raritatem'. — Mater abnepotis Augusti natu maximi natique a. 767 quaenam fuerit, diserte non traditur; sed fuisse Aemiliam Lepidam, quam proneptem Augusti Suetonius (Claud. 26) appellat, dudum intellectum est. Nam cum Augustus habuerit neptes duas tantum Iuliam et Agrippinam, proneptes autem quattuor, Lepidam illam ex Iulia, Agrippinam Drusillam Livillam ex Agrippina, harum trium nullam in Silanorum domum deductam esse constat. Contra Aemilia Lepida desponsata ante teste Suetonio nepoti Liviae Ti. Claudio nato a. 744 ei qui postea imperavit, cum is ei propter offensas parentium eius adversus Augustum optime illustratas a Borghesio p. 187 ante nuptias nuntium remisisset, nihil obstat, quo minus mox nuptias fecerit cum Silano aliquo. Hactenus igitur omnia certo stabilita sunt neque dissensionis causa ulla.

Ut ipsius Aemiliae Lepidae Augusti proneptis auctorum qui supersunt unus Suetonius diserte meminit[1]), ita maritus Silanus quinam fuerit, solus memoriae prodidisse videtur, scribens (Claud. 29) Claudium inter alios occidisse Ap. Silanum consocerum suum. Consoceri enim si fuerunt imp. Claudius et Ap. Silanus cos. a. u. c. 781 = p. Chr. 28, ut ille Octaviae, ita hic L. Silani pater fuerit necesse est; L. Silanum autem cum M. Silani Augusti abnepotis fratrem appellet Tacitus ann. 13, 1, res decisa est nupsitque Augusti proneptis natu maxima Ap. Silano. Et in hac quidem opinione et alii plurimi adquieverunt et ipse Borghesius, acrius, quam solet vir ut doctissimus ita mitissimus, reprehendens Brotierium pro Ap. Silano cos. a. p. Chr. 28 substituentem M. Silanum cos. a. p. Chr. 19. Mihi tamen, ut verum fatear, sola Brotieriana opinio probatur, eiusque meae opinionis argumenta iam declarabo.

1. Ap. Silanum cum consocerum Claudii imperatoris Suetonius dicat, e contrario Apotheosis auctor, sive Seneca is fuit sive aequalis alius, eum imperatoris socerum appellat (c. 11), et recte omnino, etsi satis invidiose. Nam uxoris Claudii Valeriae Messalinae matrem Domitiam Lepidam auctore ipso Claudio c. a. 41 nupsisse Ap. Silano Dio (60, 14) refert itaque ab eiusmodi scriptore omnino socer dici potuit, qui vere non pater esset uxoris, sed vitricus. Neque id Borghesius non intellexit; sed utrumque admisit Appium et socerum et consocerum imperatoris fuisse, minus recte. Nam cum utra-

[1]) Aemilia Lepida quae nupsit Druso Germanici filio diemque obiit a. p. Chr. 36 omnino diversa est; huius enim pater proxime ante ipsam defunctus est (Tac. ann. 6, 40), cum Lepidae Augusti proneptis patrem obiisse ante ipsum Augustum acta Arvalium anni p. Chr. 14 demonstrent.

que affinitas diverso teste uitatur eoque siugulari, vel ob eam causam verendum est, ne alter uter erraverit. Deinde Apotheosis auctor cum sic scripserit: 'quaudoquidem divus Claudius occidit socerum suum Ap. Silanum, generos duos Magnum Pompeium et L. Silanum, socerum filiae suae Crassum Frugi' et sic deinceps, si fuit duplex illa affinitas, addere debuit ad invidiam augendam 'socerum et consocerum suum'. Ego etiamsi alia nulla indicia accederent, vel his locis inter se compositis non dubitarem aut librarios Suetonii erroris arguere aut ipsum Suetonium; uam aequalis Apotheosis auctor in tali re errare uon potuit. Fieri potest, ut Suetonius cum in ipsa Apotheosi similive scripto Appium socerum imperatoris appellari vidisset, inter patres autem uxorum Claudii ei locum uullum esse recte intellexisset, consocerum pro socero substituerit patrem eum reputans generi Claudii L. Silani; sed sive ita res evenit sive librarius peccavit, consocerum Claudii Appium fuisse nego.

2. Appium virum et gratiosum et nobilissimum (Dio 60, 14) iusto tempore ad consulatum pervenisse dubitari nou potest; eumque cum occideretur a. p. Chr. 42 florida etiamtum actate fuisse vel ex iis intellegitur, quae de causis ruinae eius rerum scriptores tradiderunt (Dio 60, 14). Quare credibile non est eum natum esse ante auuum eum, quem leges annales requirunt in consule a. u. c. 781 = p. Chr. 28, annum u. c. 748; ita euim obiit annos natus XLVII. Etiam probabilius aliquot aunis post natus habebitur, cum eiusmodi vir facile ante iustam aetatem duodecim fascibus potiri potuerit. Sed sit natus ipso anno 748: ita si fuit pater M. Silani nati a. 767, filium genuerit necesse est auuos natus nondum vigiuti, certe parum probabiliter.

3. Ap. Silanus is de quo agimus cum duo praenomina habuerit Appii et Gai (Dio 60, 14; Reines. 19, 13 [1]); Borghesi l. c. p. 186), ueutrum compareat iuter praeuomiua Silanorum abnepotum adnepotumque Augusti, quorum natu maximum dictum esse Marcum supra vidimus, alios infra reperiemus nomina habentes Lucii et Decimi. Qui uovit consuetudiuem Romanam uon negabit id vel solum sufficere ad opiuionem receptam convellendam.

4. Titulum urbanum hodie custoditum in museo Verouensi hunc: *Suri Lepidae M. Silani; locum et ollas duas accepit ab Seleuco Lepidae M. Silani* (Mur. 1750, 6; Borghesi l. c. p. 213) qui defendunt opinionem receptam, uegant pertiuere ad Lepidam proneptem Augusti, iidem confessi aliam Lepidam nullam reperiri, quam constet nupsisse Silano. Iam postquam demonstravimus proneptis eius maritum Silanum nou fuisse Appium, nihil obstat, quominus in titulo hoc nominetur ipsa illa Lepida; immo cum filius

[1]) Titulum Sex. Titiani Erotis, cuius huc pertinent verba C·IVNIVS·AP·C·L·SENO, servatum hodie in museo Oxoniensi, inspexit ibi Huebnerus lectionemque comprobavit. Nihilominus rogamus qui studiis his favent doctos Britannos denuo lapidem examinent, num extra omne dubium sit praenomen patroni duplex; nam singulorum patronorum singula tantum praenomina libertini ponere solent, nec memini alibi me legisse in eius generis hominum titulis praenomen unius patroni duplex.

eius natu maximus Marcus dictus sit, admodum probabile est eodem nomine etiam maritum usum esse.

5. Simile quid usu venit in Iunia Calvina Augusti abnepte. Titulus Tibure olim servatus Iuniae cuiusdam Sp. f. Tyrannidis, quae ibi dicitur *Calvinae M. Silani fil(iae) delicium* (Grut. 1024, 2; Borghesi l. c. p. 203), a Borghesio tribuitur nescio cui Iuniae Calvinae praeterea ignotae propter eam solam causam, quod pater ibi dicitur non Appius, sed Marcus. Iam postquam vidimus abnepotum Augusti patrem hoc ipso nomine fuisse, hunc quoque titulum abnepti tribuere non dubitabimus.

Vidimus Aemiliam Lepidam proneptem Augusti natam c. a. 751 nupsisse c. a. 766 M. Silano filiumque eiusdem nominis edidisse ipso anno 767 antequam diem Augustus obiret (Aug. 19). Iam ut mariti eius locum parentelamque determinemus, recensebimus aetatis Augustae Silanos, quorum ad nos memoria pervenit.

1. *M. Iunius Silanus cos. a. u. c. 729* (Borghesi l. c. p. 180). De patre non satis constat; nam qui in senatus consulto a. u. c. 737 (Grut. 328, 1 = VI, 877) inter eos qui scribundo adfuerunt primo loco nominatur *M. Iunius M. f. Si[lanus]*, eum hunc ipsum fuisse Borghesius statuit probabiliter quidem, sed deficientibus argumentis certis.

2. *L. Iunius Silanus candidatus cos. in a. 733* (Dio 54, 6) nominatur item inter heredes C. Cestii una cum M. Agrippa († 742) in titulo Orell. 48 (Borghesi l. c. p. 181).

3. *C. Iunius C. f. Silanus cos. a. u. c. 737* (Borghesi l. c. p. 182). Patri, quem Gaium appellat Dio in indice (cf. I p. 547), Marci nomen fuisse contendit Borghesius propterea quod consul a. 763 in fastis Capitolinis appellatur C. Iunius C. f. M. n. Silanus; at eum huius filium esse nemo scribit.

4. *C. Iunius C. f. M. n. Silanus cos. a. u. c. 763 = 10 p. Chr.*, flamen Martialis. Patrem avumque fasti Capitolini prodiderunt illumque confirmant tituli *Iuniae C. Silani f. Torquatae* virginis Vestalis (Orell. 696. 2238; Borghesi opp. 3, 12 seq.; Henzen ann. inst. 1855 p. 5); eam enim huius sororem dicit Tacitus (ann. 3, 69). Repetundarum ex Asia damnatus a. p. Chr. 22 in exilium abiit (Tacitus l. c.).

5. *M. Iunius C. f. Silanus cos. a. u. c. 768 = 15 p. Chr.* Dixi de hoc apud Henzenum in relatione de actis Arvalium p. 11 ibique quae de duobus M. Silanis consulibus a. p. Chr. 15 et 19 tradita accepimus antea male perturbata ordinavi. Patri nomen fuisse Gai primum patefecerunt acta Arvalium a. 38 (nam huius anni esse, non sequentis iam constat), ubi agi de hoc certum est, cum successorem ibi accipiat, eo autem anno hunc interiisse constet. Aequalem fuisse Germanici nati a. u. c. 739 inde colligitur, quod falsus Drusus Germanici f. fraudem confessus deinde M. Silano se genitum esse contendit (Tacitus ann. 5, 10). Consul fuerit necesse est M. Silanus suffectus a. p. Chr. 15 (I p. 475 cf. n. 762. 763); nam M. Silanus M. f. cos. ord. a. p. Chr. 19 iam excluditur cognito praenomine patris. Multum valuit sub Tiberio nec rara eius in actis eius temporis mentio est (Tac.

ann. 3, 24. 52. 6, 2. Dio 59, 9). Filia eius Iunia Clandilla a. p. Chr. 33 nupsit Gaio nepoti Tiberii ei qui postea imperavit (Tacitus ann. 6, 20). Iussu eiusdem Gaii consiliorum soceri impatientis periit in ipso imperii eius principio iam senex (Dio l. c.) a. p. Chr. 38 (Dio l. c.; Tacitus Agric. 4; Suet. Gai. 23; Philo leg. ad Gaium 8. 9; Seneca apoth. 11; acta Arval. a. 38).

6. *D. Iunius Silanus* frater praecedentis propter adulterium cum Augusti nepte commissum cum Roma fugisset, eo rediit a. p. Chr. 20 neque honores obtinuit (Tacitus ann. 3, 24).

7. *M. Iunius M. f. Silanus cos. a. u. c. 772 = p. Chr. 19.* Perraro commemoratur. Inscriptiones duae, qui eum consulem cient cum L. Norbano Balbo (Borghesi l. c. p. 216, item *bull. dell' inst.* 1856 p. 60), patris nomen addunt, quod ideo fieri, ut distinguatur a consule eiusdem nominis a. p. Chr. 15, inde intellegitur, quod in integra (nam altera fracta est) ab altero consule patris praenomen abest. Extremo tempore Tiberii primoque Gai (c. 33—38 p. Chr) per sex minimum annos eum Africae praefuisse proconsulem intellegitur ex titulo Orell. 3443 praefecti fabrum *M. Silani M. f. sexto Carthaginis* (cf. Borghesi l. c. p. 208. 217) collatis iis quae scribunt Dio 58, 23 Tiberii aetate extrema senatorias consularesque provincias per sexennium sub eodem proconsule fuisse et Tacitus hist. 4, 48 C. Caesarem M. Silani Africae obtinentis metu legionem ei abstulisse misso in eam rem legato, quod non recte convenit in alterum M. Silanum degentem Romae, quo tempore Gaius imperare coepit, et paullo post interemptum. Alibi non memoratur, nisi quod inter Silanos qui in senatu fuerunt a. p. Chr. 32 (Tacitus ann. 6, 2) eum quoque comprehendi consentaneum est. Inter Arvales eum nominari quamquam olim credidi, iam praetulerim opinionem Borghesii (l. c. p. 192) M. Silanum eum, qui nominatur in iis imperantibus Gaio et Claudio, consulem esse a. p. Chr. 46.

Hi sunt quos novimus Iunii Silani aetatis Augustae; quibus addi poterunt aetatis Tiberianae magis quam Augustae homines *C. Appius Silanus cos. a. u. c. 781 = p. Chr. 28,* de quo ante egimus, et *L. Silanus flamen Martialis* qui consul fuit cum C. Vellaeo Tutore circa a. 27 (Borghesi l. c. p. 204), quamquam ex hoc ipso anno, cuius secundum semestre Borghesius ei tribuerat, eum nuper depulerunt fasti Arvalium (v. Henzenus relat. p. 97).

De his quae accepimus etsi ad parentelam certa ratione determinandam meo quidem iudicio non omnino sufficiunt, sufficiunt opinor ad quaestionem dirimendam, quinam eorum fuerit pater abnepotum Augusti. Nam reliquos praenomen, ex Marcis autem tribus consulem a. 729 aetatis rationes excludunt. Duo qui remanent Marci consules a. 768. 772 cum propter aetatem ambo apti sint (nam alter sic generavit primogenitum filium annos natus circiter triginta duos, alter annos natus duodetriginta), de consule a. 15 socero imp. Gai propterea cogitari non potest, quoniam numquam mentio fit affinitatis huius cum domo imperatoria, cum saepissime nominetur eaque affinitas maxime a Tacito summam potentiam eius enarrante omitti non

debuerit. Quapropter mihi constat Aemiliam Lepidam proneptem Augusti c. a. 766 nupsisse M. Silano M. f. ei qui fasces post sexennium gessit, cuius obscuritate ipsam affinitatem eam obscuratam esse mirum non est.

Procedimus ad tempora Claudii Neronisque, de quorum Silanis in summa re recte disputavit Borghesius. Floruerunt ea aetate abnepotes Augusti filii M. Silani M. f. et Aemiliae Lepidae, de quibus quae dicenda sunt ita enarrabimus, ut nota et certa per indicem tantummodo repetantur.

1. *M. Iunius Silanus*, quem filiorum horum primogenitum vidimus natum esse vivo etiamtum Augusto a. p. Chr. 14, abnepos Augusti dictus apud Plinium (v. p. 58) et Tacitum ann. 13, 1, ad consulatum pervenit a. 46, veneno sublatus est proconsul Asiae in ipso principio imperii Neronis a. 54 (Plin. l. c.; Tac. ann. 13, 1; Dio 61, 6; Borghesi l. c. p. 192). Eundem videri intellegi in Digestis 16, 1, 2, 1 observavi in adnotatione ad l. c. et in Hermae vol. 4 p. 105.

2. *L. Iunius Silanus*, quem abnepotem Augusti dicit Seneca in Apotheosi c. 10, Marci consulis a. 46 fratrem Tacitus ann. 13, 1, cum praetor factus sit a. 48 (Tac. ann. 12, 4) quinquennio ante iustum tempus (Dio 60, 5, 31), id est annum agens vicesimum quintum, natus sit necesse est a. p. Chr. 23. Claudius imperator ei despondit filiam minorem Octaviam anno, ut ait Dio 60, 5, p. Chr. 41, ut hoc accedat ad rationes alias, propter quas Octaviae natalis ad a. 42 referri non potest (cf. Nipperdey ad Taciti ann. 14, 64), quamquam sine dubio desponsata est infans etiamtum. Gener futurus imperatoris in triumpho Britannico a. 44 accepit ornamenta triumphalia annum agens vicesimum primum, ut qui eum ea accepisse scribunt nondum puberem (Suetonius Cl. 24; ἐν παιτὶ Dio 60, 31) rem per se inhonestam exaggerasse videantur. Quod si non erraront, Silanus ad praeturam admissus sit necesse est ante annum vicesimum quintum adaucto fortasse postea privilegio; nam si vere a. 44 septendecim fere annos natus fuit, anno non vicesimo quinto, sed vicesimo primo fasces suscepit. Reperitur etiam inter Arvales (Marini tab. IX). Vigintiviratu functus et praefectura urbis feriarum Latinarum (Dio 60, 5) anno 48, ut diximus, praeturam gessit inter cives et peregrinos (eam enim provinciam obtinuisse Eprium Marcellum in eius locum suffectum ostendit titulus Henzeni n. 5425); at Agrippinae dolo et magistratu et sponsa privatus principio a. 49 mortem sibi ipse conscivit (Tacitus ann. 12, 3. 4. 8; Suetonius Claud. 27. 29; Seneca apoth. 8. 10. 11; auctor Octaviae v. 150). Huius est titulus Atticus (C. I. Gr. 369; 'Εφ. ἀρχ. 2305) a Borghesio (l. c. p. 178) male ad fratris eius filium revocatus, quem iam apponam emendatum ad exemplum exceptum perite ab Ulrico Koehlero, mihi autem subministratum beneficio Dittenbergeri Rudolstadensis: [Λεύκιον Ἰού]νιον Μάρκου Σειλα[νοῦ υἱὸν | Σειλανὸ]ν Τορκουάτον, ἱερέα Θ[εοῦ] | Ἰουλίου καὶ ἱερέα Θεοῦ Κα[ίσαρος Σεβα]|στοῦ, ἔπαρχον Ῥώμης, τριῶν [ἀνδρῶν] | κατασκ[ευ]ῆς χρ[υ]σοῦ καὶ ἀργύρου [καὶ χαλ|κ]οῦ, ταμ[ίαν Τιβερί]ου Κλα[υδί]ο[υ Καίσαρος] | Σεβα[στοῦ Γερμα]νικο[ῦ] .... Extrema etsi maiore ex parte perierunt, tamen quae remanent recte Dittenbergerus ait satis ostendere quaestorem hunc fuisse non Neronis, sed

Claudii. Unde excluditur cui Borgbesins titulum dedit L. Silanus adnepos Augusti Marci cousulis a. 46 filius; nam pater uatus a. 14 nou potuit babere filium quaestura fungentem a. 54 vel etiam autea. Contra iu abuepotem Augusti omniu recte couveniunt, pater Marcus, praefectura urbls, vigintiviratus, quaestura imperante Claudio, quam iam videmus non remissam ei esse, sed aute tempus extra ordiuem datam; neque obstat, quod nomen Torqnati anctores non babent solo Silani uomiue contenti. Nam Iuniis Silanis omnibus iu id nomen ius fnisse neqne ignotum est et infra de eins usurpatioue quaedam moncbuntur. — Ad eundem nullo negotio revocubis reliquias tituli Tiburtini, quas tractavit Borghesius l. c. p. 229:

[L. Iunius M.] f. M. n. Silauu[s Torquatns]
[honoratus au]n. XVII [trinmphalib. ornam.]
[q. pr. inter c]ivis · e[t peregrinos geuer]
[Ti. Claudi] Caesaris Angus[ti] . . . .

V. 4 traditur . . N · XVIII . . . . . In fine erunt qni praeferunt *[abnepos]* *Caesaris Augusti.*

3. *D. Iunius Silanus Torquatus* (quattuor haec nomina habet Phlego fr. 36, cum apud Tacitum dicatur modo D. Iunius 12, 58, modo Torquatus Silanus 15, 35) ud consulutum pervenit a. p. Chr. 53, Nerouis iussu cuesus est a. 64 (Tac. l. c. cf. 16, 8). Hunc Tacitus (15, 35) dicit divum Augustum atavum tulisse neque nbi eius caedem enarrat, respicit, ut expectes, ad duos fratres antea interfectos Lncium et Marcum. Nihilominus nlsi ipse Tacitus erravit, peccarnnt librarii fuitqne vere frater Lucii et Marci, Augustus autem ei non atavus, sed abavus; nam recte post ulios demoustravit Borghesius (l. c. p. 194) per rerum naturam fieri non posse, ut vel Marcus, qni fuit primogenitus abnepotum Augusti, filium procreurit ad cousulutum septimo post ipsum anno evectum.

4. *Iunia Lepida* secuudum narrutiouem Taciti (16, 7 seq.) amita fuit L. Silani interfecti a. 65, id est soror trium eorum de quibus modo egimus Marci, Lucii, Decimi, nxor C. Cassii Longiui consulis a. 30, a. 65 incestus accusatu cum fratris filio et damnatu. Huins nuper prodiit Atheuis titulus editus in 'Εφ. ἀρχ. n. 1054, qnem apposui lectum u Koeblero, restitutnm a Dittenbergero: ['Ι]ουνίαν Λεπίδαν | Σειλανοῦ Τορκουά|του θυγατέρα ἱέ[ρεια] | Ἀθηνᾶς Πολ[ι]άδος | ['Ι]ουνία Μ[εγίστη Ζήνω|νος Σ[ουνι]έως | θυ[γάτη]ρ. Addit idem eiusdem Megistae tres alios titulos inventos esse, in his certe duos ('Εφ. ἀρχ. 79. 3724) dedicatos imperaute Claudio. Cum frater primogenitus Lepidue natus sit a. 14, sorori bonorem eum babitum esse inter a. 41 et 54 recte couvenit. Patri verum est praeterea nomen Torquati nusquum tribui; sed cum duo certe ex filiis eo usi esse iuveuiautur ipsique quoqne ius iu id fnisse coustet, magis id ei impertiemus quam excogitabimus Iunium Lepidam uescio qnam alteram ub ea cuius certa memoria superest diversam. Neqne id fieri potest, nisi ut fingas item Silanum Torquatum aliquem buius Lepidae patrem praeterea ignotum; ii enim, qnorum id nomen testatum habemus, uut orbi diem obieruut aut certe recentiores sunt, qnam quorum filia imperaute Claudio bonoraretur.

5. *Iunia Calvina* unde cognomen duxerit, ignoratur; crediderim avum eius M. Silanum, cuius ipsius nulla memoria superest, uxorem habuisse Domitiam Calvinam filiam cos. a. u. c. 701. 714 eam, cui probabiliter tribuit Borghesius (l. c. p. 197) titulum urbanum (Mur. 1785, 26) hunc: *Domitia Calviniae* [immo *Calvinae*] *l. Natalis v. a. XX.* Titulum ipsius, in quo dicitur *Calvina M. Silani filia*, supra p. 60 attulimus. Ea secundum narrationem Taciti ann. 12, 4 soror fuit L. Silani sponsi Octaviae festivissima puella (Seneca Apoth. 8). Nupta deinde L. Vitellio consuli a. 48 mox incestus cum fratre illo accusata a socero repudiata est et a. 49 in exilium acta. Rediit sub Nerone a. 59 (Tac. ann. 14, 12) vitamque protraxit ad extrema tempora Vespasiani, id est ad a. c. 78; nam cum eo tempore maesoleum imperatorum repente patuisset, Vespasianus iis, qui id ipsi exitum portendere dicerent, respondit id prodigium ad Iuniam Calvinam e gente Augusti pertinere (Suet. Vesp. 23). Eam igitur circa ea tempora vitam finivisse probabile est.

6. *L. Iunius Silanus Torquatus* (*L. Silanus* apud Tacitum ann. 15, 52. 16, 7; *Torquatus* ib. 16, 12; *Iunius Torquatus* apud Dionem 62, 27) ἀπόγονος τοῦ Αὐγούστου (Dio l. c.) post patris mortem immaturam educatus apud amitam Iuniam Lepidam C. Cassii uxorem (Tac. ann. 15, 52) et a. 60 adlectus in collegium aliquod sacerdotum (Marini Arv. p. 86; Mercklin Coopt. p. 226; Borghesi l. c. p. 198; superest ibi *L. Iunius Silanus* ....) sub Nerone a. 65 incestus accusatus est cum amita illa commissi et propterea interfectus. Ex tribus fratribus, quos recensuimus, cum Decimus patruus eius dicatur (Tac. l. c.), Lucius diem obierit antequam uxorem duceret, Marcum patrem eius fuisse dudum intellectum est. Titulus urbanus, in quo non legitur nisi *L. Silano Torquato* (Gud. 331, 6), probabiliter a Borghesio ad hunc relatus est, quippe qui ad honores non videatur pervenisse. *L. Silanus* is, cui imperante Nerva Titinius Capito statuam Romae in foro posuit (Plinius ep. 1, 17), eidem idem creditur eamque opinionem ego quoque secutus sum in indice Pliniano; ceterum ubi ad severum examen eum revoces, fatendum est idoneam causam nullam proferri, cur hic potissimum intellegatur. Potuit sane Capito sic honorare ultimum marem ex posteris Augusti.

Stemma subieci supra dictis enarrationibus accommodatum.

M. Silanus

M. Silanus cos. 729		C. Silanus ⌣ Claudia?		
M. Silanus ⌣ Domitia Calvina?	C. Silanus C. f. M. n. cos. 763 = 10	M. Silanus C. f. cos. 768 = 15	D. Silanus	Iunia C. Silani f. Torquata
Aemilia Lepida proneptis Augusti ⌣ M. Silanus M. f. Torquatus cos. 772 = 19	C. Appius Silanus cos. 781 = 28	Iunia Claudilla ⌣ C. Caesar imp.		

M. Silanus natus 767 = 14 cos. 46	L. Silanus Torquatus M. Silani f., natus a. aut 23 aut 27, sponsus Octaviae Claudii imp. f.	D. Iunius Silanus Torquatus cos. 53	Iunia Lepida Silani Torquati f. nupta C. Cassio Longino	Iunia M. Silani f. Calvina nupta L. Vitellio
L. Iunius Silanus Torquatus † 65				

Non recepimus C. Iunium C. f. Silanum cos. a. 738, non ausi cum Borghesio praenomen patris ex Gaio in Marcum mutare, nec magis L. Silanos duos consulatus petitorem a. 733 alterum, alterum consulem c. a. 27. Praeterea Q. Caecilius M. f. Metellus Creticus consul a. n. c. 760 = p. Chr. 7 aetate provectus iam et consularis adoptatus sit necesse est a Iunio quodam Silano, unde ipse postea dicitur *Silanus Creticus*, filia eius, cuius elogium nuper optime restituit Henzenus (in actis acad. Berol. minoribus 1866, 247), defuncta c. a. 19, cum sponsa esset Neronis Germanici f., *Iunia Silani f.* (vide quae dixi in Hermae vol. 2 p. 126); at cum ne de praenomine quidem constet, frustra quaerimus, quinam ex Silanis eum adoptarit. Denique de *Silanis Gaetulicis* non habeo quod addam enarrationi Borghesii (l. c. p. 214) probabiliter eos repetentis a D. Silano fratre consulum a. 10 et 15. Eum liberis carentem adoptasse videri filium Cn. Lentuli Gaetulici consulis a. 26 (v. stemma Corneliorum quod dedimus I p. 14) dictum propterea D. Iunium Silanum Gaetulicum, anno p. Chr. 63 receptum in collegium aliquod nobile sacerdotum; ab hoc natum esse M. Iunium Silanum Lutatium Catulum, cuius defuncti anno aetatis vicesimo primo titulus repertus est in sepulcro Scipionum (Orell. 560). Silanos certe Gaetulicos inter patricios adlectos esse inde colligitur, quod hic saliare sacerdotium habuit. Stirpem eam ad Traiani aetatem durasse Borghesius recte effecit ex loco Iuvenalis 8, 26; ad Augusti autem progeniem ea non pertinuit.

Restant duae observatiunes, altera de coniunctione quae intercessit inter Iunios Silanos et Manlios Torquatos, altera de affinitate quam volunt fuisse inter illos et Claudius patricios. Et illius quidem coniunctionis

origo clara est et indubitata; nimirum D. Iunius Silanus praetor a. 612 naturalem patrem habuit T. Manlium Torquatum consulem a. 589, a quo in adoptionem datus Iuniorum Silanorum nomen propagavit. Deinde extinctis Manliis Torquatis aetate Caesariana (neque enim ullum novi eius gentis posteriorem T. Torquato T. f. et L. Torquato L. f. praetore a. 705, quorum ut mortuorum meminit Cicero in Bruto scripto a. 708 c. 70, 245. 76, 265) secundum usum eius temporis Iunii Silani, naturaliter oriundi ab illis, non solum imaginibus gentis extinctae pompas suas decoraverunt, quemadmodum Tacitus (ann. 3, 76) ait in funere Iuniae filiae D. Silani consulis a. 692 defunctae a. demum u. c. 775 = p. Chr. 22 Manliorum quoque imagines antelatus esse, sed ipsa nomina revocaverunt. Plane eadem ratione Fabii Maximi aetate Augusta extinctis Aemiliis Paullis cognomen id adsciverunt, quoniam saeculo sexto ex maioribus eorum unus ex Paulli domo in Fabium venerat. Ita in Silanis Torquatorum nomen emergit primum in Iunia Torquata virgine Vestali sorore consulum a. 10 et 15, deinde in consule a. p. Chr. 19, quamquam huic id cognomen non datur nisi in unico titulo filiae[1]); denique abnepotes adnepotesque Augusti eo passim usi esse inveniuntur. Eodem rettulerim quod ait Suetonius (Gai. 25) Gaium, cum vetera familiarum insignia nobilissimo cuique adimeret, etiam Torquatum torque privasse; nam Nonii Asprenates, de quibus plerique haec intellegunt propter narrationem eiusdem auctoris in Augusti vita c. 43, minus recte quam Silani vetustis familiis adnumerantur nec satis apte iunguntur Magnis Cincinnatisque[2]). Perperam autem Borghesius loco corrupto Taciti ann. 3, 58 *separanda Silani* (agitur de consule a. 10) *materna bona quippe alia parente geniti reddendaque filio* pro *alia* scribi iussit *Manlia*. Nam perversae sententiae ita medela nulla affertur; ad Torquati autem nomen Manliis tributum explicandum neque opus est affinitatis demonstratione, cum adoptio rem conficiat, neque si opus esset, haec relata ad consulem a. p. Chr. 10 sufficeret, cum id nomen latius pateat in Silanis quam ut ab eius aetatis matrimonio repeti possit. Miror autem Nipperdeium, qui fundamento opinionis recte reiecto et absurditate commatis optime perspecta nihilominus secure premens Borghesii vestigia Vestalis matri Manliae nomen fuisse asseveret indeque filiam Torquatam appellatam esse contendat.

Coniunctos fuisse Claudios patricios cum Iuniis Silanis tantum abest ut negem, ut duorum consobrinorum C. Appii Silani cos. a. 28 et Iuniae Claudillae nomina Claudiana ducant ad coniecturam communem eorum aviam

---

1) Non supervacaneum erit monere cautos admodum nos esse debere in eiusmodi cognominibus hereditariis ab iis, quibus ius in ea sit, abiudicandis propter usurpationem eorum omissam. Ita Tacitus in annalibus a. 64. 65 D. Silano cognomen Torquati dare solet, Lucio negare, ut adeo scribat 16, 8: *ipsum dehinc Silanum increpuit iisdem quibus patruum eius Torquatum*; at nihilominus paullo post c. 12 eosdem homines complectitur appellatione duorum Torquatorum.

2) Q. Volusii consulis a. 809 = 56 uxor Torquata (vide quae adnotavi ad Borghesium opp. 3, 333. 334) ex qua gente fuerit, nescimus.

Claudiam ex gente patricia fuisse. Sed hoc nego, quod et Borghesius (l. c. p. 188) et alii omnes admiserunt, apnd Suetonium Claudii c. 4 agi de affinitate Claudii eius qni postea regnavit cum Silanis. Scribit ibi Augustus paucis ante mortem annis ad Liviam uxorem sic de Claudio: *curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum non displicet nobis, si est passurus se ab Silani filio homine sibi adfini admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit.* Quinam is esse posset Silani filius, difficile dictu foret, si omnino de ea re quaerendum esset. At qnod editur non est nisi coniectura Beroaldi parum felix; in libris omnibus est *Silvani,* cumque Clandio uxor prima fuerit Plautia Urgulanilla filia M. Plautii Silvani consulis a. 752, soror Plautii Silvani praetoris a. 22 p. Chr. memorati apud Tacitum ann. 4, 22 aliorumque Plautiorum enumeratorum apud Nipperdeium ad h. l. Taciti, intellegitur omnino hornm aliquis Claudii Liviae nepotis cognatus.

III. DE FIDE LEONHARDI GVTENSTENII.

Inter eos, qni privatim sibi profuerint in copiis epigraphicis congerendis, Gruterus nomen posuit Leonhardi Gutenstenii iure consulti eiusque hominis alinnde mihi ignoti in praefatione de sua sylloge merita accuratins enarrat. Invenes duos Gutenstenium illnm et Gasparum Scioppium Romae degentes pro amore in se Velserumque 'quicquid marmorum qnotidie per Romam hinc inde erueretur, eorum delineationem septimanatim fere secnm communicasse ipso Gutenstenio adhibente manum suam accuratissimam'. Ab Iohanne Metello adscripta ad corpns Mazochiannm, quae ut et alia domi suse servata obtulerat Horatius a Valle iure consultns, eos descripsisse et misisse; item Smetianum codicem ex Farnesiana bibliotheca a Fulvio Ursino sibi impetratum eos contulisse cum Smetianis editis et misisse quae ibi plus aliterve legerentur. Denique cum addat Gruterus Fulvium Ursinum schedas suas plerasque aut ipsas per Velserum transmisisse aut Romae obtulisse describeudas, dnbinm non est describendi officio in his qnoqne functos esse iuvenes illos et maxime Gutenstenium, cum quae accepta feruntur Ursino in corpore passim per Gutenstenium venisse dicantur. Huic praefationis expositioni ipsa sylloge satis respondet, titulos qnosdam referens in urbe descriptos a Gutenstenio (nam Scioppii nomen in corpore rarius memoratur), in compluribus autem Gutenstenii nomen adiungens Metello Ursinove, nt etiam ea, quae solum Metelli nomen subscripta habent, omnia eornmqne, quse sub Ursini nomine proferuntur, partem aliquam Grutero a Gutenstenio subministrata esse recte conicias. Quare aliquid momenti habebit ad titulos maxime nrbanos recte aestimandos iudicium de fide ipsius Gutenstenii, quam adhuc quod sciam nemo in dubium vocavit. Sane in mnltis illis et variis, qnae misit Grutero, etiam interpolata et falsa reperiri constat neque id per se ipsi vitio verti debet. Volnmen Ligorii quod fuit Ursini, nunc est in bibliotheca Vaticana n. 3439, dudum notnm est sllegari apud Gruterum sub titulo Ursiuianorum, ipsumqne propterea hominis

doctissimi et sanctissimi nomen iam apud nostrae artis homiues merito infamatum est; similiterqne ante hos viginti anuos in actis societatis Saxonicae minoribns a. 1850 p. 294 mouui citari apud Gruterum excerpta ex codice aliquo cardiualis Carpensis facta a Metello homine item aecnratissimo et religiosissimo formata illa ex Iucundianis perpetnn foedaqne interpolatione. Coepimus igitnr diffidere aliquatenus Grnterianis his, sive Ursiniana dicuntur sive Metelliann sive Gntensteniana; sed cum ipsa interierint (nam in paucis schedarum Gruterianarum reliqniis quae supersunt in bibliotheca Lngdunensi Guteusteniauae nullae comparent), perierint item cum summo artis nostrae damno Ursiniaua fere universa, Metelliana deniqne pleniora esse potuerint ante tria saecula apud Vallaeum quam nunc sunt in Vaticana (cod. 6034. 6037—6040. 8495), post iudicatam de fraude quaestionem altera de fraudis auctore remansit sub iudice. Iam vero opere procedente intellegi coeptum est ipsum Gutenstenium tam in titulis quam in schedis describendis mala frande non raro usum esse, id est alia quidem fideliter eum ita nt acceperat rettulisse, alia vero neqne ea pauca ant interpolasse aut confinxisse. Id ita esse iam demonstrabo, sed breviter; neque euim postulamus, ut taedia quae nos devoravimus omnia qui haec legunt item perpetiantur neque iustae iu tali quaestioue studiosorum impatieutiae obliviscemur.

1. Urbanarum, quns Gruterus ait visas esse Gntenstenio, pleraeqne genuinae sunt et recte et probe descriptae, maxime servatae tnm apud Gutenstenii patronum Horatium Vallaeum, ut Grut. 1083, 8 (= VI, 851) *L. Valerio Voleso* cet., nuper custodita apud Feam, et Grut. 1013, 10 (= VI, 170) *numini Fortis Fortune* cet., prostans hodie iu museo Neapolitano; item quae tum fuit in ecclesia S. Mariae ad Aram caeli, nunc est in museo Capitolino ara *Isidi* sacra Grnt. 83, 10 (= VI, 351). Sed tres qnae seqnnntur item a Gutenstenio qui viderit relatae neque ab alio quoquam vel ante visae vel postea difficulter patronnm nanciscentur; suut autem hae.

Romae basis inter alia marmora quae ad fabricam D. Petri in Vaticano secantur.

Imp. Caes. L. Septimio Severo | Pio Pertinaci pont. max. trib. pot. VIII imp. IX cos. III | p. p.; imp. Caes. M. Aurelio Autonino | trib. pot. IIII cos. II principi | pio felici . . . . nat. . . . . | Iuliae Aug. matri Aug. | et castror. et | senatus | collegium augur. | p. p.

Grut. 264, 5. 'Grutero Gulenst. qui vidit.'

Romae inter marmora, quae aptantur fabricae D. Petri in Vaticano.

DDD. nnn. | Valentiniano | Valenti et | Gratiano Auggg. | piis felicibus ac | semper triumfatorr. | signum Herculi vict. | ob prov. . . . . | rect. . . . . | ampli . . . , | votis X | . . . . is XX

Grut. 1013, 5. 'Grutero Gutenstenius qui vidit'.

Romae inter lapides qui in usum fabricae D. Petri secantur basis marmorea fracta.

Felicitati | domus August. | . . . . . | officiorum o . . . . | T. Aelius Aug. l. . . . . | T. Iulius Aug. l. . . . | . . . us . . . .

ab aitero latere:

. . . . . | libertor. et servor. | domns August | imp. Caes. Titi divi | Vespasiani f. Ang. | in . . . n . . ni (*sequuntur nomina septendecim*).

Grut. 10, 5 'Grutero Gutenstenius qui vidit exscripsitqne'.

Primae houores honorumque iteratioues tam facile explanabis quam Geryoni aptabis petasum; in secunda imperatores tres intemeratae Christianitatis signumque Herculis victoris simnl splendent tamquam iu eodem caelo Sol et Luna; tertia deniqne merum miraculum est proponens in eadem scaeua imperatores Titum et Pinm. Quartam reperies et praescriptione et absurditate parem Grut. 1014, 6. Praeterea vide mihi homiuem callidum, qui importuno amico de titulis istis aliquando sciscitanti respousurus sit tum eos deuuo visnm iri cum ruat basilica S. Petri. Sane nos qaoque persuasum habemns antea certe neminem eos visurum esse.

2. Inter ea, quae ex Metellianis desumpta Gntenstenins Grutero submisit, uon mnlta sunt, quod quidem sciam (nam urbana aliaqne complura ibi relata equidem pro mei officii finibus uon ad amussim pervestigavi), qnae redeant iu Metelliauis iis quae hodie snpersunt. Sed hoc uon nrgemus, cum fieri potuerit, ut post Guteusteuium pars Metellianorum casu interierit. At ex iis quae ibi redeunt, suspicionem fraudis movent certe Brixianae duae a Gutenstenio ex Metellianis descriptae Grutero. Nam reperiuutur quidem iu corporihus Brixianis dnobus servatis adhuc inter Metelliana bibliothecae Vaticanae, sed ut iu his legantur intemeratae, apud Gruterum auctae additameutis falsis. Utramque subscripsi.

Ibidem (legitur in summo folio 'Burni', sed 'ibidem' iiiud pertinet ad id quod proxime praecedit 'in Faustini monasterio').

Miuervae
August
Sex. Dugius
Vaientio VI
vir Ang.

Metellus cod. Vat. 6039 f. 403'. Paulio diverse cod. Vat. 6038 f. 154.

Burni extra Brixiam.

Minervae
August
Sex. Drunius
Valens
VI vir Aug.
d. d.

Grut. 81, 5 'ex ms. Metelli Gutenstenius'.

Ibidem.

d. m.
Pan tino
ret *viri* iario
qui vi *imago* xit an
nos XXIII
m. IIII natio
Fryx pugnar
nm V Ingenna
posnit coniugi
karo cum qno
vixit an. V m. II

Meteiius cod. Vat. 6039 f. 405. Paulio diverse cod. 6038 f. 158.

Extra Brixiam.

Pan *hic ex-* tino
reti *pressa* ario
qui vi *est viri* xit an
nos *imago* XXIII
m. IIII d. VII
natio Fryx
pugnar. V
Ingenua posuit con
iugi karo cnm quo vix.
an. V m. II d. VII

Grut. 333, 9 'Gutenstenius e cod. ms. Metelli'.

Evidenter Gutenstenius haec descripsit ex ipso illo qui adbuc extat codice Metelli n. 6039; nam alter n. 6038 ab exemplis Gutenstenianis etiam longius recedit. Descripsit autem ita, ut praeter minora in altera adderet formulam dedicatoriam, in altera duobus locis numerum dierum, quorum neutrum in ullo horum titulorum apograpbo comparet praeter Gutensteniana. Ea igitur commentus est per se innocua et vilia, sed ad fraudem detegendam non minus apta quam Hercules victor honoratus ab imperatore Valentiniano.

3. Tituli non ita pauci leguntur apud Gruterum cum subscriptionibus formae diversae, modo 'ex Metelli schedis Gutenstenius', modo 'Metellus e codice fratris Iucundi', modo 'Metellus e manuscripto codice cardinalis Carpensis', quas subscriptiones dudum intellectum est plerumque certe idem significare, id est titulum ex codice fratris Iucundi servato tum apud cardinalem Carpensem Metellum descripsisse, Gutenstenium rursus misisse ex Metellianis. Versavit igitur Gutenstenius excerpta Metelliana iam inserta codici Vaticano 6039 p. 242. 309—328. 369 sic inscripta 'ex libro epigrammatum manu scriptorum recens cardinalis Carpensis': quae cum olim perlustrabam iudicavi excerpta esse ex exemplari aliquo nequaquam eximio corporis Iucundiani. Velim tamen accuratius examinentur, non quo per se utilitatem babeant, sed ut intellegatur Gutenstenius quid inde trahere potuerit. Praeterea corpus Mazochianum adnotatum a Metello eo tempore servatum apud Horatium a Valle, quem id 'ut et alia' Gutensteulo obtulisse Gruterus scribit, sine dubio id ipsum est, quod hodie pariter custoditur in eadem bibliotheca Vaticana (cod. 8495), ubi ipse Metellus in adnotatione ad praefationem adiecta[1]) tam Iucundi meminit quam libri illius Carpensis. Iam igitur cum Metelliana ea quae apud Horatium a Valle Gutenstenius vidit adhuc supersint in Vaticana, ex bis quae Grutero rettulit exigere possumus ad ipsas schedas. Mihi cum Carpensium excerptorum exemplum praesto non sit, Metellianarum autem ad Mazocbium adnotationum notitia quae sufficiat suppetat, interim experimentum facere volui, inter Gutensteniana Gruteri et Mazochianum corpus a Metello adnotatum quaenam ratio intercedat, et vel sic deprehendi illa ex hoc proficisci videri, sed ut interpolatio simul late grassata esse inveniatur. Exempli causa titulorum eius generis sex in urbanorum parte adhuc typis impressa a me deprehensorum horum:

VI, 89	= Maz. 33	= Grut. 100, 6	'e Metelli schedis Gutenstenius'.
„ 234	= „ 23'	= „ 109, 3	'e Mazocbio et ms. Metelli'.
„ 562	= „ 26	= „ 101, 1	'describebat Metellus e Iucundi schedis qui vidit'.
„ 563	= „ 69	= „ 246, 4	'Gutenstenius e ms. Metelli'.
„ 719	= „ 23'	= „ 35, 10	'Metellus describebat e ms. cod. card. Carpensis'.
„ 885	= „ 60'	= „ 236, 1	'Metellus ex fr. Iucundi autograpbo qui vidit describ.'.

[1]) Ex ea adnotatione quae olim exscripsi Romae, cum ne hodie quidem lectu indigna sint, dedi in appendice (p. 76).

exempla Guteusteniana comparatione iustituta visa sunt omuino profecta esse sive ex Mazochianis editis sive ex adnotationibus Metelli. Nam duo eorum n. 719. 885 in libro Vaticauo notas habcut a manu Metelli adscriptas, quas iu suam rem convertit Gutenstenius. Scilicet u. 885 cum sic referatur apud Mazochium: *ossa Ti. Caesaris divi Aug. f. Augusti pontificis maximi* cet., Metellus emeudavit *Aug. pont. max.* versuumque divisioucm de more a Mazochio neglectam restituit; iam apud Gruterum l. c. inscriptio ct in compendiis et iu versuum divisione formata est ad exemplum Metellianum. Dciude in u. 719 sic relata apud Mazochium l. c.: *Iulius Caesar deo Soli invicto altare* Metellus pro *altare* reposuit *aram*; uude sic legitur apud Gruterum l. c.: *deo Soli invicto aram C. Iulius Caesar d. d. ...* Recepit igitur in hac Guteustenius emeudationem Metellianam, praeterea de suo verba transposuit, praeuomcu et clausulam addidit, hiatum iudicavit, omniuo sui similis.

Iu uuiversum collatis iuter se Gutcnsteuianis et Mazochianis deprehendes iudicatioues locorum aut easdem esse aut simillimas, lectionem saepe non differre nisi in minutis, ubi autem differat, Gutenstenianam interpolatam esse. Earum interpolatiouum praeter supra allatam alias quasdam subscripsi.

Maz. 33:	*Grut. 100, 6* 'e Met. sched. Got.':
S. p. q. R. aedem Concordiae vetustate collapsam in meliorem faciem opere et cultu splendidiore restituerunt.	Aedem Concordiae vetustate collapsam ampliorem opere cultuq. splendidiorem restitolt s. p. q. R.
Maz. 69:	*Grut. 246, 4* 'Gnt. e ms. Metelii':
Pletatis lmperatoris Caesaris divi Nervae Traianl *et rel.*	Plctati et Feiicitatl imp. Caes. divi Nervae Traiani *et rel.*
Maz. 14:	*Grut. 179, 1* 'e ms. card. Carpeosis ac Metelli Gotenst.'.
Dd. nn. Dioclitianus et Maximianus lnvicti seniores Augusti patres lmperatorum et Caesarum	Dd. nn. C. Aurel. Val. Diocletianus et M. Aorel. Val. Maximianos lnvicti seniores Augg. patres impp. et Caes. p. p. ....
Constantius et Maximiauns lnvicti Aogg. et Severus et Maximianus nobiliss. Caesares	dd. on. Fl. Valer. Constantios et Galer. Valer. Maximinus nobiiissimi Caesares ff. . . . . .
thermas feiices Dlociltiani Aug. fratris sui nomiue consecravit coeptis aedificiis pro tantl operis magnitudine omnl culto perfectas Romanis suis dedica.	thermas feilces Diocletiano coeptas aedificiis pro tanti operis magnitudlne omni eultu iam perfectas numlni elus consecrarunt. . . .
Maz. f. 127': [1]	*Grut. 178, 3* 'e ms. Metelli atque Ursini Gutenstenius'.
Imp. Diocletia. Cesar Aug. piorimibos operibus in colie hoc excavato saxo quesitam aqoam lugi profluvio ex tofo hie scatentem lnvenlt Martia salob. Tib. levlor. curatis aegritu et statera ludlcatam eius receptul puthenm ad prox. trici. usus ln hoc spheristerio ubi et imperatoriam dictylotecam pos.	Imp. Diocletia. C. Aug. pios felix plurimibus operib. in colle hoc excavato saxo quaesitam aquam iugi proflovlo ex tofo hic scatentem invenlt Mar. salubriorem Tiber. levlorem curandis aegritudinibus statera iodicat cius receptul potenm ad prox. triclin. usum ln hoc sphaeristerio ubi et lmperat. nymfeum f. c.

---

[1]) Cum apud Mazochium collocetur 'ln domo Io. Domiulci de Fidelibus sive in vinea eius prope S. Mariam maiorem', Metellus adscripsit 'est Nepete ln civltate, ut dicitur in codice Carpensi', verba non mutavit.

Hic titulus relatus apud Orellium n. 57 mihi quidem ipse falsus videtur esse; certe male dicitur imperator Diocletianus Caesar Augustus et male cohaerent omnia. Sed ut eam quaestionem ulteriori examini reservemus, hoc dubium non est Gutenstenium et imperatoris nomina temere emendasse et sublata, quae thermis parum convenire videretur, dactyliotheca substituisse nympheum.

Hoc interpolationum genus cum primum agnovi, non satis id distinguens ab interpolationibus antiquioribus, id est iis, quae profectae ex syllogis scriptis saeculo XV tum cum scribebam adhuc latentibus primum publice editae sunt in corpore Mazochiano, erravi non de fraude, sed de fraudis origine et aetate. Iam cum syllogas illas cognoverimus perscrutati bibliothecas, videant ii qui titulos urbanos recognoscunt, num fieri possit, ut demptis interpolationibus, quas a Gutenstenio profectas esse mihi videor demonstrasse, Gutensteniana ea de quibus agimus redeant ad Carpensia illa excerpta itemque Mazochium editum cum supplementis scriptis Metellianis: ut tandem aliquando quiescat umbra molesta codicis istius cardinalis Carpensis, sub quo nomine quae hodie circumferuntur, ea equidem persuasum habeo aut vulgaria esse aut meras nugas a Gutenstenio excogitatas. Eos autem titulos, qui prolati cum eiusmodi auctoritate nihilominus absunt a schedis scriptis Metellianis, quas secundum ea quae diximus iam satis constat tam plenas esse hodie in bibliotheca Vaticana quam fuerunt apud Vallaeum, totos fictos esse arbitror a Gutenstenio, idque quidem certe eorum absurditate insignes egregie confirmant. Exempli causa selegi hunc.

Romae in domo Iulii Matthaei.

Pro salute reditus divi Titi Caes. divi imp. Vespasiani Aug. f. Q. Laberius Rufus sac. dei Herculis p. s. p.

Grut. 113, 4 'Grutero Metellus e ms. cod. Franc. [*immo* fratris] Iucundi qui vidit'.

Nonne is, qui hic venditat vota nescio quae pro divi imperatoris reditu suscepta quique gemmulam perraram invenit salutem non imperatoris, sed reditus, plane idem est, quem supra vidimus genetivo Pietatis pro Pietati offendi, imperatorem Caesarem divum Nervam Traianum secure concoquere? Addo monstrum gemellum et taceo:

Romae in palatio cardinalis Genuensis.

Felicitati aug. et providentiae divi Titi imp. Vespasiani Aug. f. subiatis pop. Rom. hostib. perniciosissimis C. Aelius Successus L. Cocceius Felix s. p. f. c.

Grut. 244, 8 'Gutenst. e ms. Metelli'.

4. Smetii sylloge scripta, unde excerpta supra diximus Gruterum accepta referre cum Scioppio tum praesertim Gutenstenio, cum adhuc extet servata hodie in bibliotheca publica Neapolitana (cod. V. E. 5 fol.) et tota nostra causa excussa sit, nec mihi nec quod sciam operis sociis umquam in excerptis Gruterianis interpolationes se obtulerunt [1]). Videtur igitur Gu-

[1]) Monuit Bormannus tituli VI, 1025 = Grut. 261, 5 *divo Commodo* cet. cum tria extent de lapide excepta exempla Smetii in ms. illo Neapolitano, Budaei apud Metellum, Cittadinii, omnia finire in vocabulo *Philumenus* et abesse ab iis clausulam *d. d.*,

teustenius in hac opera a mala fraude abstinuisse, fortasse ab ea incipiens et progressu studiorum demum ad fallacias delatus, ut Octavius Rossius Brixianus ille Ligorii aemulus in iis quae Grutero submisit satis honestum se exhibuit, decennio post ipse librum edens nugatorum omnium levissimum et stultissimum.

5. Ursini collectanea cum non extent[1]), quae ei accepta refert Gutenstenius pleraque ad schedas Gutenstenio exhibitas iam exigi nequeunt. Sed est inter ea sylloge quaedam praeter Gutenstenium nobis nota per auctorem alterum hominem probum Nicolaum Florentium, qui ut eam syllogen sive ex ipso Ursini exemplo sive ex gemello descripsit, ita leguntur inscriptiones non in schedis quidem Bruxellensibus Torrentii, quae pleraque Florentiana servarunt, sed in Lipsianis editis. Sylloge ea cum Spoletinam se esse velit, Spalatina, id est Salonitana plura recepit quam vere Spoletii reperta, et alias quoque perturbata est et corrupta, a fraude tamen aliena. Iam ex Florentianis illis quid effecerit Ursinus personatus, intellegetur ex exemplis quae apposui.

Lipsius p. 36.	*Ursinus (in corrig. ed. 2 Grut.).*
Consentio deorum	Conseutio deorum
Mariau. Asozomene	Marianus Sozomeuus ....
imperio fecit	imperio .... e. m. ex voto fec.

Titulus adbuc extans Spalati ibique a me descriptus (III, 1935) a Lipsio recte refertur, nisi quod in lapide est *Marcana Sozomene.*

Lipsius p. 32. Spoletii.	*Grut. 1008, 7 = 1009, 2. Ursinus per Gutenstenium.* Spoleti.
I. o. m.	I. o. m.
Q. Raouius	Q. Varonius
Dodorus ex	Philocalus
voto posuit	v. s. l. m.
libes merito	posuit
iii idus Maias	VI id. Febr.
..prouiano et	Aproniano et
pp. du. cos.	Nigro cos.

Exempla meliora (v. III, 1945) versu ultimo dant, quod etiam in corruptela Florentiana inesse quivis videt, *Bradua cos.*

---

eam autem legi in codice illo adiectam manu ignota atramento diverso itemque apud Gruterum auctores laudantem Smetium et Guteusteuium. Collatis reliquis fraudibus Gutenstenianis non sine causa id codici adscriptum suspicabimur ab ipso Gutenstenio.

[1]) Romae codices bibliothecae Vaticanae pervestigans adnotavi in Manutiano n. 5241 excerpta legi 'ex libro F. Ursini' inde a p. 47' ad p. fortasse 74; nam quatenus is titulus perveniret, non satis mihi constabat. Haec cum ad meas partes non spectarent, non excussi; sed rogatos velim collegas Romae degentes, ut ea inspiciant et certiora nos de iis edoceant. Etiam in cod. 6040, qui complectitur multa diversaque, Ursiniana quaedam reperiuntur praescripto nomine Latini Latinii (I p. 49).

Lipsius p. 32. Spoletii.	*Grut. 1016, 4 ex Ursinianis.* Spoleti.
Dis Syris	Dis Syris
C. Albicius	Q. Albinius Q. l.
C. l. Restitutus	Restitutus
	ex iussu
	I. o. m. D.
	posuit
	l. m.

In lapide et ipso Spalati mihi viso (III, 1961) vere sic est: *dis Syris | C. Albucius | C. l. Restitutus.*

Possum addere eius generis alia; sed haec quem non edoceant, ne is difficulter sapiet.

6. Restant Ursini urbanae numero multae, sed dubitationibus magis obnoxiae quam sunt fraudes supra tractatae. Primum cum Metelliana, quae leguntur apud Gruterum, omnia ad eum per Gutenstenium videantur pervenisse, Ursinianorum partem supra vidimus eum accepisse non interveniente Gutenstenio. Quare ubi, ut oportet, ad ea tantum attendimus, quae Gutenstenii nomen adscriptum habent, inveniuntur in iis inedita eo tempore et bona, ut titulus hodie musei Vaticani VI, 235 = Grut. 109, 7 'a Gutenstenio ex Hor. Vallaei et Fulvii Ursini autographis', quamquam hic quoque versu paenultimo pro *Caesare Vespasiano VI, Tito Caesare imp. IIII cos.* male legitur *imp. Vespas. VI, Caisare Tito IIII cos.*; alter hodie musei Florentini VI, 551 = Grut. 93, 6 'e schedis Ursini Gutenstenius', descriptus ex ipso illo codice Ursini Ligorianorum Vat. 3439, etsi etiam ibi pro *Nymp. sanc.* Gutenstenius dedit *Nymf. sacr.*; tertius VI, 622 = Grut. 63, 4 'a Fulvio Ursino, descriptore Gutenstenio', in quo tamen etiam audacius praeter alia minora post verba *signum Silvani* idem inseruit *et Herculis*. Etiam titulus *imperio domini Silvani* dedicatus *k. Martis P. Calvisio Rusone L. Caesennio Paeto cos.* a Grutero primum editus 64, 9 cum subscriptione 'ex Ursini schedis Gutenstenius' non sine causa in suspicionem vocatus est; sed recte iam in Corpore VI, 597 locum tuetur defensus praeter Gutenstenium et testibus fidei indubiae Pighio et Winghio et ipsis consulum nominibus ab iis quae traduntur apud Tacitum ad a. 61 p. Chr. ann. 14, 29 ita diversis, ut ulterius vocabulum lapide recte corrigatur, alterum, qui apud Tacitum diversus est, ante tempus successorem habuisse eodem auctore c. 39 constet. Denique acta Arvalium a. 87 ante hos paucos annos eruderata cum inter quattuor pueros ordinis senatorii nominent *Rusonis P. Calvisium*, omnem de illo titulo scrupulum exemerunt, cum praeter ea titulumque eum de quo agimus id nomen nusquam adhuc inventum sit. Ceterum ne in hoc quidem Gutenstenius sui dissimilis fuit; nam praeter alia minora ubi in lapide est *marmoravit* vocabulo rariore offensus caute dedit *marmor....*, bis repetitam particulam *item* altero loco delevit. Sed cum vel haec ostendant ne genuinis quidem hominem pepercisse, alii tituli ipsius sola auctoritate muniti nugae sunt merae. Exempla pauca adieci forte arrepta inter multa non meliora vel etiam peiora:

Romae in vinea quondam card. Carp. in marmore grandi.
Imp. Caes. divi Hadriani fil., divi Traiani Parth. nep., divi Nervae pronep., Ti. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio pont. max. trib. pot. IIII cos. III p. p. ob ampla beneficia ab optimo maximoq. principe in se conlata colonia Aelia Hadria ...... no
Grut. 1022, 3 'per Gutensteninm Fulvius Ursinus'.

Romae in aedibus Marii Mellini.
Pro salute Iuliae Veneriae filiae dulcissimae deliciae suae tabellam hanc marmor. cum signo Aesculapi in somno admonitus L. Valerius Capito aed. ann.... .... d. s. p. l. m. d. d. d.
Grut. 1014. 5 'Gutenstenius ex Ursinianis'.

Romae in aedibus Caesaris Albertini.
Herculi pacifero et Musis L. Fab. Valerianus pr. pr. prov. Gala..., proc. prov. Afr.... vis... admonitus .... rediens v. s. d. s. l. m.
Grut. 1013, 4 'Gutenstenius ex Ursinianis'.

Summam disputationis ut paucis verbis complectar, cum dudum diffidere didicerimus iis quae apud Gruterum leguntur auctoribus laudatis Gutenstenio Metello Ursino, iam stabilivimus a Gutenstenio visa quae dicuntur tum damnanda esse, cum descripti esse dicuntur ex lapidibus ad secandum destinatis; Metelliana exigenda esse ad schedas Metelli adhuc superstites et quidquid ibi aliter est vel ab iis abest, abiciendum; Ursiniana denique per Gutensteuium Grutero missa suspecta esse omnia et adsertore idoneo deficiente ex titulorum probatorum numero eximenda. Idem pertinet etiam ad ea quae proponuntur apud Gruterum sub altero utro sive Gutenstenii sive Ursini nomine; nam haec quoque ex trium illorum ordinum aliquo aut sunt aut esse possunt. Proprietas denique fraudis huius ex supra allatis exemplis facile deprehendenda ea est, ut non raro ipsa se coarguat. Interpolat Gutenstenius passim, rarius confingit. Titulis genuinis non raro addit levia et per se tolerabilia, ut dierum numerum ad menses et annos formulasve sollemnes dedicatorias, vel immutat tradita similiter, ut in Salonitano pro die III id. Mai. maluit scribere VI id. Febr. et sic deinceps. Omnium maxime autem delectatur pingendis biatibus modo temere et quasi ludibunde admissis, modo callide ad interpolationes tegendas excogitatis. Hactenus sapit supra Ligorium, ut Latini sermonis aliquem usum prae se ferat et Diocletiani Maximianique praenomina recte adscribere didicerit; praeterea hic quoque artis nostrae Bonus Eventus fecit, ut fraudes comitarentur inscitia et infantia. A Ligorianis autem Gutensteniana qui artem callet non minus certo nec difficilius separabit quam qui poetis Latinis operam dederunt Vergiliana ab Ovidianis distinguunt.

EX ADNOTATIONE METELLI MANV AD CORPVS EDITVM MAZOCHIANVM F. 11' (COD. VAT. 8495) ADSCRIPTA.

Hic liber desumptus est ex libro doctissimi Mariangeli Accursii, qui has inscriptiones magna cum diligentia exscripsit, sed librarius vitiavit. Alii tamen tribuunt eas Albertino cuidam Florentino, qui inscriptiones Romanas ex ipsis saxis in unum volumen collegerut; sed erat parum doctus; ut multas sine iudicio scripsisse verisimile videatur, quantum ex antiquitatum Romanarum libello quem edidit colligere possumus. Ante hunc nonnullas exscripserat Blondus, primus antiquitatum restitutor. Idem Laurentiii Medices suasu praestitit Iucundus monachus. Hos sequutus Fulvius quoque est aetate nostra. Porro autem varii varias coacervarunt; quemadmodum e multis manuscriptis libris, in quos incidimus, maxime ex quodam cardinalis Carpensis codice [1]) et ex altero Salviati cardinalis [2]) depraehendimus. Ex his omnibus libris hoc volumen confectum est. Verum tamen sciendum est Ioa. Cumertem, Nic. Sipontinum et Pomponium Laetum aetate sua et nostra Iovianum Pontanum aliosque complures huiusmodi quaedam scripsisse, et ut erant antiquitatis admiratores maximi et aemuli, eos puto multa hisce similia, ut indoctos eluderent et doctos tentarent, confinxisse, vel ut gentem aliquam ornarent antiquitatis testimonio vel alia de causa; quod alios quoque tum Romae tum alibi fecisse scio, maxime in Hispania. Id autem facile constat ex antiquitatum libro Ingolstadii edito, cuius archetypum (nisi fallitur) vidisse se Bononiae Antonius meus suspicatur [3]). De Hispaniensibus non dubito. Vidi enim Alfonsi Taverae Hispani librum Hispanicorum epigrammatum fictorum plenissimum, quarum partem in supradicto codice Germanico extare non ignoro [4]). His igitur fidem tantum habeo, quae descripta sunt ex ipsis saxis, quod in Gallicis, Hispanicis et Italicis episcopus quidam Ragusinus, qui Romae mortuus est ∞DXLV, magna praestitisse diligentia dicitur [5]): in Romanis Mariang. Accursius, et in (Roma-

---

[1]) Vide supra p. 70. — Ceterum Manutius ubi citat librum Carpensem, non Iucundianum librum a Metello expilatum intellegit, sed syllogen scriptam Smetii, quem notum est cardinali Rudolfo Pio Carpi per a. 1545—1551 a manu fuisse.

[2]) In codice Metelli Vat. 6039 post excerpta Carpensia sequuntur f. 328'—329 r. alia 'ex cod. card. Salviati'.

[3]) Archetypum hoc quod dicitur syllogae Apianae ego quoque vidi ante aliquot annos Bononiae bibliothecae publicae oblatum emendum; at mox deprehendi id paucis annis post editum Apianum (1534) ex ipso libro typis vulgato descriptum esse, ut archetypi speciem prae se ferret. Minus peritos facile fallet; fraus tamen patet maxime in hiatibus, quos cum Apiana sylloge indicare soleat fractis typis iis, qui forte typothetae primi se offerrent, in codice illo ipsi illi typi fracti cernuntur a librario religiose depicti. Volumen num invenerit postea emptorem, qui eo decipi se pateretur, ignoro.

[4]) V. Huebner II p. X.

[5]) Episcopus Ragusinus Pamphilus Strassoldus qui obiit Romae a. 1545 non litteris claruit, sed armis, quantum quidem refert Fariatius Illyr. sacr. 6, 225.

nis) aliquot et Hispanicis Alfonsus Castrus Hispanus[1]): in Gallicis quidam canonicus Lugdunensis et Minucius pater Tolosas: in Germanicis Moguntinis nescio quis. Fertur Cyriacus Anconitanus Latinorum Graecorumque huiusmodi epigrammatum volumen confecisse. Ferri vero non potest auctoris libri Italice scripti titulo Hypnerotomachia Poliphili audacia, qui tot inscriptiones Latinas et Graecas confinxit. Florianus Ocampus qui historiam Hispaniae scripsit, dicitur omnes Hispaniae veteres inscriptiones in unum volumen congessisse[2]) et Io. Aventinus totius Germaniae'. *Et post alia:* 'Ego certe vix fidem adhibeo illis, quae qui, postquam edita fuerunt, ea ex ipsis saxis correxit, non vidit; maxime quibus loci inscriptio deest. Inde enim coniecturam facio hunc librum ex quopiam recenti codice, non ex ipsis saxis exscriptum: fortasse ex Carpensi codice et altero, ut deprehendimus'.

IV. GRAMMATICA EX ACTIS ARVALIVM.

Quamquam grammaticae ii, qui ad inscriptiones quoque attendunt, fortasse plus damni Latinis litteris attulerunt quam utilitatis (solent enim propter instrumenti epigraphici ignorantiam male lecta et plebeia et omnino inutilia potissimum excerpere et ut medici imperiti nocere ipsis remediis), cura adhibenda est, ne propter eorum errores inscriptionum in eiusmodi disquisitionibus auctoritas contemnatur vel infametur. Id autem in eo vertitur, ut primum genera inscriptionum recte aestimentur, id est reiectis titulis corruptis et dubiis, qui in omnibus syllogis, etiam recentibus et ad artis leges expolitis abundent necesse est (nam in deperditis vel qui sunt accessus difficilioris pendemus ab auctoribus plerumque nec notis satis nec satis peritis), qui restant lectionis certae et exploratae ad genera aetatesque distribuantur. Nam alia ratio est auctoritasque diversa titulorum publicorum et privatorum, urbanorum et Italicorum et provincialium, profectorum a nobilibus eruditisque hominibus et plebeiorum, in his longe diversa rursus eorum, quos dictaverunt homines ex plebe urbana Graecanicis ut moribus ita locutionibus affecta quosque rustici in villis saltibusque Italiae degentes vel campestres litterati vel semibarbari in provinciis remotis vel etiam Graecae partis imperii homines, qui Latini sermonis lus magis quam usum impetrassent, incidendos curaverunt. Denique cum tituli Latini anni certi nota plerumque destituantur et saepissime in eo adquiescendum sit, ut titulos ante Diocletianum scriptos a saeculi quarti et deinceps monumentis separes (nam ad eos fines longe plurimi certo redigi possunt), cura adhibenda est, ut ex ingenti turba corpora quaedam deligas, quae et aetatem habeant definitam et propter originem argumentumque recte et apte inter se comparentur. Ita procedentibus duo contingent perquam optabilia, primum ut in locum ingentium

[1]) V. Huebner II p. IX.

[2]) V. ibidem p. XII.

voluminum, quae hodie conscribere solent omnem lapidem moventes imperite, libelli breves succedant; deinde ut per gradus perveniatur ad Latinae litteraturae vices secundum aetates et regiones accurate definiendas et quasi dixerim unicuique soloecismorum et barbarismorum generi suos fines adsignandos. Exempli causa per Rossii praeclarum opus inscriptionum christianarum urbanarum saeculi quarti et quinti iam assequemur eius temporis sermonis urbani plebeii satis uberem notitiam; similiterque tractari poterunt etiam Africani tituli, postquam eos ab Renierio recognitos habemus. Fortasse ipsa haec ephemeris eiusmodi commentariolis publicandis aliquando inserviet.

Sed iam a longo exordio veniamus ad quaestiunculas grammaticas eas, de quibus in animo est dicere. Acta fratrum Arvalium dum percurro, id corpus visum est ut ad alia ita etiam ad res grammaticas utilissimum esse; similiter enim ut ante aliquot annos de diplomatis veteranorum docui (Hermae vol. I p. 460 seq.), ita hoc quoque corpus habet acta annorum plus ducentorum ab extremis Augusti temporibus ad Gordianum Romae publice conscripta et ita comparata, ut quotannis si non iisdem, certe similibus formulis sollemnique earundem rerum repetitione perscriberentur. Quamquam diplomatis, id est legibus imperatoris iussu ab iis quibus id negotium publice datum esset conceptis et satis diligenter deinde ex aere palam proposito descriptis et recognitis, acta haec longe inferiora sunt, in lapide incisa a servo publico collegio ad id ipsum attributo neque opinor propter usum tractandi ea et describendi, sed ut quomodocunque perscripta extarent propter religionem nescio quam. Sane vel sola litteratura utriusque generis documentorum eam differentiam clare proponit; nam cum diplomata ostendant quadratam et iustam et maxime primo saeculo longe pulcherrimam, acta Arvalium, quorum scripturae specimen accurate selectum tabulae Henzenianae relationi adiectae proponunt, ipso primo saeculo ad antiquariorum scripturam aliquatenus declinant nec multum recedunt a titulis scriptis in parietibus Pompeianis carbone vel rubrica, quorum elementa nuper vir in hoc quidem studiorum genere hodie facile princeps Carolus Zangemeister in voluminis quarti tabula prima accurate repraesentavit. Comparetur inter alia elementi *u* figura in scriptura quadrata iusta semper exiens in angulum acutum, in actis autem titulis parietariis per gradus declinans ad figuram subrotundam U talem fere, qualis pingitur in papyro carminis Rabiriani Herculanensi; unde deinde antiquarii aetatis labentis, ut qui scripserunt Digesta Florentina, fecerunt figuram u. Similiter *n* littera cum in diplomatis melioris aetatis sic fere pingatur N, in titulis pictis Pompeianis et in actis Arvalium et in papyro illo sic fere cernitur N. — Ut litteratura, ita grammatica in utrisque differt. Nam diplomata, quae quidem ante Severum scripta sint, a barbarismis immunia sunt, ut tertio demum saeculo vitia in iis comparere incipiant; ita *pos* quod est pro *post* sequente denuo littera *t*, quem soloecismum hodie multi religiose magis colunt quam erudite, diplomata ad Marcum usque ignorant, at ab a. inde 216 perpetuo scribunt *postemplum*, ut hoc scribendi vitium appareat monumenta publica

invasisse aetate Severi et Caracallae. In actis Arvalium barbarismi ad Marci tempora usque rara quidem sunt, neque tamen absunt; exempli causa in actis a. 89 Ian. 24 sic est: *in Capitolio saenatus turae et vino sup[plicavit]*. Similiter quod grammatici scribunt adiectiva gradus comparativi sexto casu *e* terminari oportere, non *i*, id diplomata perpetuo custodiunt, acta ad aetatem Domitiani. Scilicet cum in actis a. 86. 87. 90 legatur *meliore*, in actis a. 101. 118 *meliori* invenitur, item *maiori*. Nihilominus haud spernenda est horum actorum auctoritas ipsaeque differentiae et barbarismi adeo nequaquam inutiles sunt. Inde nos pauca delibabimus.

Nullum in actis vocabulum cum saepius redeat quam id quod est *collega* et *collegium*, experimentum facere volui, quid de elementis huius vocabuli adsimilatione exaequatis vel non exaequatis inde efficeretur, num confirmarent necne quod ait Priscianus 1, 39: *transit n in l ut ... collega colligo illido collido*, provocans alibi (14, 47) ad analogiam Graecorum vocabulorum qualia sunt *συλλέγω ἐλλείπω*, *cum Graecorum auctoritatem in omnibus paene sequi solemus*. Inveni autem haec. Inscriptiones exaratae aetate liberae rei publicae omnes habent *conlegium* similiaque, in his lex repetundarum aetatis Gracchanae (I, 198 v. 10. 20. 25), tituli annorum certorum 642 (ut videtur, I, 553), 660 (I, 571), 683 (I, 593), item I, 806. 1107. 1108, etiam duo post primum volumen absolutum eruderati editique apud Ritschelium suppl. V p. XI et apud Henzenum in relatione de actis Arvalium p. 100; nam unus in primum volumen admissus formam habens *collegii* (I, 1230) et male descriptus est et potest fortasse retrahi ad aetatem posteriorem. Etiam imperante Augusto illa forma adhuc locum suum tenuit; ita in fastis Capitolinis publicatis c. a. u. c. 720 ad a. 578 legitur *posteaquam sibi conleg(am) subrog(avit)*, similiterque in laudibus Turiae propositis c. a. u. c. 752 2, 13 invenitur *conlega*. Denique in monumento Ancyrano *conlega* vel *conlegium* legitur quinquies, semel *collegium* (v. ed. meae p. 146). Iam in actis Arvalium ab a. e. p. Chr. 32 (anteriora vocabulum non ponunt) novicia forma perpetuo reperitur, ut tam acta scripta Tiberio et Gaio imperatoribus in ea sibi constent, quam pleraque sub Nerona exarata omniaque scripta post Neronem. Sed exceptionem faciunt tabulae duae[1]), altera scripta imperante Claudio inter a. 50 et 54 (Henzen syll. n. 7419), altera imperante Nerone a. 59 (idem ann. 1867 p. 247). Haec autem hoc peculiare habet, quod vocabulum id de quo agitur et in actis a. 58 eidem lapidi inscriptis, in quibus invenitur terdecies, et in ipsis actis a. 59 inde a die Mart. 5 scriptum est forma solita: ut in ea parte tantum quae continet acta a. 59 Ian. 3 — Mart. 4 *conlegium* sit septies repetitum. Adiungemus bis notos nummos (Eckhel 6, 261) cusos imperante Claudio a. p. Chr. 51, in quibus Nero dicitur *sacerd(os) coopt(atus) in omn(ia) conl(egia) supra num(erum) ex s(enatus) c(onsulto)*. Iam intellegitur antiquam formam conlegii immutatam esse sub finem imperii Augusti vel principia Tiberii, Claudium autem, ut erat vetusti sermonis amator, ad illam rediisse. Nam acta primorum mensium anni p. Chr. 59 Claudiana

[1]) Interpolatam, quae octava est apud Marinium, consulto praetermisi.

ratione scripta tantum abest, at ei coniecturae obstent, at eam luculente confirment. Redit enim in iisdem etiam notum elementum a Claudio ad alphabetum Latinum additum anno p. Chr. 47, sicut demonstravit Buecheleras (de Ti. Claudio grammatico p. 23) ita, ut scribatur in actis Ian. 3 SALℲIVS, Febr. 25 MINERℲAE, deinde in ea parte, ubi iam pro *conlegio* rursus legitur *collegium*, Ian. 23 DIℲAE, praeterea plurimis locis, ubi item scribi debuit Ⅎ, solitum V adsit. Notum autem est monuique ego quoque tum, cum tabula ea primum edebatur (Herm. vol. 2 p. 63), hanc esse primam et adhuc solam inscriptionem id elementum habentem, quam constaret exaratam esse post excessum inventoris. Quare qui haec scripsit adsuetas litteraturae Claudianae tam in forma elementi iam abolita quam in collegii vocabuli orthographia ad pristinam consuetudinem rediit. Regulae autem, quas de vocabuli orthographia alio tempore alia posuimus, et grammaticis fortasse aliquo modo utilia erunt et nobis qui in rebus antiquis explicandis versamur. Ita quod alibi (*Staatsrecht* 1, 268 n. 4) monui unicum titulum, qui nominet *conl(egium) viatorum* (Orell. 3256), scriptam esse videri aut libera re publica aut primis annis Augusti, cum viatorum corpus non decuriam appellet, sed collegium, id per orthographiam etiam magis stabilitur.

Addo alteram observationem ex iisdem actis petitam. Notum est vocabulum quod est *suus* meliore aetate ibi tantum addi, ubi ad eum de quo agitur rem pertinere intentione cum aliqua contendimus, omitti autem, ubi orationis nervos non augeat; ut exempli causa dicimus procuratorem errore fundum, qui ipsius sit, procuratorio nomine venum dantem fundum suum vendidisse, cum fundus quem procurator vendit eius plerumque sit qui eum vendendum mandavit, dominum autem fundum vendidisse, non fundum suum. Sed qui ad labentis sermonis vices attenderunt item sciunt hanc severitatem paullatim exolevisse et vel Romana aetate fundamenta iacta esse consuetudinis eius quae nunc apud Latinae stirpis propagine obtinet, ubi dominus iam vendit *sa propriété, il suo podere*, at earum nationum homines parum eruditos Latina quae ipsis videatur conscribillantes persaepe ex hoc sermonis vitio agnoscas. Iam ubi evolvimus acta Arvalium, quod epistulis imperatorum ad collegium datis semper, id est imperante Gaio et sic deinceps, praescriptum legitur: imperator ille *collegis suis salutem*, recte se habet, cum pertineat ad necessitudinem declarandam. At in formula indictionis, ubi est sic fere: *magister sacrificium cum collegis indixit*, apertum est nudum collegarum vocabulum satis sufficere, et vere scribitur ita ad aetatem usque Traiani. At in actis anni 118 quod primum legitur *cum collegis suis*, id deinde perpetuo retinetur pertinetque omnino ad eam sermonis degenerationem, quae ad consuetudinem qualis hodie obtinet proclivi itinere perduxit.

Formis Academicis (G. Vogt).

De praefecto castrorum et praefecto legionis.

Reipublicae Romanae condicio formaque universa cum satis bene cognoscatur ea, quae primis inde a Caesaris Augustique aetate saeculis si non florebat at durabat, nec minus ea, cuius notitiae dignitatum utriusque imperii insignem proponunt imaginem, iuris illam libris etiam accuratius illustratam, inter ipsum saeculi primi secundique et saeculi quarti quintique imperii statum cum in rebus civilibus tum in militaribus tanta est differentia, ut quomodo alter ex altero ortus sit haud facile perspiciatur atque eo paene inclinet opinio, nova omnino reipublicae senescenti fundamenta iacta esse ab imperatoribus, qui saeculo tertio exeunte et ineunte quarto orbem rexerint. Verum enim vero forma reipublicae quae dicitur Constantiniana haudquaquam nova absolutaque ex Diocletiani Constantinique ingeniis prodiit, sed, ut Augustus olim, quas priora tempora institutiones protulerant, recisis quae parum aptae videbantur, ipse retinuit, novas modeste addidit, sic illi quoque imperatores plura accepta a prioribus servaverunt magis quam nova procrearunt ab ipsis primitus inventa. Quodsi de Augusto illud notum est nec facile negatur, de Diocletiano autem Constantinoque minus notum, hoc inprimis in causa est, quod de aetate quae Augustam antecedebat fontes profluunt et largi satis et boni, unde notitia illarum rerum hauriatur, contra Diocletianum praecedit saeculum omnium quae populus Romanus vidit tristissimum, quo imperium pestibus atque bellis externis intestinisque continuo laceratum paene expiravit, atque inter miserias hominum calamitatesque silebant musae. Nec tamen omnes illorum temporum testes obmutuerunt, sed genus quoddam servatum est si non disertum at certum, quodque gravissima quaeque recte interroganti indicabit. Scit enim qui paullulum ad inscriptiones per orbem Romanam sparsas animum advertit, quam multa de eius ipsius, de quo loquimur, aevi historia statuque inde disci possint. Cuius rei exempla nonnulla hoc loco dare in animo est; initium autem facimus ab instituto aliquo militari, ad quod parum adhuc attenderunt viri docti [1]), praefecturas dico castrorum et legionis, quarum alteram ex altera ortam esse demonstrabo idque quomodo et quo tempore factum sit exponam.

---

[1]) Nam quae de his muneribus vel de alterutro eorum exposuerunt Lud. Lange hist. mutationum rei milit. Romanorum (Gottingae 1846) p. 45 et Marquardt *Handb.*

DE PRAEFECTO CASTRORVM.

Praefecti castrorum quaerenti mihi innotuerunt hi:

1) *Vespasius Pollio.* — *Suet. Vespas. 1: Polla, Nursiae honesto genere orta patrem habuit Vespasium Pollionem, ter tribunum militum praefectumque castrorum, fratrem senatorem praetoriae dignitatis.*

Vespasia Polla mater est Vespasiani imperatoris, nati anno 9 p. C., pater igitur sine dubio praefecturam castrorum obtinuit imperante Augusto.

2) *M.' Ennius.* — *Dio 55, 8 (anno 8 p. C.)* Σκενόβαρδός τις προσποιησάμενος μεταστήσεσθαι καὶ πέμψας κατ' αὐτὸ τοῦτο πρὸς Μάνιον Ἔννιον φρούραρχον Σισκίας ὡς ἕτοιμος μὲν ὢν αὐτομολῆσαι κτλ. — *Tac. Ann. I, 38 (anno 14 p. C.) At in Chaucis coeptavere seditionem praesidium agitantes vexillarii discordium legionum et praesenti duorum militum supplicio paullum repressi sunt. Iusserat id M.' Ennius, castrorum praefectus, bono magis exemplo quam concesso iure.*

M.' Ennii nomen recte apud Tacitum restituit Nipperdeius; cod. Med. habet *Mennius.*

3. 4) *L. Eggius. Ceionius.* — *Vell. 2, 119 (anno 9 p. C. in proelio Variano): Duci plus ad moriendum quam ad pugnandum animi fuit: quippe paterni avitique exempli successor se ipse transfixit. At e praefectis castrorum duobus quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe Ceionius prodidit, qui, cum longe maximam partem absumpsisset acies, auctor deditionis supplicio quam proelio mori maluit.*

5) *L. Caedicius.* — *Vell. 2, 120 (anno 9 p. C. post proelium Varianum): L. etiam Caedici, praefecti castrorum, eorumque qui una circumdati Alisone inmensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda virtus est cet.*

6) *Aufidienus Rufus.* — *Tac. ann. 1, 20 (anno 14 p. C. in seditione legionum Pannonicarum VIII Aug., IX Hisp., XV Apollinaris, quae iisdem castris aestivis simul habebantur): interea manipuli ante coeptam seditionem Nauportum missi ob itinera et pontes et alios usus, postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt — — retinentis centuriones inrisu et contumeliis, postremo verberibus insectantur, praecipua in Aufidienum Rufum, praefectum castrorum, ira, quem dereptum vehiculo sarcinis gravant aguntque in agmine, per ludibrium rogitan-*

3, 2 p. 427, non sufficiunt. Deinde qui nuper de praefectura legionis egit Leo Renier *mém. de l'inst. imp.* 1867 p. 302 sq., is quo est ingenio acuto uberique doctrina Larcii Lepidi titulum praeclare supplevit; quae tamen de praefectura legionis disseruit, probanda non esse et ex iis puto quae supra posui apparet et ante me demonstravit Mommsenus (loco mox citando); recte tamen primusque docuit praefecturam castrorum summum esse militare munus in Aegypto. Denique nonnulla de praefectura optime exposuit Mommsenus, cum titulum T. Flavii Vergiliani (supra n. 24) ederet in Gerhardi ephemeride archaeol. XXVII (1869) p. 123.

tes, an tam immensa onera, tam longa itinera libenter ferret. Quippe Rufus diu manipularis, dein centurio, mox castris praefectus, antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis ac laboris et eo immitior, quia toleraverat. Cf. Tac. c. 23 (cum vexillatio cum Rufo in castra revertisset, seditio redintegratur, ipsi Blaeso legato aegre parcitur): tribunos tamen ac praefectum castrorum extrusere.

7) *Sex. Aulienus Sex. f. Ani., primopil(us) II, tr(ibunus) mil(itum), praef(ectus) levis armat(urae), praef(ectus) castr(orum) Imp. Caesar(is) Aug(usti) et Ti. Caesaris Augusti, praef(ectus) classis, praef(ectus) fabr(um); IIvir Venafri et Foro Iuli, flamen Augustalis. — Inscr. regn. Neap. 4628 (Or. 3426) rep. Venafri.*

8) .. *Arrius Salanus, praef(ectus) quinq(uennalis) Ti. Caesaris, praef(ectus) quinq(uennalis) Neronis et Drusi Caesar[u]m designatus, tub(icen) sac(rorum) p(opuli) R(omani), aed(ilis) III, augur, interrex; trib(unus) milit(um) legion(is) III August(ae), leg(ionis) X geminae, praef(ectus) equit(um), praef(ectus) castror(um), praef(ectus) fabr(um). — Inscr. regn. Neap. 4094 (Or. 3876) rep. Formiis, sed ad Aquinum pertinet.*

9) [*C. N*]*orbanus C. f. An.* [*Qu*]*adratus, prim(us) pil(us),* [*tri*]*b(unus) milit(um), praef(ectus) castr(orum); augur, IIvir. — III, 381 rep. Alexandriae Troadis Mysiae.*

Titulus dedicatus est Ti. Claudio Drusi Germanici filio Neroni, auguri, sodali Augustali, sodali Titio, consuli, inter annos 37/41.

10) *L. Fl. Praet. Clemens Iulianus .... primipil(us) leg(ionis) V Macedonicae, praef(ectus) castrorum leg(ionis) eiusdem veterani qui militaver(unt) sub Aur. Memtino Regulo et missi sunt Q. Eulalio Lusio Saturnino M. Seio Verano co(n)s(ulibus). — III, 2028 rep. Salonis.*

Borghesius Opp. 4, 446 titulum aetati Claudianae tribuit.

11) *L. Octavius N. f. Ser. Balbus, praef(ectus) fabr(um), praef(ectus) castror(um), prim(us) pil(us), IIvir. — Inscr. regn. Neap. 5493 (Henz. 6758) rep. Marruvii Marsorum.*

Numerii praenomen, legio in primipilatu non adiecta, ipsa denique tituli simplicitas ostendere videntur saeculi primi partem priorem.

12) *M. Oppius .... centur(io) leg(ionis) VI, p(rimus)* [*p(ilus)?*] *......, trib(unus) leg(ionis) II, pr*[*aefectus*] *castror(um). — Inscr. regn. Neap. 942 (Henz. 6757) rep. Luceriae.*

Ob legionem cognomine carentem ante medium saeculum primum exarata est.

13) .. *Curiatius L. f., flamen divi Augusti; prim(us) pil(us), trib(unus) milit(um) II, praef(ectus) castr(orum), praef(ectus) fabr(um). — Inscr. regn. Neap. 1992 rep. Nolae.*

Ob hominem cognomine carentem legionesque in primipilatu et tribunatu praetermissas, saeculo primo medio antiquior est.

14) *Insteius Capito. — Tac. ann. 13, 39 (anno 58): Corbulo, ne irritum bellum traheretur utque Armenios ad sua defendenda cogeret, excin-*

dere parat castella, sibique, quod validissimum in ea praefectura, cognomento Volandum sumit; minora Cornelio Flacco legato et Insteio Capitoni castrorum praefecto mandat.

Insteius idem est qui anno 54 centurio in eodem exercitu commemoratur (Tac. ann. 13, 9).

15) *Poenius Postumus. — Tac. ann. 14, 37 (anno 61 in Britannia): Poenius Postumus praefectus castrorum secundae legionis, cognitis quartadecumanorum vicesimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudaverat, abnueratque contra ritum militiae iussa ducis (Suetonii Paulini, legati provinciae), se ipse gladio transegit.*

16) *Iulius Gratus. — Tac. hist. 2, 26 (anno 69 in pugna inter Vitellianos et Othonianos ad Cremonam commissa): Caecina (legatus) non simul cohortes, sed singulas acciverat, quae res in proelio trepidationem auxit. — — orta et in castris seditio, quod non universi ducerentur: vinctus praefectus castrorum Iulius Gratus, tanquam fratri apud Othonem militanti proditionem ageret.*

17) *Alfenus Varus. — Tac. hist. 2, 29 (anno 69 in exercitu Vitelliano a Fabio Valente legato in Italiam deducto): Alfenus Varus praefectus castrorum, deflagrante paullatim seditione, addit consilium, vetitis obire vigilias centurionibus, omisso tubae sono, quo miles ad belli munia cietur. igitur torpere cuncti, circumspectare inter se attoniti et id ipsum, quod nemo regeret, paventes, silentio, patientia, postremo precibus ac lacrimis veniam quaerebant.*

Postea in proelio Bedriacensi idem Varus auxilia Batava adducit (Tac. hist. 2, 43), et a Vitellio praefectus praetorio creatur (Tac. hist. 3, 36).

18) *Minucius Iustus. — Tac. hist. 3, 7 (anno 69): Vulgata victoria postquam principia belli secundum Flavianos data legiones VII Galbiana XIII Gemina cum Vedio Aquila legato Patavium alacres veniunt. ibi pauci dies ad requiem sumpti et Minucius Iustus praefectus castrorum legionis VII, qui adductius quam civili bello imperitabat, subtractus militum irae ad Vespasianum missus est.*

19) *Cassius Longus. — Tac. hist. 3, 14 (anno 69): (Legiones) initio a quinta legione orto, repositis Vitellii imaginibus vincla Caecinae iniciunt; Fabium Fabullum quintae legionis legatum et Cassium Longum praefectum castrorum duces deligunt.*

20) *Caetronius Pisanus. — Tac. hist. 4, 50 (anno 71): Festus (legatus legionis III Augustae) Adrumeto — — ad legionem contendit praefectumque castrorum Caetronium Pisanum vinciri iussit.*

21) *Liternius Fronto. — Iosephus bell. Iud. 6, 4, 3 (Hierosolymis expugnatis consilium convocat Titus)* καὶ συνελθόντων ἓξ τῶν κορυφαιοτάτων, Τιβερίου τε Ἀλεξάνδρου τοῦ πάντων τῶν στρατευμάτων ἐπάρχοντος, καὶ Σέξτου Κερεαλίου τὸ πέμπτον ἄγοντος τάγμα, καὶ Λαρκίου Λεπίδου τὸ δέκατον, καὶ Τίτου Φρυγίου τὸ πεντεκαιδέκατον, πρὸς οἷς Φρόντων ἦν Λιτέρνιος, στρατοπεδάρχης τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας δύο ταγμάτων, καὶ Μάρκος Ἀντώνιος Ἰουλιανὸς ὁ τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπος, καὶ

μετὰ τούτους ἐπιτρόπων καὶ χιλιαρχῶν ἀθροισθέντων, βουλὴν περὶ τοῦ ναοῦ προυτίθει.

Vexillarios utriusque legionis Alexandrinae ducebat Fronto cf. Ioseph. l. l. 5, 1, 6: *δισχίλιοι μὲν γὰρ αὐτῷ* (Tito) *τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας στρατευμάτων ἐπίλεκτοι*: Tac. hist. 5, 1: *addidit — — adductos Alexandria duoetvicensimanos tertianosque.*

22) *T. Suedius Clemens praef(ectus) castror(um) audi Memnone(m) ... II Idus Novembres anno II T(iti) Imp(eratoris) n(ostri) (i. e. 6/11 Novemb. anni 79). — III, 33 in Memnonis statua.*

Idem Suedius Clemens anno 69 primipilaris cum primipilari altero tribunoque militum dux expeditioni in Galliam Narbonensem susceptae ab Othone datur cf. Tac. hist. 1, 87. 2, 12. Tribunus militum erat imperante Vespasiano, postremis ut videtur annis cf. I. R. Neap. 2314; IV, 768. 791. 1059.

23) *Castricius Proculus praef. castror(um). — Cf. infra n. 46.*

Titulus, cum in eo legio XXII (Deiotariana) commemoretur, ante Traiani imperium incisus est.

24) *T. Flavius Vergilianus. — Imp(eratori) Caesor(i) T. Aelio Hadriano Antonino Aug(usto) Pio p(atri) p(atriae) coh(ors) I Fl(avia) Cil(icum) e[q](uitata) basilicam fecit per C. Avidium Heliodorum praef(ectum) Aeg(ypti) et T. Flavium Vergilianum praef(ectum) castr(orum) cura agente Statilio Tauro (centurione) leg(ionis) II Tr(aianae) f(ortie) curatore coh(ortis) eiusdem. — Archaeol. Zeitung XXVII (1869) p. 123 rep. prope Assuan.*

C. Avidius Heliodorus praefectus Aegypti erat anno 140 (C. I. Gr. 4955 cf. 3 p. 312 et Waddingtonus Mém. de l'instit. impér. de France XXVI (1867) p. 217).

25) *C. Caesius C. f. Ouf. Silvester, benef(iciarius) pr(aefecti) pr(aetorio), evoc(atus) Aug(usti), (centurio) leg(ionis) II Aug(ustae), leg(ionis) IIII F(laviae) f(idelis), leg(ionis) III Gall(icae), leg(ionis) VI ferr(atae), leg(ionis) XXX U(lpiae) v(ictricis), p(rimi)p(ilus), praef(ectus) castrorum leg(ionis) IIII F(laviae) f(idelis), [do]nis donatus bello Dacico bis [tor]quibus armillis phale[ris]; [pon]tifex, curator [viarum] Umbriae et Piceni datus [ab Imp. An]tonino Aug(usto) Pio p(atre) p(atriae), patronus municipi. — Bullett. 1845 p. 132 rep. Fabriani.*

Cf. eiusdem viri reliquos titulos Bull. l. l.

26) *L. Naevius Campanus. — Maioribus sanctis L. Naevius Campanus kast. leg(ionis) IIII Fl(aviae) pro salute sua et suorum v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). — III, 3468 rep. Aquinci.*

De KAST compendio adnotat Mommsenus l. l.: 'nisi excidit *praef(ectus), kast(rensis)* videtur accipi debere pro praefecto castrorum'. — Legio IIII Flavia Pannoniam iam reliquerat castraque in Moesia superiore habebat eo tempore, quo laterculus legionum confectus est, i. e. inter Traiani tempora et annum 170; titulus igitur anno 170 certe antiquior est.

27) *M. Porrius Iustus. — Aesculapio sancto. M. Porrius Iustus praef(ectus) cas(trorum) leg(ionis) III Aug(ustae) d(onum) d(at); dedicata Idibus Novemb(ribus) Imper(atore) Commodo III et Burro co(n)s(ulibus) (i. e. anno 181). — Bullett. 1862 p. 141 rep. Lambaesi.*

28) *M...... us Nepotianus. — I(ovi) o(ptimo) m(aximo) et [He]rculi et [Si]lvano et [Ge]nio domus M..... us Nepotianus praef(ectus) cast(rorum) c[u]m Marcello e[t] [Nep]otiano et Festo filis [ded]ic(avit) XIII kal(endas) Oct(obres) [Commodo VI et] Septimi[an]o co(n)s(ulibus) (i. e. anno 190). — Brambach C. I. Rhen. 485 rep. Bonnae.*

29) *Tib. Veturio Tib. fil., Aemilia, Mauretano F[u]ndis, praefecto castrorum leg(ionis) V Mac(edonicae) ordo Troesmensium. — III, 776 rep. Troesmi.*

Cum legio V Macedonica imperante Severo Moesiam inferiorem reliquerit nec ante Aureliannm eo reverterit, titulus ante Severum positus est.

30) *C. Maximius Paulinus. — I(ovi) o(ptimo) maximo cons[er]vatori C. Maximius Paulinus praef(ectus) castror(um) le[g(ionis)] [I] M(inerviae) v(otum) s(olvit) l(aetus) [l(ibens) m(erito)]. Dedicata III k(alendas) Nov(embres) Muciano et Fabiano co(n)s(ulibus) (i. e. anno 201). — Brambach C. I. Rhen. 481 rep. Bonnae.*

31) *L. Mellonius L. f., Cl., Blandus, Ara, praef(ectus) cast(rorum) leg(ionis) III Aug(ustae). — Renier Inscr. de l'Algérie 1364 rep. Lambaesi.*

Cum legio III Augusta nondum pia vindex appelletur, titulus Severi aetatem superat; ipsa antem eius simplicitas saeculum primum vel initium secundi indicare videtur.

32) *M. Pompeius M. f. Ani. Asper (centurio) leg(ionis) XV Apollinar(is), (centurio) coh(ortis) III pr(aetoriae), primop(ilus) leg(ionis) III Cyren(aicae), praef(ectus) castr(orum) leg(ionis) XX victr(icis). — Marini iscriz. Albane p. 120 (Or. 3509) rep. Romae.*

33) *L. Oranius L. fil. Quir. Iustus p(rimi)p(ilaris), praef(ectus) castror(um) leg(ionis) III Cyr(enaicae); Laurens Lavinas; sacerdos, flamen Augustalis, patronus. — Henzen 6759 rep. Reate.*

Consules in latere titulo adiecti sunt, sed calce obteguntur, nt legi nequeant.

34) *Sex. Vibius Gallus [t]ricenarius, primopilaris, praef(ectus) kastror(um) leg(ionis) XIII gem(inae), donis donatus ab imperatoribus honoris virtutisque causa torquib(us) armillis phaleris coronis muralibus III vallaribus II aurea I hastis puris V* (malim *II*) *vexillis II. — III, 454 rep. Mytilenis.*

35) *Alfenus Fortunatus. — Is in carmine de se dicit:*

votum deo dicavi
praef(ectus) ipse castris

et orat Liberum patrem:

facias videre Romam,
dominis munere, honore
mactum coronatumque.

Renier Inscr. de l'Algérie 157 (Henz. 5716) rep. Lambaesi.

36) *C. Vin . . . . . ni princ . . . . impensa . . . . . praef. ca[str] . . . . .* — *Brambach C. I. Rhen. 985 rep. Mogontiaci.*

37) . . . . *praef. castr. leg. VI victr.* — *Gruter 1110, 11 (a Sirmondo) rep. Tibure.*

Plenam dat Donius 6, 21 ex adversariis Dom. Panicali (inde Murat. 807, 6) ubi vocatur M. Cornelius M. f. An. Anthus, sed et testis et nomen interpolationem subesse demonstrant.

38) *C. Servilius C. f. . . . trib. . . . prim. pilus castror(um) praefectus fieri iussit.* — *Murat. 853, 1 ex Bonaventura Angelo (Or. 3449) rep. Parmae.*

Muratorius adnotat, in schedis Ramberti apud Bertolium legi PRAEFECTVS·CASTRO . . .

Addo his praefectos castrorum apud scriptores commemoratos, quorum nomina ignoramus:

39) *Vellei. 2, 112 (in pugna ab A. Caecina et Plautio Silcano anno 7 p. C. commissa quinque legionibus auxiliaribusque satis multis): tum igitur in dubiis rebus semet ipsae legiones adhortatae, iugulatis ab hoste quibusdam tribunis militum, interempto praefecto castrorum praefectisque cohortium, non incruentis centurionibus cet.*

40) *Tac. ann. 1, 31 (anno 14 p. C. legiones I Germanica, V Alaudae, XX Valeria victrix, XXI rapax iisdem castris in finibus Ubiorum habebantur per otium ac levia munia. Seditione exorta centuriones verberibus mulcant partemque interficiunt): non tribunus ultra, non castrorum praefectus ius obtinuit: vigilias, stationes, et si qua alia praesens usus indixerat, ipsi partiebantur.*

41) *Philo Iud. adv. Flaccum § 13 (p. 381 P.; 533 M.): Bassus centurio factus ab Imperatore Gaio in Aegyptum mittitur, ut praefectum Aegypti Flaccum prehenderet; cum Alexandriam venisset,* μετὰ τῶν ἰδίων ἀποβὰς — — στρατιώτην τινὰ τῶν ἐν τοῖς τετραδίοις φυλάκων καθ' ὁδὸν εὑρὼν, κελεύει δεικνύναι τὴν οἰκίαν στρατάρχου. τοῦτο γὰρ ἐβούλετο τὸ ἀπόῤῥητον ἀνενεγκεῖν, ἵνα καὶ ἂν δέῃ πολυχειρίας, ἔχῃ τὸν συναγωνιούμενον.

Philonis στρατάρχην ab eo qui στρατοπεδάρχης vocari solet non diversum esse, ex iis quae infra disputabimus. apparebit; plerumque στρατάρχην intellegunt legatum legionis, qualis in Aegypto omnino non erat.

42) *Tac. ann. 12, 38 (anno 50 in Britannia): praefectum castrorum et legionarias cohortes exstruendis apud Siluras praesidiis relictas circumfundunt — — — praefectus tamen et octo centuriones ac promptissimus quisque e manipulis cecidere.*

43) *Tac. hist. 2, 89 (Vitellius urbem ingreditur): quattuor legionum aquilae per frontem totidemque circa e legionibus aliis vexilla, mox duodecim alarum signa — — ante aquilas praefecti castrorum tribunique et primi centurionum candida veste cet.*

44) *Tac. hist. 4, 59 (anno 70): Tutor valida manu circumdatos Agrippinenses, quantumque militum apud superiorem Rheni ripam, in eadem*

verba adigit, occisis Mogontiaci tribunis, pulso castrorum praefecto, qui detrectaverant.

45) *Tac. hist. 5, 20 (anno 70): Tantumque belli superfuit, ut praesidia cohortium alarum legionum uno die Civilis quadripertito invaserit, decumam legionem Arenaci cet. — quibus obvenerant castra decumanorum, obpugnationem legionis arduam rati egressum militem et caedendis materiis operatum turbavere, occiso praefecto castrorum et quinque primoribus centurionum cet.*

Officiales:

46) *C. Octavius C. f. Cla. Valens, mil. leg(ionis) XXII 7 Critti Firmi, cornicularius Castrici Proculi praef(ecti) castror(um). — III, 6023 rep. Alexandriae ubi olim Nicopolis fuit.*

Cf. supra n. 23.

47) *Pro sal(ute) Aug(ustorum duorum) Marti conser(vatori) P. Ael(ius) Rufinus coadiutor off(icii) rat(ionum) vovit, cornic(ularius) prae[f(ecti)] kastr(orum) leg(ionis) XIII g(eminae) v(otum) l(ibens) p(osuit). — III, 1099 (Or. 3427) rep. Apuli.*

Legio XIII gemina sub Hadriano castra habuit apud Héviz in Dacia (III, 953), tum aut ipso Hadriano aut certe Pio imperante Apulum translata est, ibique mansit, donec Romani Daciam reliquerunt; titulus igitur post Hadrianum incisus est.

Titulos hos testimoniaque lustranti primum hoc apparebit, praefecturam castrorum omnino non fuisse nisi prioribus duobus p. C. saeculis; nam cum inter quadraginta sex quae habemus huius generis praefectorum exempla, quadraginta unum ad primum secundumve saeculum pertinere constet, nemo, opinor, dubitabit reliqua numero pauca neque ullo modo ab eo tempore abhorrentia illi aetati et ipsa adsignare. At reipublicae liberae aetate si fuissent omnino praefecti castrorum, certe in sescentis illis, quas habemus, proeliorum bellorumque enarrationibus non poterant non saepius commemorari; tertio saeculo nisi sublati fuerunt vel certe nomen mutarunt, qui explicari possit, quod in tot hominum militarium titulis, quibus illud ipsum saeculum abundat, nunquam huius muneris mentio fit?[1]) Quare cum nec ante Augustum nec post Severum praefecti

[1]) Supra adferre nolui Dionysii verba X, 36 ubi L. Siccius Dentatus de se in oratione ad plebem habita gloriatur: ἑτέρου τε πάλιν ἡμῖν ἀγῶνος ἐνστάντος, ἐν ᾧ τόν τε στρατοπεδάρχην τοῦ τάγματος ἡμῶν συνέβη πεσεῖν καὶ τὸν ἀετὸν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γενέσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπὲρ ὅλου τοῦ τάγματος ἀγωνισάμενος τόν τ' ἀετὸν ἀνεκομισάμην καὶ τὸν στρατοπεδάρχην ἔσωσα. ὃς ἐμοὶ τῆς τότε βοηθείας χάριν ἀποδιδούς, τῆς ἡγεμονίας τοῦ τάγματος ἀφίστατό μοι καὶ τὸν ἀετὸν ἐδίδου· ἐγὼ δ' οὐκ ἔλαβον, οὐκ ἀξιῶν ᾧ τὸν βίον ἐχαρισάμην, τούτου παρελέσθαι τὰς τιμὰς ἃς εἶχε καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις εὐφροσύνας. ἐφ' οἷς ἀγασθείς με ὁ ὕπατος τοῦ πρώτου τάγματος ἀπέδωκε τὴν στρατοπεδαρχίαν ἀπολωλεκότος ἐν τῇ μάχῃ τὸν ἡγεμόνα. Longum est, omnia enumerare, quae in his verbis absurda sunt; reipublicae liberae munus militare, quod recte vocari possit στρατοπεδαρχία, omnino ignoramus, videtur tamen Dionysius de legationis genere aliquo cogitasse.

castrorum reperiantur ulli, nec ante alterum imperatorem nec post alterum eos in exercitu extitisse concludendum est[1]).

Quod adtinet ad dignitatem muneris ordinemque quem obtinet inter honores militares, primum animadvertendum est nunquam post praefecturam castrorum suscipi aliam militiam equestrem, ut praefecturam cohortis, tribunatum militum, praefecturam alae, cum ante eam tribunatus militum saepius [n. 7. 8 (bis). 9. 12 (bis). 13 (bis). 22; fortasse etiam 1 (ter)], semel praefectura etiam equitum (n. 8) gesta sit. Uno autem Arrio Salano (n. 8) excepto, cui fortasse addere potes Alfenum Varum (n. 17), omnes quos novimus praefecti antea ordines duxisse videntur. Hoc de quattuordecim (n. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 22. 25. 32. 33. 34. 38) constat, de reliquis quominus idem sumamus, nihil prohibet; omnes autem summum centurionatum i. e. primipilatum gesserunt[2]). Ex ipso primipilatu, nec tribunatu nec alio munere interiecto, ad praefecturam castrorum pervenerunt n. 10. 11. 25. 32. 33. 34. 38. Apparet igitur primum, munus hoc non gessisse iuvenes splendidioribus parentibus ortos, qui tribuni et praefecti cohortium alarumque stipendia facere solebant, sed veteres centuriones i. e. homines militiae legionariae penitus gnaros quique ipsi olim caligati stipendia fecissent; ut recte de praefecto castrorum tradat Vegetius 2, 10: *is post longam probatamque militiam peritissimus omnium legebatur, ut recte doceret alios quod ipse cum laude fecisset.* Deinde praefecturam castrorum inter militaria munera centurionicis maiora certum locum non obtinuisse, cum modo post primipilatum, modo post tribunatum, modo post praefecturam alae suscipiatur, dignitate autem his certe minorem non fuisse cognoscitur[3]).

Nimirum eiusmodi homines fortes quidem et peritos, sed minus eruditos civilibus officiis administrationique rei publicae parum aptos fuisse consentaneum est, eaque procul dubio est causa, quod praefecti castrorum plerumque amplius non promoventur, sed ex militia ad privatam vitam revertuntur (n. 8. 9. 11. 13. 25. 33). Interdum postea praefectura fabrum funguntur (n. 7. 8. 11. 13), unus Sex. Aulienus (n. 7) ad praefecturam classis

---

[1]) Confirmare id videntur verba Ulpiani Dig. 3, 2, 2 pr.: *quod ait praetor: 'qui ab exercitu dimissus erit': dimissum accipere debemus militem caligatum vel si quis alius usque ad centurionem vel praefectum cohortis vel alae vel legionis, vel tribunum sive cohortis sive legionis dimissus est.* Nam si Ulpiani aetate fuisset omnino praefectus castrorum, certe eum non omisisset.

[2]) N. 12 mutilus est, de n. 6 et 14 Tacitus centurionatum tantum testatur, sed illi quoque primipili sine dubio fuerunt. C. Caesio Silvestri (n. 25) ipsa praefectura castrorum in causa fortasse fuit, cur, antequam eam susciperet, primipilus fieret; primipilatu enim imaginario ornatus videtur esse; nam si re vera legionis alicuius primam centuriam duxisset, ut in reliquis muneribus ita in primipilatu quoque legionis nomen adiceretur.

[3]) Nota ordinem quoque quo munera enumerantur apud Tacitum hist. 2, 89 (supra n. 43): praefecti castrorum — tribuni — primi centuriones; Velleium 2, 112 (supra n. 39): tribuni militum — praefectus castrorum — praefecti cohortium.

evectus est. Quod autem Alfenus Varus (n. 17) post praefecturam castrorum praetorio praefectus est, idem saepius factum esse perperam inde concludas; hoc enim tempori potius indubitataeque eius erga Vitellium fidei tribuendum est. Procuratoris, quas viri equestri militia perfuncti adipisci solebant, nunquam eos ornatos invenimus; quod autem C. Caesius Silvester (n. 25) curator viarum ab Imperatore Pio Umbriae et Piceno datus est, usum non turbat, sed confirmat. Quis enim quot vias legiones Romanae aperuerint nescit? Vexillationes autem eiusmodi operibus intentas saepe ductas esse a praefectis castrorum, infra demonstrabimus; viarum igitur muniendarum artis ex ipsa sine dubio militia apprime peritus erat Silvester. Etsi autem plerumque duriores minusque culti erant, quam iuvenes tribuni ac praefecti cohortium alarumque homines ferme elegantiores, ipsa rei militaris scientia summum eis post legatum legionis locum in castris adsignabat. Ita Corbulo quae ipse gerere non potest Cornelio Flacco legato et Insteio Capitoni castrorum praefecto mandat (n. 14), annoque 69 legiones vinclis Caecinae exercitus duci iniectis Fabium Fabullum quintae legionis legatum et Cassium Longum praefectum castrorum duces deligunt (n. 19).

Ipsi licet nunquam loco senatorio sint, filius tamen Vespasii Pollionis (n. 1) praefecti castrorum praeturam adeptus est, insignibusque ordinis equestris honoribus ornantur cum in re militari tum in re civili. Accipiunt enim et dona militaria maiora hastas puras et vexilla[1]) (n. 34) et sacerdotia equestria splendidissima tubicinis sacrorum populi Romani (n. 8) Laurentiumque Lavinatium (n. 33).

Summum autem inter praefectos castrorum locum verisimile est obtinuisse praefectos castrorum Aegyptiacorum, quin ut praefectura Aegypti, excepta praefectura praetorii, equestris honor summus est, ita praefectura quoque castrorum Aegypti, eadem praefectura praetorii excepta, bonorum militarium videtur quasi culmen esse, quos quidem gerere possint homines ordinis non senatorii. Est enim notum Augustum *inter alia dominationis arcana seposuisse Aegyptum, vetitis, nisi permissu, ingredi senatoribus aut equitibus Romanis illustribus*[2]), administrandam autem dedisse uni ex equitibus, qui fere ipsi addictissimus esset, cum consuetae formae provinciam facere Aegyptum, ut olim Caesar pater, ita vereretur et ipse, *ne quando violentiorem praesidem nacta novarum rerum materia esset*[3]). Ut igitur qui provinciae, ita ne legionibus quidem qui praeerant in Aegypto ordinis erant senatorii[4]), neque unquam legatus duxit legionem quae in hac terra castra haberet. Eius autem locum quis tenuerit edocemur inscriptione nuper reperta (n. 24), qua eodem modo locoque, quo aliis in provinciis

[1]) Nam Sex. Vibius Gallus aut manipularis aut centurio accepisse videtur torques armillas phaleras partem coronarum, praefectus castrorum hastas puras II vexilla II reliquas coronas.

[2]) Tac. ann. 2, 59.

[3]) Suet. div. Iul. 35.

[4]) Tac. hist. 1, 11.

praeses provinciae et legatus legionis, praefectus Aegypti et praefectus castrorum referuntur, ut iam in Aegypto castrorum praefectum legati legionarii loco fuisse constet. Ea est causa, cur in consilio ab imperatore Tito Hierosolymis expugnatis convocato inter κορυφαιοτάτους duces legatosque legionum commemoretur Liternius Fronto στρατοπεδάρχης τῶν ἀπ' Ἀλεξανδρείας δύο ταγμάτων [1]).

Iam attendas velim ipsam qua praefectus castrorum in titulis supra propositis notetur rationem. Invenies enim eum modo praefectum castrorum appellari, alia nota adiecta nulla (n. 7. 8. 9. 11. 12. 13. 38) [2]), modo praefectum castrorum legionis alicuius (n. 10. 25. 26. 27. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 37. 47). Qui antem norit constans sibi omninoque fixum inscriptionum latinarum dicendi genus, is hoc discrimen sane parvi non faciet, praesertim cum viderit praefectos castrorum legionis nomine carentes omnes pertinere ad saeculi primi partem priorem, contra praefectos castrorum, quibus adiciatur legionis nomen, omnes esse saeculi secundi praeter unum L. Flavium Iulianum (n. 10), coniectura a Borghesio aetati Claudianae tributum. Ex ipso autem titulorum illorum aetatis discrimine notationis quoque discrimen fortasse quis explicet; est enim notissimum, solere fere aetate antiquiore in legatis praefectis tribunis praetermitti copiarum, quibus praefuerint, nomina. Id qui fecerit, recte fecerit in titulis n. 7. 9. 11. 13. 38, cum in iis ne reliquis quidem officiis legionis nota addatur; at perperam idem de titulis n. 8 et 12 contendet: nam in n. 8 duobus tribunatibus, n. 12 et centurionatui et tribunatui legionis nomen adiungitur.

Verum huius rei explicationem ea suppeditant, quae ab auctoribus de praefectura castrorum traduntur. Inde enim primum hoc discitur, haudquaquam unicuique legioni saeculo primo suum fuisse praefectum castrorum, sed eundem saepe eodem tempore pluribus praefuisse; hoc enim semper accidit, si iisdem castris duo vel plures legiones habebantur. Ita in seditione legionum Pannonicarum (n. 6) legiones VIII Augustam, IX Hispanam, XV Apollinarem, quae iisdem simul castris aestivis habebantur, Tacitus narrat ab exitio legati haud multum abfuisse: *tribunos tamen ac praefectum*

---

[1]) De numero praefectorum castrorum Aegypti quid statuendum sit, ex iis quae infra docebimus apparebit. Quo tempore titulus n. 24 positus est, in Aegypto ut una legio singulaque castra legionaria ita unus castrorum praefectus erat scilicet Alexandrinus; primo saeculo quo diversis castris complures ibi habebantur legiones (Strabo 17 p. 797. 807 C) quot castra tot praefecti erant; anno 70 sine dubio duo erant, quorum alter est Liternius Fronto, praepositus vexillationi legionum III Cyrenaicae et XXII Deiotarianae in Iudaeam missae cf. supra p. 84 sq. n. 21.

[2]) Titulos n. 22. 24. 28. 35. 46 non citavi, cum in hac quaestione omnino in discrimen non veniant; in titulo n. 22 Memnonis statuae inscripto et in carmine n. 35 id apertum est, sed in titulis quoque n. 46 (*cornicularius Castrici Proculi praefecti castrorum*) et n. 28 (*Nepotianus praef. cast. cum Marcello cet. filiis dedicavit*) omissa legio nihil haberet offensionis, etsi constaret et Proculum et Nepotianum proprie *praefectos castrorum legionis illius* dictos fuisse. Nec in n. 24 ex usu epigraphico legio desideratur.

castrorum extrusere. Praefectus ille est Aufidienns Rnfus, qui modo cum vexillariis Nauporto in castra redierat. Item Mogontiaci, ubi duae legiones eo tempore castra habebant[1]), unnm tantnm praefectum fnisse ex eiusdem Taciti verbis seqnitur, qni qnantnm militum apud superiorem Rheni ripam fuerit, anno 70 inrasse pro imperio Galliarum narrat, *occisis Mogontiaci tribunis, pulso castrorum praefecto, qui detrectaverant* (n. 44). Deinde apud scriptores identidem praefecti commemorantur, qui castris praesunt, qnibus ne una quidem legio plena habetnr, sed vexillationes tantum nnius vel complnrium legiouum. Velnt Siscia bello Dalmatico a. n. 719 expngnata[2]) Angustus ibi collocavit cohortes viginti quinque castris stativis *ὡς ταμιείῳ χρησάμενος ἐς τὸν Δακῶν καὶ Βαστερνῶν πόλεμον, οἳ πέραν εἰσὶν τοῦ Ἴστρου*[3]), praefuit iis anno 8 p. C. M'. Ennins *φρούραρχος Σισκίας* (n. 3). *Φρούραρχον* a Dione vocari praefectnm castrornm, mihi quidem dubinm non est, aliud enim munus militare notum est nullum, de qno recte hic cogitari possit et cni aliquo modo conveniat *φρουράρχου* nomen. Idem vir haud ita mnlto post anno 14 commemoratnr a Tacito, nbi praefectus castrornm praeest vexillariis praesidinm in Chancis agitantibus andaciqne consilio opprimit seditionem ibi qnoqne gliscentem (n. 4). Denique hoc loco adferendus est L. Caedicius (n. 5), qui post cladem Varianam Alisone obsessns a Germanis, ferro sibi suisqne ad Rhennm reditnm aperuit. Certae alicnius legionis praefectos castrorum quattuor nominat Tacitus n. 15 legionis secundae, n. 18 legionis septimae, n. 20 legionis tertiae, n. 45 legionis decimae: tamen de omnibns his exemplis constat, in castris illis praeter legionem quae titulo praefecti castrorum additnr aliam stetisse nullam; quod de legione II et X ipse testatur Tacitns, tertiam nnicam fuisse eo iam tempore in Africa legionem notum est, septimam denique ab altera legione Pannonica decima tertia separata habnisse stativa, inde seqnitnr, qnod apud Tacitnm (hist. 3, 1) Poetovione legionis tantum XIII hiberna citantur.

Apparet igitur saeculo certe primo praefectos castrorum non tam singnlis legionibus quam singulis castris tribntos fnisse: singulis stativis, in quibus satis amplns legionariorum numerus habebatnr, praefectus ab Imperatore (n. 7) praeponebatur, ntrum autem plnres legiones ibi starent an nna an denique vexillarii tantum delecti, nihil intererat. Itaqne quot quaeqne provincia castra legionariornm maiora habuit, tot sine dubio ibi erant praefecti castrornm. Si qnando copiae complurinm stativorum totiusve provinciae ad bellum aliquod gerendum contrahebantur, plerumqne unus tautum ex praefectis castrornm cum exercitu exiisse, reliqui in hiberuis remansisse videntur; qnod enim in pace, idem in bello valnisse necesse est, ut iisdem castris non plnres sed nnus praeesset. Itaqne Velleius de proelio ab Caecina et Silvano cum quinque legionibus anxiliaribnsque satis multis com-

[1]) Tac. hist. 1, 56. 4, 24 cet.

[2]) Dio 49, 37. 38. App. Ill. 22. 23.

[3]) Cf. Strabo 7, 5, 2 p. 313 C. εὐφυὲς ὁρμητήριον τῷ πρὸς Δακοὺς πολέμῳ.

misso refert, legiones ex insperato victoriam vindicasse *iugulatis ab hoste quibusdam tribunis militum, interempto praefecto castrorum praefectisque cohortium* (n. 39); exercitus quoque Vitellianos Fabio Valente et Caecina ducibus duplici agmine Italiam petentes singulos habuisse praefectos castrorum, Valentis Alfenum Varum, Caecinae Iulium Gratum, recte ex Taciti narratione (n. 16. 17) effeceris. Praefecti igitur castrorum, qui Vitellium, cum urbem ingrederetur, comitabantur (n. 43), duo videntur fuisse vel tres: tertium enim fortasse ipse secum adduxit Vitellius. Postea quoque in exercitu a Caecina contra Flavios adducto unus Cassius Longus (n. 19) praefectus castrorum videtur fuisse. Contra duo adfuerunt proelio Variano, quo tres legiones caesas esse constat (n. 3. 4); Varus igitur cum legiones ex hibernis Rhenanis ad Visurgim duceret, duorum stativorum praefectos secum habebat, cuius rei causas intellegere difficile non est.

Absente praefecto quis vices eius in castris agere solitus sit, nescimus; saepe tamen eum castra reliquisse praefuisseque vexillationibus varias ad res exsequendas emissis, praeter exemplum Aufidieni Rufi, quem supra iam memoravi vexillationis ante coeptam seditionem Pannonicam Nauportum missae ducem (n. 6), docet praefectus castrorum, qui anno 50 cohortibus legionariis praeest ad exstruenda apud Siluras praesidia relictis caesisque a Britannis (n. 42), item Insteius Capito, cui Corbulo bello Armeniaco castella nonnulla expugnanda tradit (n. 14), denique Liternius Fronto legionariorum selectorum dux bello Iudaico Alexandria ad Hierosolyma oppugnanda missorum (n. 21).

Iam intellegitur, opinor, cur in titulis saeculi primi tam raro praefecti castrorum titulo addatur legio, ut constet legitimum nomen non fuisse *praefecti castrorum legionis illius*, sed *praefecti castrorum*: frequenter enim ea aetate stativa plures legiones, nonnulla ne unam quidem plenam comprehendebant; itaque *praefecti castrorum legionis illius* ii tantum praefecti et vocari poterant et vocabantur, qui castris praeerant, ubi, ut in Africanis, una morabatur legio. Iam si saeculo secundo contrarium usum valuisse videmus, nimirum ut semper addatur legio, inde, opinor, concludere debemus, ea aetate plus una legione nunquam fuisse in castris, ideoque suum quamque legionem habuisse praefectum castrorum. Et vero ita res se habet. Tradit enim Suetonius vit. Domit. 7: *(Domitianus) geminari legionum castra prohibuit, nec plus quam mille nummos a quoquam ad signa deponi; quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna res novas moliens fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa videbatur.* Inde ab Domitiani igitur aetate legiones singulae ut castra sua ita praefectos castrorum habebant.

Creabantur autem praefecti castrorum ab Imperatore (n. 7), dicto audientes erant suae quisque provinciae legatis (n. 14. 15). Num autem legato legionis quoque subditi fuerint, mihi quidem valde dubium est, immo aperte negaverim. Neque enim, qua ratione apud Tacitum (n. 14. 17. 19) iuxta legatum commemorantur, neque quae supra de praefectis castrorum Aegyptiacorum exposui satis conveniunt eiusmodi condicioni. Nec denique perspiceretur, cui ex legatis legionum deberet obedire, si quando complures

legioues iisdem castris haberentur[1]). Id quoque huc facit, quod Sex. Aulienus (n. 7) vocatur *praefectus castrorum Imperatoris Caesaris Augusti et Ti. Caesaris Augusti*; legati enim provinciae et legionis, procuratores aliique magistratus ab Imperatore creati eique ipsi subditi haud raro vocantur *legati, procuratores cet. Imperatoris illius*: vix autem nnquam hoc modo Imperatoris nomen tribunatui militum, praefecturae cohortis alaeve, centurionatibus adinnctum reperies. Ne vero mihi opponas, quod Caetronius Pisanus, Africanorum castrorum praefectus, iussu legati legionis Valerii Festi in vincula conicitur (n. 20): et legatum legionis III Augustae simul legatum provinciae fuisse Numidiae quae postea dicta est, constat, nec eiusmodi explicatione hic egemus: eodem enim praetextu, quo Pisanum vinciri, Festus Pisonem Africae proconsulem interfici iussit, qui procul dubio eius imperio subditus non erat.

Absente autem legato plerumque vices eius suscepisse videtur. Tacitus enim narrat (n. 15) Poenium Postumum praefectum castrorum secundae legionis bello Britannico, cognitis quartadecumanorum vicesimanorumque prosperis rebus, quia pari gloria legionem suam fraudavisset abnuissetque contra ritum militiae iussa ducis Suetonii Paulini, legati provinciae Britanniae, ipsum se gladio transegisse. Videtur igitur legio secunda illo tempore legatum non habuisse: quem si habuisset, ei Suetonius imperare debebat, ut legionem adduceret eiusque erat vel obedire vel abnuere: iam cum praefecto castrorum imperet isque detrectet iussa, inde eum vicarium legati fuisse apparet. Item bello Vitelliano seditione in castris exorta cum Valens legatus servili veste apud decurionem equitem lateat, praefectus castrorum summum tenet imperium (n. 17). Denique in Aegypto praefectos castrorum legatorum locum obtinuisse supra demonstravimus.

Centuriones militesque obedire iussis praefecti castrorum debuisse, ex testimoniis supra relatis constat; tribunos ei, ubi vicarius legati erat, paruisse manifestum est; usquequaque num parere eos oportuerit, non diiudico.

Officialem habet cornicularium (n. 47. 48).

Restat ut quaeratur, quae eius fuerint munera officiaque. Ac primum quidem vigilias et stationes disponit, ut obeantur a centurionibus providet, signa tuba dari iubet, quibus miles ad varia munia facienda cietur (n. 17. 40). Ad praefectum *castrorum positio, valli et fossae aestimatio pertinebat. Tabernacula vel casae militum cum impedimentis omnibus nutu ipsius cura-*

[1]) Lucianus πῶς δεῖ ἱστ. συγγρ. 21, 30 postquam perstrinxit eos, qui poeticis verbis ntuntur in historia scribenda, illos quoque vituperat, qui vocabulis exilibus et vulgaribus quaeque e mendicorum consuetudine hausta putes nou abstineant, exemplumque eiusmodi sermonis improbandi adfert verba: ἐπέστειλεν ὁ στρατοπεδάρχης τῷ κυρίῳ. Ubi quo potissimum in verbo positum sit vulgare illud, multum litigarunt viri docti: mihi Lneianus vituperare videtur, quod pro στρατηγός vei στρατηλάτης dictum sit στρατοπεδάρχης, pro αὐτοκράτωρ vei Καῖσαρ vocabulum servis tantum conveniens κύριος. Certe στρατοπεδάρχης hoc loco non est praefectus castrorum.

bantur. Praeterea aegri contubernales et medici, a quibus curabantur, expensas etiam ad eius industriam pertinebant. Vehicula sagmarii nec non etiam ferramenta, quibus materies secatur vel caeditur, quibusque aperiuntur fossae, contexitur vallum ......[1] *aquaeductus, item ligna vel stramina, arietes, onagri, ballistas ceteraque genera tormentorum ne deessent aliquando, procurabat* (*Veget. 2, 10*). Regit disciplinam, milites in castris coercet et in officio continet, ad eum redit sitne levior an durior militia (n. 6. 18). Ideo enm iurisdictionem qnoqne aliqnam habuisse existimo, quamqnam capitis damnare et ad supplicinm dare milites ei non licet (n. 2). Laborem qnotidianum tribuit militibus saepeqne ipse insistit operi, sicnbi vexillationes ad vias aperiendas mnniendasqne, pontes aedificandos, praesidia exstruenda et ob alios usus mittuntur (n. 6. 42). Inter proelium modo in castris remanet subsidiaque mittenda cnrat (n. 16), modo ipse ea educit pngnaeqne interest (n. 3. 4. 17. 39). Interdum a duce exercitns vexillationi praeponitnr nt proprio Marte rem gerat (n. 14).

DE PRAEFECTO LEGIONIS.

Hnius qnoqne mnneris primum quae mihi innotuernnt exempla composni:

1) *L. Memmius C. f. Gal(eria), q(uaestor), tr(ibunus) p[leb(is)], frumenti curator ex s(enatus) c(onsulto), praefectus leg(ionis) XXVI et VII Lucae ad agros dividundos, pontifex. — Henzen 6493 rep. Romae.*

Legiones VII et XXVI Augusti aetatem ostendunt.

2) *L. Cirpinius T. f. Vel., pri(mus) pil(us) iter(um), praef(ectus) leg(ionis) XXII, IIvir iterum quinq(uennalis). — Mur. 804, 9 = 1107, 6 (Or. 3423) rep. Maceratae.*

Cognomen et hominis et legionis desideratur; ideo Clandii aetate antiquior est.

3) *Vitellius Saturninus. — Tac. hist. 1, 82 (anno 69): militum impetus ne foribus quidem Palati coercitus, quo minus convivium inrumperent, ostendi sibi Othonem expostulantes, vulnerato Iulio Martiale tribuno et Vitellio Saturnino praefecto legionis.*

Legio videtur esse classica a Galba Romam addncta eoque tempore castra ibi habens cf. l. l. 1, 26. 36.

4) *L. Cammius Secundinus. — M. Gavi[o] Maxim[o] praefect[o] praetor[io] L. Cammiu[s] Secundi[nus] p(rimi)p(ilaris), praef(ectus) leg(ionis) X.., proc(urator) Aug(usti) amico. — III, 5328 (Or. 3168) rep. Solvae (Seckau).*

Gavins Maximus praefectus praetorio imperante Pio commemoratur in Vita Pii c. 8.

---

[1]) Excidit in codd. aliquid.

5) *P. Sallienius P. f. Maecia Thalamus.* — *Pro salute Augg. nn. Severi et Antonini et Getae Caes. P. Sal[l]ien[i]us P. f., Maecia, Thalamus, Hadri(a), praef(ectus) leg(ionis) II Aug(ustae) cu[m filiis suis] Ampeliano et Lucill(iano) [d. d.].* — *Or. 918 rep. Iscae in Britannia cf. Henz. 5823 (ibid. rep.): Saluti Reginae P. Sallienius P. f., Maecia, Th[ala]mus, Had(ria), praef. leg. II [Aug.] cum filiis suis Ampe[l]iano et Luciliano d(ono) d(edit).*

6) *C. Cornelius Egrilianus praef(ectus) leg(ionis) XIIII geminae.* — *Renier 3085 rep. Theveste.*

Caracallae tempore, nam in eius honorem et patris divi Pii Severi et matris arcus ex testamento Egriliani positus est.

7) *Recianus.* — *Vita Carac. c. 6 (de Caracallae caede): conscii caedis fuerunt Nemesianus et frater eius Apollinaris, Recianusque, qui praefectus legionis secundae Parthicae militabat et qui equitibus extraordinariis praeerat.*

8) *L. Cominius L. f. Maximus, domu Mantua, p(rimi)p(ilus) bis, procurator M. Antonini Aug(usti), praef(ectus) leg(ionis) II Traianae fortis CC (i. e. ducenarius), trib(unus) chor(tis) VII praetoriae, XIIII urbanae, III vigul(um), centurio chortis I pr(aetoriae), X urbanae, V vig(ilum), evocatus Augustorum, beneficiar(ius) praef(ecti) praetori.* — *Or. 3444 rep. Tibure.*

M. Antoninns Augnstus videtur esse Caracalla vel Elagabalus, nam ante saec. III ducenarii in inscriptionibus non reperiuntur cf. Or. 1014. 1031. 2648. 3181. 3357. 3391. 6318. 6529 cet.

9) *M. Ulpius Caius praefectus legionum IIII Flavia[e] et XIII gem....* — *III, 1201 rep. Apuli.*

Idem commemoratur III, 1178 ubi vocatur centurio legionis III Italicae Antoninianae; apparet igitnr eum praefectum legionnm fuisse certe non ante Caracallam, postea fuisse probabilins.

10) *T. Flavius Maximus.* — *I(ovi) o(ptimo) m(aximo) cet. T. Fl(avius) Maximus ex (centurione) praet(orianorum), p(rimi)p(ilus), praef(ectus) leg(ionis) III Aug(ustae) Severi(anae).* — *Renier 145 (Lambaesi).*

Ob cognomen legionis Severi Alexandri aetati titulus tribuendns.

11) *G. Iulius Caninus.* — *Herculi Aug(usto) s(acrum) ob salutem et reditum d(omini) n(ostri) Imp(eratoris) S(everi) Alexandri cet. G. Iul(ius) Caninus pr(a)e(fectus) leg(ionis) II ad(iutricis) p(iae) f(idelis) Severianae ex trec[ena]rio v(otum) [s(olvit)] l(ibens) m(erito) Maximo et P[a]terno co(n)s(ulibus).* — *III, 3427 rep. Aquinci.*

Anno 233.

12) *Ti. Teltonius Marcellus.* — *Frugifero Saturno Aug(usto) sac(rum) Ti. Teltonius Marcellus praefec(tus) leg(ionis) III Aug(ustae) p(iae) v(indicis) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).* — *Renier 168 (Henz. 7416s) rep. Lambaesi.*

Cum legio III Augusta appelletur *pia vindex*, titulus inter Severi et Maximini imperium positus est (cf. Henzenum Ann. 1860 (32) p. 62).

13) *M. Aurelius M. f. Sergia Sabinus. — Deo Soli invicto Mithrae M. Aurel(ius) M. f., Sergia Carnunto, Sabinus, praefect(us) leg(ionis) III Aug(ustae) p(iae) v(indicis) Maximinianae v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). — Renier 98 (Henz. 6685) rep. Lambaesi.*

Sub Maximini imperio.

14) *Iulius Iulianus. — Iulio Iuliano, v(iro) e(gregio) ducenar(io), praef(ecto) leg(ionis) I Parthicae Philippianae, duci devotissimo, Trebicius Gavoinus, praef(ectus) alae novae firmae (miliariae) catafract(ariorum) Philippianae, praeposito optimo. — III, 99 (Or. 3383) rep. Bostrae.*

Philippis imperantibus positus.

15) *P. Aelius P. f. Papir(ia) Marcellus, cent(urio) frum(entariorum), subprinceps peregrinorum, astatus et princeps et primopilus leg(ionis) VII gem(inae) pi(a)e fel(icis), adlectus ad munera praeff. legg. VII Clau(diae) et primae adiutricis, v(ir) e(gre)gius), flamen lucularis, Laurens Lavinas, patronus et decurio coloni(a)e Apulesium, patronus civitat(um) Foro Fla(minii), Fulginia, itemque Iguvinorum. — Henzen 6747 rep. Fulginiae. Cf. III, 1180 (rep. Apuli): P. Aelius P. f. Pap. Marcellus, v(ir) e(gregius), p(rimi)p(ilaris), ex praef(ecto) leg(ionum) VII Cl(audiae) et I adiut(ricis), sub principe peregr[ino]rum, sacer(dos) [L]aur[ens Lav(inas), patr(onus) colo]niae [A]p[ulensium]. Cf. ibid. n. 1181. 1182.*

Titulus saeculo III tribuendus (ob V·E·, PRAEFF·, LEGG· compendia), neque tamen Gallieno recentior, quo imperaute (anno fere 255) Romani Dacia cesserunt.

16) *...... Donatus. — Deo Azizo bono p[uero conserva]tori pro salutem d(ominorum) [n(ostrorum duorum) Valeriani et Gal]lieni Aug(ustorum) et Valerian[i nobilis(simi) Caesaris] et Corneliae Salonina[e Augustae et] leg(ionis) V Mac(edoniae) III piae fid[elis] ..... Donatus praef(ectus) leg(ionis) eiusde[m] .... templum inceptum perfecit. — III, 875 (Or. 4986) Potaissae rep.*

17) *Domitius Potentinus. — Imp(eratores duo) Valerianus et Gallienus Aug(usti) et Valerianus nobilissimus Caes(ar) cohorti VII centurias a solo restituerunt per Desticium Iubam v(irum) c(larissimum) legatum Aug(ustorum) pr(o) pr(aetore) et Vitulasium Laetinianum leg(atum) leg(ionis) II Aug(ustae), curante Domit(io) Potentino praef(ecto) leg(ionis) eiusdem. — Henzen 6746 rep. Iscae.*

18) *Valerius Marcellinus. — Genio Imp(eratoris) P. [Lic(ini) Gallieni] invicti Aug(usti) Clementius Silvius, v(ir) e(gregius), a(gens) v(ices) p(raesidis), et Val(erius) Marcellinus, praef(ectus) leg(ionis), prot(ector) Aug(usti) n(ostri), a(gens) v(ices) l(egati), municipes ex provincia Raetia s(olverunt) l(aeti) l(ibentes) m(erito) Paterno et Archesilao co(n)s(ulibus). — III, 3424 rep. Aquinci.*

Anno 267.

19) *M. Aurelius Veteranus.* — *Diis magnis cet. Marc(us) Aur(elius) Veteranus praef(ectus) leg(ionis) XIII g(eminae) Gallienian(ae) v(otum) l(ibens) m(erito) p(osuit).* — *III, 1560 (Or. 1581) rep. ad Mediam.*

Annis 260/8.

20) *Aurelius Superinus.* — *Genio loci cet. pro salute d(omini) n(ostri) Claudi Aug(usti) Aur(elius) Superinus, pr[ae]f(ectus) leg(ionis) I adi(utricis) a(gens) v(ices) l(egati) ex voto po[s]uit d(omino) n(ostro) i(nvicto?) Claudio Aug(usto) [et] Paterno [co(n)s(ulibus)].* — *III, 4289 rep. Brigetione.*

Anno 269.

21) *Aelius Paternianus.* — *Marti Aug(usto) pro salute et incolumitate d(omini) n(ostri) Carini p(ii) f(elicis) Aug(usti) Ael(ius) Paternianus, v(ir) e(gregius), praef(ectus) leg(ionis) II adiut(ricis) a(gens) v(ices) l(egati) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito).* — *III, 3469 rep. Aquinci.*

Anno 284.

22) *Clodius Honoratus.* — *Aquaeductum leg(ionis) III Aug(ustae) Diocletiani et Maximiani Aug(ustorum) n(ostrorum duorum) cet. curante Aurelio Maximiano, v(iro) p(erfectissimo), p(raeside) p(rovinciae) N(umidiae), et Clodio Honorato, v(iro) e(gregio), praef(ecto) leg(ionis) eiusd(em) in melius reformatum ad integritatem restituerunt.* — *Renier 109 (Henz. 7420ab) rep. Lambaesi.*

23) *Aurelius Sintus.* — *In h(onorem) d(omus) d(ivinae) pro salute Imp(eratorum duorum) Diocletiani et Maximiani Aug(ustorum), Constanti[i] et Maximiani nob(ilissimorum) Caes(arum duorum) templum Marti[s] militaris vetustate co[n]lapsum Aur(elius) Si[n]tus prae[f(ectus)] [l]e[g(ionis)] I M(inerviae) .. a solo restituit die XIII kal(endas) Oc(t(obres)] [T]usco et Anulino co(n)s(ulibus).* — *Brambach I. Rhen. 467 rep. Bonnae.*

Anno 295.

24) *C. Sulgius L. f. Pap. Caecilianus, praef(ectus) leg(ionis) III Cyrenaicae, p(rimi)p(ilus) leg(ionis) XX Valeriae victricis, praepositus reliquationi classis praetoriae Misenatium piae vindicis et thensauris domini[cis e]t bastagis copiarum devehendar(um), (centurio) leg(ionum) III Aug(ustae) et septimae geminae et primae Parthicae et XVI Fl(aviae) f(irmae) et XIII g(eminae) in provincia Dacia, nauarch(us) classis praetoriae Mise[n]atium piae vindicis, optio peregrinorum, et exercitator militum frumentarior(um).* — *Henzen 6871 ex Africa Florentiam advectus.*

Legio I Parthica a Severo instituta titulum saeculo III adsignat, cuius parti priori reliqua quoque conveniunt.

25) *Ulp(ius) Iulius, v(ir) e(gregius), pr(a)ef(ectus) leg(ionis) III Aug(ustae).* — *Renier 180 rep. Lambaesi.*

Ulpius Iulius nomen et praenomine carens et Iulium pro cognomine exhibens nec minus v. e. compendium titulum saeculi III esse probant.

26) *T. Flavius Maximus prae(fectus) leg(ionis) III Aug(ustae). — Renier 638 rep. Lambaesi.*

Compendia PRAE pro PRAEF, SS pro HS, legionis nomen illaesum saeculum III indicant.

27) *P. Aurelius Cassianus. — Dianae Aug(ustae) P. Aur(elius) Cassianus praef(ectus) leg(ionis) IIII Scy(thicae) et leg(ionis) XIIII g(eminae) mnntt. — III, 4393 rep. Carnunti.*

Titulus post Traiani Hadrianive aetatem positus sit oportet, cum iis demum imperantibus legio XIIII gemina successerit legioni XV Apollinari Carnunti castra habenti, sed sine dubio multo recentioris est aetatis. Litterae enim MNNTT licet non intellegantur, vix tamen aliud significare possunt nisi cognomen ab Imperatore ductum a lapicida perperam incisum; quod si recte posuimus, saeculo III vetustior non est. Eodemque ducunt patris nomen omissum, pravum compendium SCY pro SCYTH, denique quod dicitur *praefectus legionis illius et legionis illius*; meliore enim aetate, cum Cassianus certe utraque praefectura simul functus non sit, scribendum erat *praefectus legionis illius, item praefectus legionis illius.*

28) *P. Vibius P. f. Marianus, e(gregiae) m(emoriae) v(ir), proc(urator) et praeses prov(inciae) Sardiniae, p(rimi)p(ilus) bis, trib(unus) coh(ortium) X pr(aetoriae), XI urb(anae), IIII vig(ilum), praef(ectus) leg(ionis) II Ital(icae), p(rimi)p(ilus) leg(ionis) III Gall(icae), (centurio) frument(ariorum), oriundus ex Ital(ia) Iul(ia) Dertona. — Kellermann Vigil. 39 (Or. 78) rep. prope Romam.*

Certo post annum 170, quo legio II Italica a Marco instituta adhuc *Pia* appellabatur (III, 1980), sed omnino saeculo III scriptus est, cum antea E · M · V et COHH compendia non inveniantur.

29) *T. Flavius Victor. — Hercul(i) Aug(usto) T. Flav(ius) Victor [a(gens)] v(ices) l(egati) p(rovinciae) praefe(ctus) leg(ionis) II ad(iutricis) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). — III, 3426 rep. Aquinci.*

Post saeculum III medium, antea enim A · V · L i. e. *agens vices legati* non comparet.

30) *Aelius Aelianus, praefectus leg(ionis) II adiutr(icis), protector Aug(usti). — III, 3529 rep. Aquinci.*

Gallieno posteriorem indicat protector.

31) *M. Apicius T. f. Cam. Trio, p(rimi)p(ilus) leg(ionis) XXII primig(eniae) p(iae) f(idelis), praef(ectus) leg(ionis) XIII gem(inae), (centurio) leg(ionis) XV Apollin(aris), evoc(atus) a comment. cust. optio evoc. salar. curat. ab indicib., patron(us) mun(icipii) Ravenn(atium), pontif(ex). — Donat. 2 p. 273, 4 (Or. 3464) rep. Ravennae.*

Munera militaria minora plurima corrupta videntur esse aut ab eo qui incidit, aut qui descripsit et fortasse interpolavit.

32) *M. Cocceius M. f. Pol. Severus, prim(us) pilus leg(ionis) VIIII Hispanae, praefectus leg(ionis) X geminae. — Ex schedis vol. V.*

33) *Ti. Claudius Ti. fil. Pal. Secundinus L. Statius Macedo, p(rimi)p(ilus) leg(ionis) IIII F(laviae) f(idelis) trib(unus) coh(ortis) prim(ae) vig(ilum), trib(unus) coh(ortis) XI urban(ae), trib(unus) coh(ortis) VIIII pr(aetoriae), p(rimi)p(ilus) iterum, praef(ectus) leg(ionis) II Tra[i(anae) f(ortis)], proc(urator) XX her(editatium), proc(urator) provin[c(iae)] Lugdunens(is) et Aquitan[icae], a rationib(us) Aug(usti), praef(ectus) an[non(ae)]. — V, 867 rep. Aquileiae.*

34) *P. Seius Rufus. — Iovi cet. P. Seius P. f., Arn(iensi), Rufus, Teate Marrucinorum, praef(ectus) leg(ionis) III Aug(ustae).*

35) *........ p(rimi)p(ilaris), praef(ectus) le[g(ionis) ...... trib(unus) coh(ortis)] XIIII urb(anae), trib(unus) c[oh(ortis) ... pr(aetoriae), proc(urator) prov(inciarum) Gallia]rum Lug(dunensis) et Aqu[it(anicae) ....] proc(urator) proleg(ato) pro[vinciae ..... — Henzen 6933 rep. Reate.*

36) *......... Ca[r]thaginens. praef(ectus) leg(ionis) III Aug(ustae) militavit an(nos) XLV cet. — Brambach I. Rhen. 325 rep. Coloniae Agrippinae.*

37) *.. Aurelius Reginus ... praef(ectus) leg(ionis) III A[ug(ustae)] ... — Renier 406 rep. Lambaesi*[1]*).*

Officiales:

38) *C. Cornelius Felix cornicular(ius) praef(ecti) leg(ionis) II ad(iutricis). — III, 3565 rep. Aquinci.*

39) *I(ovi) o(ptimo) m(aximo) conservatori Tertinius Vitalis, mil(es) leg(ionis) XXX U(lpiae) v(ictricis) S(everianae) Al(exandrianae), lib(rarius) praef(ecti) pro se et suis v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) VI kal(endas) Maias Lupo et Maximo co(n)s(ulibus). — Fabrett. 676, 27 (Or. 3511 cf. Henzenum) rep. Clivae.*

Anno 237. — Traditur: LEG · XXX · V· V · S · AILIB.

40) *C. Petil(lius) Firmus, ve[t(eranus)] ex b(ene)f(iciario) praef(ecti) leg(ionis) II ad(iutricis) p(iae) f(idelis) A[nt(oninianae)]. — III, 3559 rep. Aquinci.*

'Traditur AG sed G ad nomen sequens videtur pertinere, pro A fuit AT.' Mommsenus l. l.

41) *Iul(ius) Apricius, mil(es) leg(ionis) II Ital(icae) p(iae) f(idelis), b(ene)f(iciarius) praef(ecti) stip(endiorum) VI. — III, 5671 rep. Lorch.*[2]*)*

---

[1]) Cerealis a Iosepho commemoratus b. Iud. 3, 7, 32. 34; 4, 9, 9; 6, 2, 5; 6, 4, 3; vita Iosephi 75 non est praefectus legionis, sed tribunus militum pro legato, qui saeculo primo alibi quoque reperitur cf. Orell. 4027. Tac. ann. 15, 28. Nec qui apud Iulianum epist. 50 invenitur Θεόφιλος στρατοπεδάρχης huc pertinere, sed idem esse videtur, qui plerumque στρατηγός (Iulian. epist. 10) vel στρατηλάτης vocatur.

[2]) Male Herzogius Gall. Narb. p. 158 n. 676 (ex schedis Passionei) in titulo Urbinate: *L. Petronius L. f., Pup., Sabinus, Foro Brent(ano), corn. pr. pr. leg(ionum) X Fret(ensis) et IIII Fla(viae), p(rimo) p(ilo) legion(is) III Cyren[a]icae cet.* CORN · PR · PR

Exemplorum quae supra rettulimus tempora qui spectarit, perspiciet exceptis quattuor illis, quos principio posui, omnes praefectos legionis pertinere ad aetatem Severi imperio non antiquiorem: mirabitur autem idem, opinor, quod, cum saeculo tertio tam frequentes inveniantur, antea tam rari occurrant, atque eo inclinabit ut praefectos legionis credat aut magistratum ordinarium temporibus prioribus non fuisse institutum aut, si fuerint, plerumque alio modo appellatos esse. Nos in praesens quidem praefectos illos quattuor mittemus, mox quid de iis statuendum sit disceptaturi, iamque de praefectis legionis saeculi tertii quaeremus.

Inter praefectos legionum, quorum novimus honorum cursum, nemo est qui stipendia centurionica ante praefecturam non fecerit (n. 8. 9. 10. 11. 15. 24. 28. 31. 32. 33. 35. 36 [1]), ut eos homines fuisse appareat humiliore loco natos, qui inde a caliga ad hunc locum pervenerint. Omnes tamen antea summum centurionatum i. e. primipilatum gesserunt, praeter unum G. Iulium Caninum (n. 11), qui ex trecenario praefectus legionis factus est; id tamen ne mireris: trecenarius enim primipilo vel par erat vel certe proximum post eum locum obtinebat, ita ut primum etiam principem dignitate superaret. Post centurionatum minorem ante primipilatum praefectura legionis ponitur in titulo n. 31, vix tamen eodem ordine M. ille Apicius Trio munera suscepit; equidem in titulo potius munerum ordinem confusum Trionemque ut reliquos post primipilatum demum praefectura functum esse putarim [2]). Ex ipso primipilatu ad praefecturam pervenerunt n. 10. 15. 24. 28. (31?). 32. 33 (primipilatu iterato). 35. Quam arte autem praefectura primipilaritati iuncta fuerit, eius rei testis mihi insignis videtur esse Ti. Claudius Secundinus (n. 33), qui cum post priorem primipilatum stipendia equestria fecisset, antequam praefectus fieret, denuo primipilatum gessit eumque fortasse, cum legio non addatur, imaginarium; quare non dubito, quin L. Cominius quoque (n. 8) altero primipilatu post tribunatum cohortis praetoriae ante praefecturam legionis functus sit; itemque n. 10 primipilatu imaginario ornatus videtur esse, ut recte inde ad praefecturam promoveretur. Legionariam militiam praeter centurionatus exercuit nemo, urbanam quattuor; nam n. 8

---

interpretatur *corn(icularius) pr(aefectorum) leg(ionum) cet.*, nunquam enim id quod est *praefecti duo* compendio PR·PR scribi poterat. Praeterea nullo modo Sabinus ex corniculario statim primipilus fieri poterat, minore centurionatu nullo interiecto; excidit igitur centurionis nota 7 legendumque: *corn(icularius) pr(aefecti) pr(aetoris), (centurio) leg(ionum) cet.*

[1]) Nam eum quoque centurionem fuisse ex XLV stipendiis quae emeruit tuto concludi potest.

[2]) Fortasse etiam consulto munera hoc ordine exhibentur. Primipilares enim aetate imperatoria fuerunt ordo privilegiis satis amplis munitus; inde factum est, ut in titulis eorum saepe statim post nomen adiceretur P P nota i. e. primipilaris, eodem usu, quo nomini equitum Romanorum adicitur equo publico, aetateque sequiore nomen sequi solet *vir clarissimus, perfectissimus cet.* Id fortasse in hoc quoque titulo factum ita, ut brevitatis causa statim adderetur etiam legio.

et 33 ante praefecturam, n. 28 et 35 post eam tribuni urbani facti sunt. Itaque cum tribunatus vel ante vel post praefecturam suscipiantur, eam inter militias equestres certum locum omnino non habuisse manifestum est, dignitate autem fere parem fuisse tribunatibus urbanis qui omnium summi fuerunt. Emeritis stipendiis praefecti legionis plerumque in privatam vitam rediisse videntur; procuraturas ii tantum acceperunt, qui militias equestres fecerant (n. 8. 28. 33. 35). Sacerdotiis ornantur ordinis equestris Laurentino et flaminatu luculari (n. 15). Ducenarii dicuntur n. 8 et 14, viri egregii n. 14. 15. 21. 22. 25.

Una cum legato legionis praefectus legionis commemoratur n. 17, unde eum iuxta legatum locum suum habuisse certum est. Iam cum Gallienus homines ordinis senatorii militaribus honoribus fungi vetuisset[1]) ideoque legatos legionis sustulisset, vices legatorum susceperunt praefecti, unde a Gallieni aetate utque ad Diocletianum saepius dicuntur agentes vices legati (n. 18 a. 267, n. 20 a. 269, n. 21 a. 284). Ad idem autem tempus id quoque pertinere videtur, quod tradit Vegetius, praefectos interdum vicarios fuisse legatorum provinciae; huius enim fere aetatis est titulus n. 29.

Officiales commemorantur cornicularius, librarius, beneficiarius (n. 38—41).

De muneribus haec docet Vegetius (2, 9): *proprius iudex erat praefectus legionis — — tribuni vel centuriones ceterique milites eius praecepta servabant. Vigiliarum sive profectionis tessera ab eodem petebatur. Si miles crimen aliquod commisisset, auctoritate praefecti legionis a tribuno deputabatur ad poenam. Arma omnium militum, item equi vestes annona ad curam ipsius pertinebant. Disciplinae severitas, exercitatio non solum peditum sed etiam equitum legionariorum praecepto eius cotidie curabatur. Ipse autem iustus diligens sobrius legionem sibi creditam adsiduis operibus ad omnem devotionem, ad omnem formabat industriam, sciens ad praefecti laudem subiectorum redundare virtutem.* Addi potest saepe praefectum legionis insistere operibus varios ad usus a militibus factis (n. 16. 17. 22. 23). Quod autem ad iurisdictionem pertinet a Vegetio commemoratam, hoc tantum adnoto, de capite militum certo non fuisse iudicium penes praefectum legionis[2]).

Haec qui cum eis contulerit, quae de praefectura castrorum supra exposuimus, ei non dubium erit opinor, quin praefectura legionis ab illa nomine tantum diversa sit; ab eisdem enim generis hominibus et haec et illa suscipitur, eadem utrinsque est dignitas, eadem munera sunt, eodem denique tempore, quo praefecti castrorum in titulis desinit mentio, incipit praefecti legionum. Quattuor enim illos quos primo loco collocavi ne mihi opponas. L. Memmium, qui quaestor et tribunus plebis fuit aetate Augusti et vocatur *praefectus legionum XXVI et VII Lucae ad agros dividundos*, a

[1]) Aur. Victor Caes. 33, 34 *et patres quidem, praeter communs Romani malum orbis, stimulabat proprii ordinis contumelia, quia primus ipse motu socordiae suae, ne imperium ad optimos nobilium transferretur, senatum militia vetuit, etiam adire exercitum.*

[2]) Walter Gesch. d. Röm. Rechts 2 § 845.

praefectis legionum aetatis sequioris omnino diversum esse manifestum est. Vitellius autem Saturninus a Tacito commemoratus et L. Cammius Secundinus aperte demonstrant, quomodo factum sit, ut munus nomen mutaret. Ut enim in tribunatu militum legionis saepissime ob brevitatem verbum *militum* omittebatur simpliciterque homines vocabantur tribuni legionis, ita in praefectis castrorum legionis verbum *castrorum* extrudebatur. Quod primum sine dubio in usu quotidiano factum est et sermone minus accurato, cuius rei exemplum sunt Taciti verba supra adlata, deinde saeculo secundo magis invaluit, ut in ipsos titulos inreperet; Severus denique primis saeculi tertii annis praefecti castrorum nomen sustulit munusque *praefecturam legionis* appellari iussit. L. Cirpinius utrum eodem modo quo Saturninus et Secundinus praefectus legionis dictus sit, an alius generis fuerit praefectus componendusque cum L. Memmio eiusdem fere aetatis homine[1]), non diiudico.

Notitiae denique dignitatum, quas saeculo quarto exeunte vel quinti initio (ante a. 408) conscriptas esse notum est, praefectos legionum enumerant quattuor supra centum, quos omnes hoc loco ponere supervacaneum visum est. De loco quem saeculo quarto exeunte inter reliqua militaria munera obtinuerunt, inde colligitur eos dignitate superiores fuisse praefectis militum, numerorum, equitum, alarum, classium, tribunisque cohortium, qui in singulis provinciarum laterculis passim commemorantur: semper enim ante eos recensentur, exceptis paucis ubi, ut in litore Saxonico per Britanniam (Occ. p. 90), ordo aut confusus aut ob alias causas inversus videtur esse. Cum autem praeter unum praefectum legionis VII geminae (Occ. p. 119) omnes sint sub dispositione virorum spectabilium ducum, dignitate eos bis inferiores fuisse apparet. Errore igitur sine dubio Vegetius (2, 9), si quidem recte nobis verba eius tradita sunt, praefectos legionis comitivae primi ordinis dignitatem habuisse refert, qua quidem ne duces quidem provinciarum omnes ornati fuerint, sed summi tantum. Videntur igitur praefecti legionum eiusdem fere, cuius prioribus saeculis dignitatis fuisse.

Praesunt autem modo legioni toti, modo parti tantum, toti si iisdem, parti si compluribus castris legio habetur: itaque hoc quoque tempore non tam certae militum manui quam certis castris praeponuntur, nec tam suum quaeque legio praefectum habet, quam suum quaeque castra. Num auxiliaribus quoque equitibusque, qui passim iisdem locis commemorantur, imperaverint, diiudicare non ausim; magis tamen crediderim auxilia illa propria habuisse castra a legionariis seiuncta propriosque praepositos. In tabulis enim pictis, quae singulis notitiarum capitibus adiciuntur, saepius in eadem provincia diversis locis eiusdem nominis duo castella picta inveniuntur[2]), ut recte

[1]) Conferre etiam possis *praefectum equitum pro legato* aetatis fere Augustae Or. 3438.

[2]) Not. orient. p. 92 e et g: Constantina (b. d Amida); occident. p. 88 (f. o Madensis); 90 c Teutiborgio k Teutibartio (corruptum); d Burgenas — r Burgen[t]as; (e m Cuccis); (b l Cornaco); (f p Aciminci) cet.

inde altera castra legionaria, altera reliquae militiae fuisse effici videatur; nec vero obstat, quod saepe singula tantum reperiuntur, cum tabulae illae alibi quoque passim omiserint castella, quae in laterculo copiarum exhibentur. Titulo autem supra relato n. 14 aetatis Philippianae, ubi praefectus alae praefectum legionis ducem praepositumque vocat, non nimis tribuerim, neque inde vel saepius vel plerumque praefectos legionis copiis auxiliaribus imperasse concluserim.

Instituit igitur castrorum legionariorum praefecturam, quam omni aetate homines inferiore loco oriundos gessisse demonstravimus, Augustus duplici, opinor, causa motus, altera militari — ordinis enim senatorii et equestris homines cum in caliga stipendia omnino non facerent, sed a praefectura cohortis tribunatuque militum militiam ingrederentur, sine dubio legionariae militiae accurata scientia plerumque carebant; altera civili. Administrari enim tenerique imperium, quale fuit Romanum, non potuit nisi magna singulis magistratibus concessa potestate: fines imperii tueri, terras populosque in dicione populi Romani retinere praesides provinciarum nequibant, nisi exercitus magnos paratosque haberent dicto audientes. Ab altera autem parte cavendum erat, ne abuterentur potentia sua, qui copiis et cuiuscunque generis opibus tantis praediti essent: quae illicere debebant et re vera saepe illexerunt homines ambitiosos, ut rerum potiri conarentur. Haec erat causa, cur Augustus legionibus singulis legatos praeponeret, qui praesidibus provinciarum obedirent quidem, sed iidem illis pares essent vigilesque exsisterent, si quando novas res moliri vellent. Sed legati et provinciarum et legionum omnes erant senatorii ordinis: quid si quando senatus veterem potestatem recuperare moliebatur nec iam de eo discrimen erat, quis imperaret, sed qua forma respublica regeretur? Quantopere autem posterioris etiam aetatis imperatores diffisi sint senatui, ut potestatem eius magis magisque infringerent, probe scit qui aetatis imperatoriae historiam novit. Ut igitur praeter legatos procuratores in provincias mitti voluit Augustus vel domus imperatoriae libertos vel equestris ordinis homines, ita in castris quoque constituit ut iuxta legatum praefectus ordinis inferioris locum haberet, longa militia imperatorio nomini iunctus devotusque. Qui praefectus appellatus est *praefectus castrorum*; nec saeculo primo addi solebat legionis nomen, cum saepe complures legiones iisdem castris tenerentur; addi coeptum est, postquam Domitianus sua quamque legionem castra habere iussit, moxque ita obtinuit, ut usu quotidiano saepe *castrorum* quidem verbum brevitatis causa neglegeretur, legio tamen ut in tribunatu militum vix unquam omitteretur. Quem usum Septimius Severus sanxit legitimumque reddidit nomen *praefecti legionis*, fortasse potestate quoque muneribusque eius auctis ita, ut quae praefecto adderet demeret legato. Est enim notum iam hunc imperatorem quoquo modo senatorii ordinis potestatem imminuisse. Atque inde fortasse explicandum est, quod cum praefectus saeculo I et II cornicu-

larium tantum habeat, saeculo tertio complures eius officiales inveniuntur. Gallieno imperante legatione legionaria sublata iam praefecti castrorum exercitibus in provinciis praeerant eodem modo, quo iam prioribus saeculis idem in Aegypto fieri solitum erat, donec Diocletiani Constantinique aetate ducibus provinciarum ab illis institutis subderentur. Iam ut olim legatis pro praetore ab Augustis in provincias missis, his parere debebant, singuli autem praeerant singulis castris, quibus limites imperii Romani muniti erant.

Dorpati.

G. Wilmanns.

De titulis nonnullis Atticis ad res Romanas spectantibus.

1. In Ephemeride archaeologica Atheniensi nr. 750 Pittakisius hunc titulum edidit, inscriptum basi marmoris Hymettii in duas partes fractae, inventae septentrionem versus a Parthenone:

Ὁ δῆμος
Μᾶρκον Λικίνιον Μάρκου
υἱὸν Κράσσον ἀνθύπατον
καὶ αὐτοκράτορα ἀρετῆς
ἕνεκεν κ[α]ὶ εὐνοίας.

Qui titulus ad quem hominem referendus sit, dubitari vix potest. Certum est, eum anno 775 u. c. (22 p. Chr.) posteriorem non esse; inde ab eo anno enim neminem privatum imperatoris vocabulo ornatum esse constat. Ex altera parte antiquior vix fuerit anno 724 u. c. (30 a. Chr.). Non enim comparet ante eum annum in fastis consularibus M. Crassus M. f. Quod si quis dixerit, eum qui pro consule sit, ne liberae quidem reipublicae tempore semper consularem esse, sed etiam aliis hominibus qui provinciis praesint, proconsulare imperium nonnunquam tribui (Becker-Marquardt, antiq. Rom. III, 1 p. 276), reputandum est, praeter P. Scipionem Africanum et Cn. Pompeium Magnum, quorum causa plane singularis est, certe neminem nisi praetorium proconsulem fuisse. Praetorem M. Crassum Cicero commemorat de or. I, 36, 166; at num is Marci filius fuerit valde dubium est.[1])

[1]) Illo loco L. Crassus orator nobilissimus narrat quae in iudicio apud M. Crassum quendam praetorem acta sint. Henrichsenus (eumque secutus Orellius Onom. Tull. s. n.) eam rem ad annum a. Chr. 127 aut 126 refert, illumque praetorem M. Crassum P. f., ἀγέλαστον cognomine, triumviri avum, esse putat. Drumannus vero (Hist. Rom. IV, 70), Pighium secutus, usque ad annum 107 a. Chr. descendit et de filio quodam illius ἀγελάστου triumviri patruo (nam pater eius Publius vocabatur), praeterea ignoto, cogitat. Is igitur esset M. Crassus M. f. praetor. At mihi quidem prior sententia multo verisimilior videtur. Ut enim omittam causas, quas Henrichsenus ipse affert, iure quaerimus, cur L. Crassus rem ita narret, ut eam a socero Q. Mucio Scaevola Cos. 117

Sed fuerit: at eum neque provinciam administrasse neque quicquam fecisse, cur imperator salutaretur traditum est. Et quamquam, ut est illius temporis memoria turbata atque manca, minime in universum colligere licet id quod nusquam commemoratur, non fuisse, hic tamen res aliter se habet. Si enim ante Sullae mortem Crassum tituli nostri quaeremus, eo tempore Graecos eiusmodi honorum erga Romanos minime prodigos fuisse meminerimus necesse est. Id enim casu factum nemo putabit, ut eius temporis tituli honorarii Romanorum in Graecia nulli servarentur nisi eorum, qui cum summis Graecorum rebus coniunctissimi essent, veluti T. Quincti Flaminini, Q. Caecili Metelli Macedonici, L. Mummi Achaici, L. Licini Luculli.[1] Quodsi ad tempus Ciceronis descendimus, eo tempore partes M. Crassi in rebus publicis eae fuerunt, ut vix putandum sit, hominis ei cognati memoriam plane intercidisse, quamquam proconsul et imperator fuisset, praesertim cum satis multa de huius temporis hominibus nobilibus in Ciceronis epistolis et alibi servata sint.

Quae si vere disputata sunt, titulus, de quo agimus, inter annos 30 a. Chr. et 22 p. Chr. compositus sit necesse est. Ex eis vero duobus Crassis, qui in hoc tempus incidunt, quorumque uterque Marcus Marci filius fuit, natu minor, cos. 14 a. Chr. nomine tenus notus est: at eius patrem, cos. 30 a. Chr., triumviri nepotem, non solum ex consulatu proconsulem Macedoniae et Achaiae fuisse constat, sed etiam in eo magistratu tantas res gessisse, ut anno a. Chr. 27 de Thraecia et Geteis triumpharet fasti triumphales produnt.

Quae quum ita sint, titulus aptus erit eis refellendis, quae Dio Cassius 51, 36, 2 de hoc Crasso tradit; cuius verba haec sunt: *καὶ γὰρ καὶ θυσίαι καὶ νικητήρια οὐχ ὅτι τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ καὶ ἐκείνῳ ἐψηφίσθη, οὐ μέντοι καὶ τὸ τοῦ αὐτοκράτορος ὄνομα, ὥς γέ τινές φασιν, ἔλαβεν, ἀλλ' ὁ Καῖσαρ μόνος αὐτὸ προσέθετο.* Eum secutus Borghesius Ann. inst. XX (1848) p. 263 Crassi exemplo probare studet, Augusti aetate facilius fuisse triumphum assequi, quam imperatoriam salutationem. Atqui possit aliquis dicere, ob eam ipsam causam, quod Dionis testimonio constet, consulem anni 30 a. Chr. imperatorem non fuisse, Crassum tituli nostri alium putandum esse. Qua in re id minime est negligendum, quod Dio ipse vocibus *ὥς γέ τινές φασιν* additis diversam de ea re memoriam fuisse indicat. Quidni igitur ii vera retulerint, quos Dio non secutus est? Fortasse verba *ἀλλ' ὁ Καῖσαρ μόνος αὐτὸ προσέθετο* indicant, non tam peculiarem de Crasso memoriam apud

---

a. Chr. se accepisse dicat („*memini enim mihi narrare Mucium*"), si eo tempore gesta esset, quo ipse (natus 140 a. Chr.) trigesimum tertium aetatis annum ageret et tribunus plebis esset? Contra si res in pueritiam L. Crassi incidit, facile intelligitur, cur socerum auctorem nominet.

[1]) Flaminini titulus Gythii inventus C. I. Gr. 1325. De ceteris cf. Hermes VI p. 140. 259. Ex Luculli titulis certe unus (Ἐφ. 192, Hypatis) ad hoc tempus referendus est, quum in eo quaestor dicatur. (Quas res in hoc magistratu in Graecia gesserit, vide apud Drumannum, Hist. Rom. IV p. 121.)

Dionis auctorem fuisse, quam in universum eum in ea sententia fuisse, Augustum omnino imperatoris nomen sibi reservasse. Quod expresso Taciti testimonio refellitur ann. III, 74 (*concessit quibusdam et Augustus id vocabulum*). Eckhelius D. N. 8. 345 putare videtur, Augusto principe neminem nisi privignos eius Tiberium Drusumque imperatorem fuisse. Sed scriptor vix dixisset *quibusdam*, nisi praeter illos, quorum condicio singularis erat, etiam alii fuissent. Imo hic factum esse videtur idem, quod verbi causa in triumpho factum est, ut initio imperii Augusti saepius, mox rarius privatis concederetur id quod postea uni imperatori reservatum est.

2. Anno 1855 orientem versus a Parthenone basis marmoris Pentelici inventa est, cuius a dextra parte dimidium fere periit, cum hoc titulo, quem edidit Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 3112, denuo descripsit U. Koehler:

ΔΗΜΟΣ
ΕΡΑΝΠΑΡΘΕΝΟΝ
ΙΟΥΟΥΙΡΡΩΝΟΣ
ΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΑ

Quaerentibus, quomodo supplendus sit, statim apparet v. 2 ἱ]ερὰν παρθένον scriptum fuisse. Eadem vocabula inveniuntur in titulo Attico Ἐφ. ἀρχ. 246: Ὁ δ[ῆμος] Οὐαλερίαν ἱερὰν παρθένον; deinde etiam Ἐφ. 3823 ita supplendum est, ubi haec exstant:

ΑΥΡΗΛΙΑΝΙΕΡΑΝ
ΥΓΑΤΕΡΑΕΥΣ

Has igitur inscriptiones omnes ad *virgines Vestales* referre non dubito. Primum enim nescimus, quid in sacris Atticis significare possit ἱερὰ παρθένος[1]); deinde in eis duabus inscriptionibus, ubi nomen ipsum servatum est, solum nomen gentilicium Romanum invenitur. Atque ἱεραὶ παρθένοι quidem nusquam, quod sciam, apud scriptores dicuntur virgines Vestales; plane simile autem est apud Dionem Cassium ἱέρειαι ἀειπαρθένοι (48, 37, 1. 51, 19, 2) aut simpliciter ἀειπαρθένοι (48, 46, 2. 54, 24, 2)[2]). Quae vero virgo Vestalis titulo illo honoretur, propter mutilam lapidis condicionem intelligi non posset, nisi alia basis item Athenis inventa esset cum hoc titulo (Ἐφ. ἀρχ. 4011): Ὁ δῆμος | Σ]έξτον Οὐιβίδιον Οὐίρρωνα | ἀρετῆς ἕνεκα | κ]αὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν. Cognomen quod est *Virro* rarissimum est, neque ego aliud exemplum novi. *Virrus* invenitur II, 4970, 558, *Virrius* nomen gentile inde derivatum IV, 878, Livius 23, 6. 26, 13. 14, *Virria* I, p. 602[3]). Quare id cognomen etiam in alia gente fuisse parum verisimile est; itaque quin etiam virgo Vestalis illa Vibidii Virronis cuiusdam filia fuerit non dubito atque sic titulum suppleo:

[1]) Pittakis ad Ἐφ. 3112 dicit, Minervae sacerdotem intelligendam esse, sed eius rei rationem nullam affert. Quae praeterea de eo titulo, inprimis de nominibus, dicit, silentio praeterire melius erit.

[2]) Apud alios, veluti Dionysium Halicarnassensem, Ἑστιάδες.

[3]) Aliud nomen *Virius* esse videtur, quod nonnulli homines illustrissimi ultimis imperii occidentalis temporibus gesserunt (cf. de Rossi in Ann. Inst. vol. XXI (1849) p. 291 sq.).

'Ο δ]ῆμος
Οὐιβιδίαν ἱ]ερὰν παρθένον
Σέξτου? Οὐιβιδ]ίου Οὐίρρωνος
θυγατέρα εὐ]σεβείας ἕνεκα.

Atque re vera Vibidia virgo Vestalis maxima anno 48 p. Chr. commemoratur a Tacito XI, 32. 34, quam eandem esse cum illa eo certius est, quod gens Vibidia perraro in titulis et apud scriptores comparet. Vibidius Virro nusquam nominatur; at Tacitus Ann. II, 48 inter eos senatores, quos Tiberius anno 17 p. Chr. propter rem familiarem nimia luxuria exhaustam senatu movit, Vibidium *Varronem* exhibet. Quare cum aut statuendum sit gentis Vibidiae tam obscurae ac paene ignotae duas fuisse familias, quae cognomina simillima Varronis et Virronis gessissent, aut a librario apud Tacitum huius cognominis inauditi loco illud in aliis gentibus frequentissimum substitutum esse, nemo dubitabit, quin hoc, quod posteriore loco posui, unice verum, ideoque apud Tacitum *Virro* pro *Varro* rescribendum sit. Ceterum utrum hic Vibidius Virro idem sit eum patre virginis Vestalis necne, pro certo dici nequit. Id unum dicere licet, temporum rationes non obstare. Sane non credendum est, postquam pater ea ignominia ab imperatore affectus est, ut senatu moveretur, filiam virginem Vestalem captam esse. Sed cum Vibidia illa anno p. Chr. 48 natu maxima ex omnibus Virginibus Vestalibus fuerit, quid impedit, quominus eam iam ante annum 17 p. Chr., plus quam uno et triginta annis ante, in earum numerum receptam statuamus? Ne id quidem diiudicari potest, num Sextus Vibidius Virro, qui in altero titulo Attico est, idem sit eum senatore illo, cuius praenomen Tacitus non addit, et patre virginis Vestalis.

3. Basis marmoris Hymettii, occidentem versus a Propylaeis. Titulum edidit Pittakis 'Εφ. ἀρχ. 2118. Beulé Acrop. II p. 348, denuo descripsit U. Koehler:

˘
ΩΝ∟ ˘
ΓΟΠ//////ΟΥ////\Ε....C
ΖΒΕΥΤΟΥΤΩΙ ///Β
ΞΤΡΑΤΙ////ΙΓΟΥΜΙ///// Ρ
ΤΟΣΕΓΙΤΟΥΣΟ Τ///ΣΤ///
ΔΙΟΚΛΕΟΥΣΤΟ\^//////ΛΙΞΤ///
ΔΑΔΟΥΧΟΥΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡC
ΤΑΤΡΙΔΟΣΤΟΥΚΑΙΕ///ΣΗΓΙ///
ΕΠΙΙΕΡΕΙΑΣ ΙΟΥΝΙΑ
ΜΕΓΙΣΤΗΣ ΤΗΣΖΗ
ΣΟΥΝΙΕΩΣ ΘΥΓΑΤ

Tempus certissimum est. Nomina enim Dioclis Themistocli daduchi filii (et quidem illic quoque addito φιλοκαῖσαρ καὶ φιλόπατρις), et Iuniae Megistes, Zenonis Suniensis filiae, quae hic non quidem plena exstant, sed ita tamen, ut de eis dubitari nequeat, inveniuntur etiam 'Εφ. ἀρχ. 79, quo in titulo

praeterea *πρεσβε]υτὴ[ν Τιβερί]ου Κλαυδίου [Καίσα]ρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ [καὶ ἀντιστρ]ατήγον* scriptum est; itaque ad Claudii aetatem deducimur. Iuniae Megistes nomen etiam in duobus aliis huius aetatis titulis 'Εφ. 1054. 3724 est (cf. Mommsen Ephem. I, 1 p. 63). Quaerentibus igitur, ad quemnam Claudianae aetatis hominem nobilem Romanum vestigia nominis referri possint, quae in primis tituli versibus comparent, harum rerum ratio habenda est:

a. V. 3—5 *πρε]σβευτοῦ τῶ[ν Σε]β[αστῶν καὶ ἀντι]στρατήγου* scriptum fuisse certissimum est. Atqui duo pluresve Augustos, qui simul imperarent, illis temporibus nunquam fuisse quis est qui nesciat? Quare fieri non potest, quin de compluribus, qui se deinceps exceperint, imperatoribus ea vocabula intellegenda sint. Is igitur de quo agitur, Gaio et Claudio (fortasse iam Tiberio) imperantibus legatus pro praetore, et eiusdem quidem ut videtur provinciae, permanserit necesse est.

b. Facile v. 3 vestigia praenominis Πο[πλί]ου agnoscuntur.

c. Nominis gentilis alterum elementum E servatum est; sed etiam primi quae sola restat linea obliqua ita ut in Koehleri apographo accuratissimo depicta est vix ad aliam literam atque M pertinuerit[1]).

d. Post *ἀντι]στρατήγου* (v. 5) MI/// est. Ex initio eius qui sequitur versus apparet, iam huius quinti versus extremam partem occupatam fuisse decem primis elementis vocabulorum *στρατηγοῦν]τος ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας*[2]), ita ut, si comparaveris longitudinem aliorum versuum, qui certa ratione suppleri possunt, iudicandum sit, inter vocabuli *ἀντιστρατήγου* finem et eius quod est *στρατηγοῦν]τος* initium unam modo eamque non magno ambitu vocem scriptam fuisse. Atque exspectamus quidem hoc loco provinciae nomen. Primum enim quamvis saepe varietur, tamen hic verborum ordo (veluti *legatus Augusti pro praetore Syriae*) et rectissimus est et usitatissimus; deinde, ut statuamus, hic, id quod nonnunquam fit ('Εφ. 79), nomen provinciae omissum fuisse, quid aliud scriptum esse potuerit vix quisquam dicat. At quod exstat MI/// quid aliud esse potest, nisi ME aut MH aut MI? A nulla autem ex his litterarum coniunctionibus nomen provinciae imperatoriae aut omnino Romanae incipit. Quodsi quid a lapicida peccatum statueris, proximum sit Μυσίας (*Moesiae*)[3]). Sed hanc quidem rem in medio relinquendam esse existimo. Illa tria autem, quae plane certa sunt, quadrant in P. Memmium Regulum (cos. suff. 31 p. Chr.). Eum enim constat imperante Tiberio (36 p. Chr.) legatum Moesiae et Macedoniae et Achaiae factum esse in eoque munere non solum per totum Gai principatum, sed etiam primis Claudii annis permansisse (Nipperdey ad Tac. ann. V, 11.

---

[1]) Pittakisius adeo distincte M exhibet; sed propterea non certum est, tum cum ille titulum transscriberet, eam litteram nondum mutilam fuisse. Quanta enim fuerit illius hominis fides, satis notum est.

[2]) Nam a sinistra parte lapis omnino integer est.

[3]) De forma litterae Ƴ pro Y, quae in aliis titulis invenitur, vix licet cogitare, quod in hoc ipso titulo duodeciens Y exstat.

Hertzberg, Gesch. Griechenl. unter den Römern II p. 8)[1]). Ad hunc eo certius titulus referendus erit, quod inter eas gentes, quas illo tempore ad summos in republica honores pervenisse sciamus, vix alia est praeter Memmios, cuius nomen a litteris ΜΕ incipiat.

Praeterea id quaeri potest, cur et quomodo in nostro titulo ille Memmius commemoratus fuerit; nam non eum ipsum esse, cui statua ponatur, genetivus ostendit. Dicat quis, ἐπὶ ante nomen scriptum fuisse, ut tempus significaretur. At tum dici non potuit τῶν Σεβαστῶν plurali numero. Nam uno quoque certo tempore non nisi *unius* Augusti legatus fuit. Quare melius videtur statuere, filium illius Memmii hoc titulo honorari; et si omnino plures filios habuit, qua de re nihil traditum videtur, certe longe notissimus eorum Gaius fuit, quippe qui etiam ad consulatum pervenerit (63 p. Chr.). Quodsi v. 5 re vera Μυσίας scriptum fuit, miretur aliquis, cur Regulus non potius Macedoniae et Achaiae legatus dicatur. Sed hoc quoque explicari potest. Moesia enim semper in earum provinciarum numero fuit, quae ab imperatoribus per legatos administrarentur; quare legati Augusti pro praetore Moesiae munus ut ita dicam ordinarium et perpetuum fuit. Si ei, qui hoc munere fungebatur, per tempus aliquod simul etiam Macedonia et Achaia, quae et antea et postea senatoriae provinciae fuerunt, administrandae traditae sunt, consentaneum est, in eius munere significando nisi quis tres omnes provincias enumerare vellet, Moesiam tanquam primariam nominandam fuisse. Accedit quod Regulus postremus legatus Augusti fuisse videtur, qui simul Macedoniam atque Achaiam administraret; quare potest certe coniici, eum etiam postquam Macedonia et Achaia senatui redditae sunt, legatum Moesiae solius mansisse eoque tempore hunc titulum compositum esse. Utut hoc est, titulus ipse sic supplendus erit:

. . . . υἱὸν
Ποπ[λί]ου [Μ]ε[μμίου Ῥήγλου πρε-
σβευτοῦ τῶ[ν Σε]β[αστῶν καὶ ἀντι-
στρατήγου Μ[υσίας? στρατηγοῦν-
τὸς ἐπὶ τοὺς ὁ[πλεί]τ[α]ς [Τι. Κλαυ.?
Διοκλέους τοῦ [Θεμ]ι[σ]τ[οκλέους
δᾳδούχου φιλοκαίσαρο[ς καὶ φιλο-
πάτριδος τοῦ καὶ εἰσηγ[ητοῦ.
ἐπὶ ἱερείας Ἰουνία[ς
Μεγίστης τῆς Ζή[νωνος
Σουνιέως θυγατ[ρός.

Memmius Regulus quidam etiam in alio titulo Attico Ἐφ. ἀρχ. 2655 est; uter hic sit, diiudicari nequit prius quam lapide denuo inspecto accuratius examinetur quid altero versu scriptum fuerit. Denique etiam Ἐφ. ἀρχ. 2112

[1]) Ex hac legatione diuturna id quoque explicandum est, quod in Graecia, praecipue in Peloponneso, in hominibus natione Graecis nullum nomen Romanum, praeter illa (Ἰούλιος Κλαύδιος Φλάβιος, postea Αἴλιος et Αὐρήλιος) quae imperatorum sunt, frequentius est quam Memmiorum.

ad alterutrum Memmium referatur. Pittakisii certe supplementa nullius momenti sunt [1]).

4. In basi lapidis Pentelici inventa prope Erechtheum hic titulus est, editus a Pittakisio *Ἐφ. ἀρχ.* 3374: Ὁ *δῆμος* | *Πόπλιον Ὀκτάϊον Ποπλίου* | *υἱὸν ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνο[ίας.* P. Octavii nomen bis quantum sciam in monumentis repertum est. Primum in titulo Aegyptio, quem publici iuris fecerunt Letronius *inscr. d'Égypte* 1, 80 et Franzius C. I. Gr. n. 4715 et a se descriptum Wescherus Bullettino dell' Instituto a. 1866 p. 52, P. Octavius praefectus Aegypti commemoratur; titulus anno Augusti tricesimo uno compositus est, qui annus ut Wescherus probat, secundum Aegyptiacam numerandi rationem idem est cum anno urbis 754 (1 p. Chr.). Deinde in titulo Cyrenaico inscriptum est: IVLIAE AVGVSTAE CYRENENSES P · OCTAVIO PROCOS [2]). Qui titulus cum sine dubio ad Liviam Augusti uxorem referendus sit, antiquior esse non potest Augusti morte (14 p. Chr.), quia antea neque Iulia neque Augusta dicta est. Ex altera parte cum *divae* vocabulum absit, prior sit titulus necesse est non quidem Liviae morte (782 = 29 p. Chr.), quippe quae non statim post obitum consecrata sit (Eckhel D. N. 6, 157), sed Claudii initio, qui aviam in caelestium numerum retulit. Cum igitur pro certo nihil dicendum sit nisi hoc, in Tiberii Gaive principatum incidere titulum illum, tamen, cum a Tiberio matris mortuae memoriam neglectam esse constet, pro illius temporis adulatione verisimile non est, tunc eum titulum dedicatum esse, ita ut ego eo inclinem, ut eum intra fines annorum 14 et 29 p. Chr. concludendum esse putem. Tum igitur P. Octavius proconsul Cretae et Cyrenarum fuerit necesse est. Utrumque P. Octavium eundem esse non posse, quia praefectus Aegypti semper eques Romanus [3]), proconsul vero senatorii ordinis homo est, vix est quod moneam. Ne id quidem difficile erit diiudicatu, ad utrum horum titulus Atticus de quo agimus referendus sit. Nam omnes, quos novi eius temporis tituli

---

[1]) Is enim supplere vult:

Ἡ] ἐξ [Ἀ]ρή[ου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν
ἑ]ξακοσί[ων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων Πόπλιο-
ν] Μέμμι[ον Δαμάρην Ποπλίου Μ-
εμμ[ίου Σειδέκτα υἱὸν τὸν ἑα-
υτο[ῦ εὐεργέτην.

Quae omnia desumpta sunt ex titulo Laconico C. I. Gr. 1352. Sed tituli honorarii civium aliarum urbium Graecarum minime frequentes sunt eo tempore Athenis; certe patria illius qui honoratur indicari debuit. Litterae ΥΤΟ` v. 5 non possunt cum Pittakisio suppleri ἑαυτοῦ. Nam cum initio uterque senatus et sine dubio etiam populus nominatus fuerit, plurali opus est. Rectius coniicias εὐεργεσίας ἕνεκα τῆς εἰς ἑα]υτού[ς scriptum fuisse. Sed his vix spatium sufficiat. Quare mihi verisimillimum est, eas litteras vocabuli πρεσβε]υτοῦ reliquias esse.

[2]) C. I. Gr. vol. 3 p. 1240 n. 5136 *b* et quae Cavedonius exposuit Annali dell' Instituto XXII (1850) p. 201.

[3]) „Dafs ein Senator jemals *praefectus Aegypti* gewesen sei, ist nicht nachzuweisen." Marquardt, röm. Alterth. III, 1 p. 210 Anm. 1502.

honorarii Romanorum ad homines senatorii ordinis spectant inprimis eos, qui provincias administraverint. Contra quae Seneca ep. 95, 42 de P. Octavio narrat, ab eo mullum, quem Tiberius Caesar in macellum deferri et venire iussisset, ingenti pretio emtum esse, etiam ad illum praefectum Aegypti referri possunt, praesertim cum eiusmodi luxuria frequentior etiam in ordine equestri quam in senatorio fuisse videatur. Cum vero uterque P. Octavius idem esse non possit, nihil impedit, quominus illum praefectum huius proconsulis patrem fuisse putemus. Temporum rationes huic coniecturae favent; praeterea titulus Attiens demonstrat Publii Octavii proconsulis patrem item Publium fuisse, cuius rei eo maius momentum est, quod hoc praenomen praeterea in hac gente omnino non invenitur. Denique etiam aliud ad hanc coniecturam confirmandam valere puto: Omnes scilicet Octavii, qui liberae reipublicae tempore ad magistratus maiores pervenere, ex Cn. Octavii Rufi, quaestoris anno 230 a. Chr., progenie sunt (Drumann Hist. Rom. IV p. 218). Atque maioris quidem filii, Cn. Octavii praetoris 205 a. Chr. posteri, qui ad summos in republica honores pervenerunt, omnes aut *Gnaei* aut *Marci* praenomen gesserunt, praeter unum *Lucium* consulem 75 a. Chr. Minoris filii C. Octavii progenies in ordine equestri permansit usque ad C. Octavium praetorem 61 a. Chr., Augusti patrem; quibus omnibus praenomen *Gaius* commune est. Itaque in hac antiqua nobilique gentis Octaviae stirpe nullum fuit praenomen nisi *Gnaeus* (sexies), *Gaius* (quater), *Marcus* (ter) et semel *Lucius*. Contra pauci illi Octavii, qui imperatorum aetate honores adepti sunt, alia praenomina habent. Praeter *Publium* utrumque hic in censum venit *Quintus* Octavius Sagitta tr. pl. 58 p. Chr.; quem Tacitus quidem (Ann. XIII, 44. Hist. IV, 44) sine praenomine nominat, illud autem praenomen est in titulo (Henzen 5177*a*), quem Nipperdeius ad eum locum affert[1]). Ceterorum Octaviorum qui hac aetate fuerunt senatorii ordinis, praenomina nota non sunt[2]) (*Octavius Fronto* Tac. ann. II, 33. *Octavius Avitus* Plin. epist. 9, 33, 9). Quae cum ita sint, num nimis audax sim, si inde colligam antiquam illam atque nobilem familiam, quae liberae reipublicae tempore floruit, prorsus exstinctam esse, ita ut praeter C. Octavium qui adoptione in gentem Iuliam transiit Augustique postea nomen adeptus est, ultimus huius stirpis fuerit M. Octavius Cn. f. M. n., aed. cur. anno 50 a. Chr., qui anno 31 a. Chr. apud Actium parti classis Antonii praefuit (Drumann l. l. p. 226). Eos igitur Octavios, qui imperatorum aetate honores adepti sunt, tum demum ex inferioribus ordinibus in senatorium ordinem escendisse consentaneum est. Quo minus mirum est, P. Octavium proconsulem equitis Romani filium esse, praesertim

---

1) Certum sane non est, utrum ille Octavius Sagitta, qui in titulo est, idem sit cum tribuno plebis nec ne. Sed ut non sit idem, tamen in ea familia gentis Octaviae, quae Sagittae cognomen gerebat, illud praenomen, a veteribus Octaviis alienum, fuisse ex eo titulo apparet; quod sufficit ad id quod volo probandum.

2) In hominibus inferiorum ordinum etiam alia praenomina inveniuntur, velut *Manius* et *Decimus* (II, ind. s. v. Octavius).

eius, qui tanta apud principem gratia floruerit, ut ei praefectura Aegypti mandaretur. Unum addi potest: Cum Tacitus loco supra allato Octavium Frontonem nominet, qui a. 16 a. Chr. praetorius fuerit, cumque viderimus eodem fere tempore P. Octavium proconsulem Cretae et Cyrenarum fuisse, quem proconsulatum praetoriorum fuisse notissimum est, possit aliquis coniicere, utrumque eundem esse. Quod ne putem, cognomen suadet. Nam id neque in titulo Cyrenaico neque in Attico additur; contra huius temporis morem, si is P. Octavius omnino cognomen habuisset. Ne id quidem neglegendum est, quod Tacitus illum Octavium Frontonem questum esse narrat in senatu de luxuria civium. Quod non videtur quadrare in hominem, cuius aut pater, ut ego supra disputavi, aut etiam ipse, ut Cavedonius vult, propter ingentem luxuriam in omnium ore erat. Quare P. Octavium proconsulem ab Octavio Frontone praetorio diversum esse puto.

5. Ex paucissimis illis plebiscitis Atticis quae imperatorum Romanorum aetate composita adhuc exstant, unum admodum mutilum cum aliis de causis tum propter difficultatem temporis recte definiendi memorabile est; quod edidit Pittakisius l'ancienne Athènes p. 493, accuratissime autem tractavit C. Keil in Museo Rhenano vol. XVIII p. 57 sqq. Atque is quidem pro certo ponit, ad *Augusti* principatum pertinere, eamque rem, ut solet, summa diligentia atque doctrina probare conatur. Contra quem R. Neubauer in quaestionibus epigraphicis p. 147 ita disputavit, ut illum titulum *Neronis* tempori adscribat, et quidem annis 62—64 aut 66—68. Quam litem dirimere conanti primum ipsius tituli verba, ut Keilius, adhibito praeter Pittakisianum exemplar etiam Mustoxydis apographo, ea constituit, adscribenda puto:

ΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙΤΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣΚ . .
ΛΑΚΩΝΟΣΑΡΧΟΝΤΟΣΚΑΙΙΕΡΕΩΣΔΡΟΥΣ C . .
ΕΚΚΛΗΣΙΑΕΠΙΤΗΣΕΝΑΤΗΣΠΡΥΤΑΝΕΙ . . .
ΕΔΡΩΝΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝΕΥΘΥΔΟΜΟΣΑΡΧ
ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥΒΟΥΛΗΣΚΑΙΤΗΣΒΟΥ
ΝΙΚΑΝΟΡΑΝΕΟΝΟΜΗΡΟΝΚΑΙΝΕΟΝ
ΚΑΙΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝΣΕΒΑΣΤΩΝΑ
ΚΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΜΕΝΟΝΕΝΤΟΝΕ
ΣΙΝΗΝΕΣΥΕΝΤΙΟ
ΝΙΚΑΝΩΡΑ

Maximi momenti ea sunt, quae primo versu scripta legimus *ἀγαθῇ τύχῃ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος* K . . . . , quae Neubauerus suppleri vult K[*λαυδίου Νέρωνος*. At cum *Nero* huius imperatoris *praenomen* sit, post nomen gentilicium poni non potest. Sed ne omitti quidem, ut in patre Neronis Claudii praenomen *Tiberius* omittitur, potuit, ne Nero cum patre confunderetur[1]). Quare ad Neronem certe referri non potest. Atqui Neubauerus effecisse

[1]) E contrario Neronis nomen gentile nonnunquam omittitur, ut Ἐφ. ἀρχ. 3544 Νέρωνι Σεβαστῷ, id quod in Claudio numquam fit.

sibi videtur certissimis argumentis, fieri non posse, nt ante Neronis aetatem titulus compositus sit. In Philistore enim vol. IV p. 333 titulus est Thrasyllo arcbonte compositus, quem anno 61 p. Cbr. eo munere functum esse Pblegon de mir. c. 20 tradit. Recte igitur Nenbanerus hunc titulum illi anno tribuit, quem ego (Hermes I p. 418) inter Neronis adoptionem et Claudi mortem scriptum statueram. Motus eram eis, qnae initio scripta sunt Ἀγαθῇ τύχῃ Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ νείκης. Quae vocabula si ita scripta essent in lapide, propter omissum praenomen non possent nisi ad Clandium referri, quare in eis Neubauerum non offendisse miror. Sed Koebleri apographum, quod habeo, ante Κλαυδίου circiter novem litteras consulto deletas esse indicat, ibique Νέρωνος pronomen scriptum fuerit necesse est. Sane v. 3 Νέρωνος servatum est, ita ut is qui illud delevit, hoc non vidisse videatur. In hoc igitur titulo Ti. Claudius Novins quidam στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας τὸ ὄγδοον dicitur. Idem vero in inscriptione apud Rossium de demis n. 141 στρατηγὸς ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας vocatur, non addito numero iterationem indicante. Quare cum verisimile sit, hunc titulum eo anno compositum esse, quo ille *primum* praetor fnerit[1]), cumque iam magnitudine nnmeri probabile fiat, non intermissis quibusdam annis, sed deinceps octiens eum praetura functum esse, titulus Rossianus ad annum 54 p. Cbr. referendus videtur. In hoc titulo igitur ἀγωνοθέτης πρῶτος τῶν Σεβαστῶν ἀγώνων est. Qnare cum illud plebiscitum ἀγωνοθέτην τῶν Σεβαστῶν ἀγώνων habeat, necesse est recentius sit anno 54 p. Cbr., qno Σεβαστοὶ ἀγῶνες primnm celebrati sint. Quae ratio planc certa et vera esset, dummodo vocabula ἀγωνοθέτης πρῶτος id significarent quod Neubauerus vult. Sed ea non tam tempore primum, qni agonothesia functns sit, significant, quam eum qui in complurium agonotbetarum collegio dignitate princeps sit. Nam vocabulum quod est πρῶτος hac vi munerum pnblicorum nominibus addi consuesse, vix est quod excmplis allatis probem. Ad titulum Apbrodisiensem C. I. 2800 iam Boeckhius recte adnotavit „πρῶτος νεωποιὸς est, qui alibi ἀρχινεωποιός vocatur“. Etiam minns dubitari potest C. I. 3461 στρατηγὸν πρῶτον δίς. Porro in iis civitatibus, ubi complures ἄρχοντες toti reipublicae pracsunt, πρῶτος ἄρχων commemoratur, veluti C. I. 3407 (Magnesiae ad Sipylum). Magis mirum cst qnod C. I. 2221 *b* etiam στρατηγήσαντα τὸ πρῶτον hac sententia dicitur; ac tamen de ca re dubitari nequit. Nam non eam hnius additamenti vim essc, ut opponatur eis quae alibi adduntur τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον etc., iam inde patet, quod is qui nondum iterum munere functus cst, recte dicitur semel, non primum fnnctus esse. Et omnino id nemo in titulo honorario addet, cum illa (iterum, tertium) propter honorem enm qni iteratione eiusdem magistratus continetnr addi soleant. Ut igitnr in aliis mnneribus, ita ctiam in agonotbesia is vocabuli πρῶτος usus valet. C. I. 2007 πρῶτον δὲ ἀγωνοθέτην τῆς Σιρραίων πόλεως ita intelligendum est propterea quod non unius festi agonothcta est, sed perpetuus urbis magistratus. Idem fere valet de vocabulis Ἐπὶ ἀγωνοθέτου πρώτου

[1]) In tertio titulo στρ. ἐ. τ. ὁ. τὸ δ (τέταρτον) dicitur (Ἐφ. ἀρχ. 3725).

διὰ βίου C. I. 4380 *e. f. g. h* [1]). Quod si hanc vocis vim etiam in titulo Attico apud Rossium esse statuimus, nulla causa est, cur cum Neubauero psephisma illud ad Neronis tempora referamus.

Sed tamen cuius temporis sit, dubium est. Qua in re diiudicanda Keilius plurimum tribuit vocibus τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος quae in primo versu leguntur, atque efficere conatus est, ea non ad Claudium referri posse (nam propter sequens K is unus est, de quo cogitari possit), sed ad unum Augustum. Quae exempla attulit, ex eis nullum ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ habet; omnino ab omnibus articulus abest praeter C. I. 3569 ὁ Σεβαστὸς θεὸς Καῖσαρ, ubi propter substantivum θεὸς eum additum dixeris. Ne ego quidem in titulis inveni nisi unum exemplum C. I. 3952 *e* Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ, quod tamen ordine verborum differt. Inter scriptores vero Strabo non modo Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς habet (p. 840 Cas.), sed etiam, ut in nostro titulo est, ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ (p. 287) et τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι (p. 288). Cum his exemplis Keilii observatio de Augusti nomine etiam confirmetur, eis quae de Claudio exponit, eum non modo pleno nomine Τιβέριος Κλαύδιος Καῖσαρ Σεβαστὸς Γερμανικός significari, sed etiam breviora Κλ. Καισ. Γερμ., Κλ. Καισ. Σεβ., Κλ. Καισ. Σεβ. Γερμ. inveniri, nusquam ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ Κλαύδιος, non habeo quod addam. Quare eo inclino, ut Keilii sententiam recte se habere iudicem. Sed negare non possum, verum esse id quod Th. Mommsenus mihi obiecit, scilicet ex ipso articulo addito apparere, iustam ac legitimam nominis rationem neglectam esse; quare nihil obstare quominus ea neglegentia etiam in Claudio locum habuerit ita ut is ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ Κλαύδιος diceretur. Tamen Augustum ita re vera vocatum *esse* exemplis supra allatis probatur, cum de Claudio id solum dicere liceat, *fieri posse*, ut ita vocatus sit.

Aliud temporis indicium inest in vocabulis v. 2 καὶ ἱερέα Δρούσο[υ ὑπάτου] [2]). Quod sacerdotium in compluribus titulis Atticis commemoratur. Ex iis, quae de eo scripserunt, plerique, Boeckhius C. I. 181. Meier comm. epigr. p. 88 (index archontum s. v. Μιθριδάτης), et cum aliqua dubitatione Hertzberg, Gesch. Griechenl. u. d. Römern II p. 161, Drusum *iuniorem*, Tiberii Caesaris filium significari putant. Sed ne unus quidem ex eis ullum huius sententiae argumentum attulit. Keilius l. l. p. 66 rem in medio relinquit, sed ita ut de Druso maiore cogitare malit. Sed non tam dubitanter locutus esset, nisi oblitus esset, cum ea sententia, quam ipse de tempore decreti illius Attici proposuit, omnino conciliari non posse eorum rationem,

---

[1]) Possit sane aliquis hic πρώτου ad διὰ βίου referre, ita ut significetur, qui primus perpetua agonothesia functus sit. Quod eo magis placeat, quod imperatorum aetate etiam alia munera in civitatibus Graecis ex annuis perpetua facta esse constat, veluti Athenis munus paedotribae epheborum Traiani aut Hadriani aetate, scribae paulo post (cf. commentationem meam de ephebis Atticis p. 38). Sed tum dicendum erat inverso ordine διὰ βίου πρώτου, quod in titulo quodam legere me memini.

[2]) Sic enim supplendum esse apparet ex ceteris titulis, in quibus eius sacerdotii mentio fit; quorum nullus voce ὑπάτου caret.

qui Drusum iuniorem significari velint. Is enim anno 15 p. Chr. demum, Augusto mortuo, primum consul factus est. Sed cum illa temporis definitio ipsa non plane certa et indubitata sit, ea hic niti nolo. Sed accedit certius argumentum, positum in additamento quod est ὑπάτου. Uterque quidem Drusus consulatu functus est, iunior bis. Sed in hoc filio imperatoris, quem ipsum aliquando imperatorum verisimile erat, consulatus non tanti momenti est, ut eius significatio nomini addatur in appellatione sacerdotii, quod diu etiam post illius mortem duravit [1]). Imo tum vel maxime Καίσαρος additum esse exspectaveris. Iam ne id quidem dixerim, in Druso maiore id additamentum nihil miri atque insoliti habere [2]). At tamen explicari potest cur additum sit, cum Drusus maior in consulatu mortuus sit, ita ut is magistratus quodammodo summum fastigium sit eorum quae adeptus est, si non specie at certe re ipsa.

Quod si huic Neroni Claudio Druso Augusti privigno illud sacerdotium tribuimus, infeliciter accidit, quod ne ita quidem difficultas temporis definiendi prorsus removetur. Nam sine dubio recte Mommsenus iudicat, quamvis dicere non liceat, fieri omnino non potuisse, ut iam Augusto regnante Drusus Atheniis divinis honoribus afficeretur, tamen id minime veri simile esse [3]). Contra Drusum summis honoribus elatum esse eo tempore, quo filius eius nato minor ipse imperium obtinebat, satis constare. Quare utrum ad Augusti an ad Claudii aetatem referendus sit titulus, dubium est; ad Neronem vero referri non potest.

---

1) Ne id quidem neglegendum est, si omnino honoris causa id vocabulum additum esset, δὶς ὑπάτου dicendum fuisse, cum duorum consulatuum honor maior sit quam unius. Ita in duobus titulis honorariis Atticis M. Agrippa τρὶς ὕπατος dicitur.

2) Inprimis hic animadvertendum est, cuius rei me Th. Mommsenus commonefecit, eius additamenti vim eam videri, ut Drusus maior a minore discernatur. At consulem utrumque fuisse, *imperatorem* vero solum Drusum maiorem; quare αὐτοκράτορος multo aptius fuisse quam ὑπάτου. Quod quomodo expediam, nescio, nisi dicere licet, αὐτοκράτορος nomen sic nude soli nomini adiunctum facile ea sententia accipi potuisse, qua principem ipsum significet, eaque de causa vitatum esse. Longe aliter res se habet in titulis honorariis (velut in illo Crassi, a quo hanc totam commentationem exorsus sum) ubi et nomina et honorum singulorum vocabula plene atque distincte perscribuntur.

3) Tiberius frater eius iam antequam ab Augusto adoptaretur sacerdotium habuit Nysae in Caria (C. I. Gr. 2943).

W. Dittenberger.

De quorundam aedificiorum publicorum urbis Romae titulis.

1.

In topographia urbis Romae de pancis rehus vehementius disputatum est qnam de dnobus illis templis inter Capitolium et forum Romanum vel basilicam Iuliam sitis, quorum haud parvae reliquiae snpersunt. Cum enim alterum esse Saturni, alterum Vespasiani constaret, utrum Vespasiani, utrum Saturni esset diverse iudicarunt. Sed ex multis rebus, quibus in disputatione usi sunt, una videtur sufficere ad quaestionem solvendam. Qui enim tituli in templis incisi fnerint, iis quae nunc supersunt et quae olim auctor idoneus legit comparatis tam accurate cognosci potest, ut de templorum ipsorum nominibus diiudicatum sit.

Inter forum Romanum et Capitolium tria omnino fuerunt templa; eius, quod proximum fuit basilicae Iuliae, snpersunt octo colnmnae, iuxta fuit illud cuius nunc stant tres columnae, id excepit templum cnins nunc nihil superest uisi fundamenta. Atque hoc quidem Concordiae sacrum fuisse constat, illorum alterum Saturno, alterum Vespasiano. In eo autem, quod primo loco posui, zophorus frontis[1]) integer superest in eoque incisa sunt haec:

SENATVS · POPVLVSQVE · ROMANVS
INCENDIO · CONSVMPTVM · RESTITVIT

Ex alterius fronte superest zophori ea pars quae fuit supra extremum intercolumnium in eaqne incisae sunt litterae ESTITVER. At qui saeculo fere octavo monumentorum urbis Romae titulos descripsit ipsas templorum illorum inscriptiones integriores vidit; in codice enim eius Einsiedlensi sic exhihentur: *in Capitolio* (1) SENATVS POPVLVSQ · ROMANVS INCENDIO CONSVMPTVM RESTITVIT (2) DIVO VESPASIANO AVGVSTO S · P · Q · R (3) IMPP · CAESS · SEVERVS ET ANTONINVS · PII FELIC · AVG RESTITVERVNT · (4) S · P · Q · R · AEDEM CONCORDIAE VETVSTATE COLLAPSAM IN MELIOREM FACIEM OPERE ET CVLTV SPLENDIDIORE RESTITVERVNT. Haec quicunque vel mediocrem linguae Latinae scientium habet, facile intellegit constare ex quattuor inscriptionibus, quas numeris insertis distinxi. Atque ultimam quidem certum est fuisse in eius templi fronte, cuius nunc fundamenta tantum supersunt; prima extat in zophoro aedis octo columnarum; tertiam fuisse in zophoro aedis trium columnarum ideo

[1]) Esse frontem non posticam cum alias ob res probabile est tum ideo quod inscripta est.

certum est quod in eius fine litterae ESTITVER adhuc supersunt; secunda cum inter has duas aedes aliud aedificium non interfuerit alterius utrius fuerit necesse est. Litterae autem ESTITVER in zophori inferiore parte incisae sunt, totamque inscriptionem, cuius eae sunt ultimae litterae, uno versu esse perscriptam Henzenus intellexit. Cum enim illae octo litterae partem eam zophori quae est supra extremum intercolumnium ita occupent ut vacuum relictum sit spatium duarum litterarum, totum versum supra quinque intercolumnia scriptum tot fere habuisse litteras certissime constat, quot sunt in ea inscriptione. Itaque cum trium illarum inscriptionum, quas Einsiedlensis coniunctas habet, prima totum zophorum aedis octo columnarum occupet, tertia in aede quae proxima est zophori partem inferiorem, sequitur ut secunda incisa fuerit in eiusdem zophori parte superiore. Nam neque videtur alius locus inveniri posse, ubi eiusmodi inscriptionem fuisse commode statuas, nec credibile est zophori alicuius esse inscriptam partem inferiorem, vacuam relictam superiorem. Aedem igitur cuius nunc supersunt tres columnae apparet visam esse ab Einsiedlensi sic inscriptam:

DIVO · VESPASIANO · AVGVSTO · S · P · Q · R |
IMPP · CAESS · SEVERVS · ET · ANTONINVS · PII · FELIC · AVGG · R|ESTITVER

Ita videtur comprobatum esse fuisse hanc aedem Vespasiani. Quod si verum est simul exploratum est alteram octo columnarum fuisse Saturni.

2.

Grimaldi in codice Vaticano 6438 p. 40 D haec scribit: *Questo era un gran pezzo di marmo con lettere quasi cubitali, cavato l'anno 1612 nel mese di Marzo nella chiesa di Santa Maria nova* [est aedes ad forum Romanum sita, quae nunc vulgo dicitur S. Franciscae Romanae] *disfacendosi le cappelle per rifarle in miglior forma, et fù trovato nelli fondamenti di dette cappelle à mano diritta entrando, donde si può conietturare che servisse et fusse fragmento di un architrave del portico del tempio della Pace:* [1])

SPASIAN//
P·XVIII·P·P·CEN
EVERVS · ET · AN

Eiusdem epistylii videtur fuisse pars de qua solus testatur Marlianius in topographiae urbis Romae editione facta a. 1534 Romae per Antonium Bladum lib. II cap. IV his verbis: 'Hanc aedem Saturni dicimus positam esse 'eo in loco, ubi paucis ante annis fuerat cum turri sacellum cognomento 'S. Salvatoris in Aerario, incumbens hospitali S. Mariae in Porticu. Turris

[1]) Eandem inscriptionem exhibent M. Milesius in codice Ferrariensi 1, 344, qui dicit esse litteris maioribus repertam in ecclesia S. Mariae Novae prope templum Pacis, et schedae Donii in codice Marucelliano A 293 p. 213 qui dicit esse descriptam a. 1613 in veteris epistylii fragmento ante templum Pacis iacente. Exempla paullum differunt, in v. 1 extremo Donius recte ut opinor habet N/S.

'mutilata adhuc cernitur, quae cum sacello in usus humanos est conversa. 'Ibi autem proximis diebus effossum est marmoris frustum, quod in frontis'picio eiusdem templi fuisse arbitramur. In quo, sensu imperfecto, incisa 'erant haec verba':

AVG · PON · MAX · TRIBVN
CENSOR COS VIII ·
ANTONINVS PII · AVGG · FELICES RESTITVERE

Nam cum titulos qui sunt CENSOR COS VIII nemo habuerit nisi Vespasianus et Titus, tum Vespasianus eodem tempore fuit imp. XVIII, quo consul octavum. Quod vero Marlianius in initio versuum 2 et 3 litteras ponit CEN et AN, quas Grimaldius testatur fuisse in alterius fragmenti fine, non videtur obstare, cum Marlianius eas facillime potuerit addere. Totus igitur titulus sic videtur restitui posse:

*imp. caes. ue*SPASIAN*u*S · AVG · PON*t* · MAX · TRIBVN *pot. uiiii*
*im*P · XVIII · P · P · CENSOR · COS · VIII

*impp. caess. s*EVERVS·ET·ANTONINVS·PII·AVGG·FELICES·RESTITVERE

Apparet esse titulum aedificii cuiusdam a Vespasiano facti, a Septimio Severo et Caracallo restituti. Quodnam fuerit incertum relinquo. Cogitavi de templo Pacis a Vespasiano exstructo, cum utrumque fragmentum haud longe ab eius loco repertum sit. Neque improbabile est id restitutum esse a Septimio Severo, cum deflagraverit Commodo regnante, sed pluribus saeculis post etiamtum eius mentio inferatur. At videtur impedimento esse quod Cassius Dio 66, 15 narrat templum Pacis (τὸ τῆς Εἰρήνης τέμενος) dedicatum esse a. 75, inscriptio vero illa est anni 78. Videant igitur topographi num cui alii aedi probabiliter attribui possit.

3.

Notissimus est titulus ingens fractus litteris olim aere repletis, quem nunc extantem Romae in domo Barberinia repertum esse a. 1641 in via *del corso* in foro *Sciarra* testatur Martinelli *Roma ricercata* p. 108 ed. Venet. 1766 his verbis: *l'anno 1641 scavandosi in detta piazza* (*Sciarra*) *fu ritrovato un pietrone di marmo.* Eum descripsi sic:

TI · CLAV
AVGV
PONTIFIC
COS · V · IM
SENATVS · PC
REGES · BRIT
VLLA·IACTVI
GENTESQVE · I
PRIMVS · INDICI

Dudum intellectum est esse partem tituli arcus triumphalis facti Claudio Augusto a senatu populoque Romano propter devictam Britanniam. In eodem autem arcu dubitari non potest, quod adhuc homines doctos videtur fugisse, quin fuerint reliquiae illae sive unius tabulae magnae marmoreae sive plurium repertae multo ante, in quibus inscripta vel nunc extant vel antea extiterunt nomina domus Claudiae casu dativo aliud propter aliud posita, Germanici fratris, Antoniae matris, Agrippinae uxoris, Neronis filii, Octaviae filiae. Tabula ea quae continet nomina Antoniae, Agrippinae, Neronis adhuc extat in museo Capitolino, titulos edidit praeter alios Gruterus p. 236, 9 et 238, 6. Illas enim tabulas non solum ex eodem loco, ubi titulus Claudii repertus est, prodiisse complures testantur, sed Manutius in codice Vaticano 5237 f. 147 auctor est eas fuisse in arcu quodam his verbis usus *nella piazza di Sciarra fu ritrovato uno arco di Claudio imperatore l'anno 1562 con queste iscrittioni*; subiecit eos titulos de quibus dicimus. Manifestum est igitur arcum illum triumphalem dedicatum fuisse Claudio domuique Claudii. Videtur autem hic ut Ticinensis Augusti, de quo disseruit Mommsen[1]), fuisse ea forma, ut praeter statuam imperatoris ipsius ornatus esset statuis eorum qui ex domo eius erant.

Una cum tabulis quas supra diximus reperta sunt fragmenta nonnulla quae ceteri describere omiserunt, unus descripsit Nicolaus Florentius, eorumque exempla misit et Torrentio, in cuius codice Bruxellensi extant in folio primo, et Pighio, cuius codici Berolinensi inserta sunt in f. 103. Exempla accuratissime depicta haec sunt:



Quae si contuleris cum magno illo fragmento a. 1641 eodem loco reperto, intelleges particulas fuisse eiusdem tituli. Harum ope is in hanc fere formam videtur restitui posse:

TI · CLAV*dio drusi f. cai*SARI
AVGV*sto germani*CO
PONTIFIC*i maximo trib. potes*TAT · XI
COS · V · IM*p. xxi* (?) *patri pa*TRIAI
SENATVS · PO*pulusque* RO*manus* *q*VOD
REGES · BRIT*anniai* XI · D*evictos sine*
VLLA · IACTVR*a in deditionem acceperit*
GENTESQVE · B*arbaras trans oceanum*
PRIMVS · IN DICI*onem populi romani redegerit*.

[1]) Berichte der sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1850 p. 315.

Versus ultimos sic fere exhibui ut ab aliis restituti sunt, versum sextum acute supplevit Mommsenus. Cum enim propter numerum tribuniciae potestatis nunc constet arcum factum esse a. 51 vel 52, a. autem 50 Caratacus rex Britanniae captus sit fratresque eius, ut Tacitus ann. lib. 12 cap. 35 narrat, in deditionem accepti sint, ut bellum videretur confectum esse, consentaneum est in titulo arcus triumphalis praedicari tot reges Britanniae in deditionem esse acceptos. Difficile autem fuerit, cum illud v ad unam litteram x quadret, aliud excogitare quod huic loco conveniat.

4.

Ne paginae magna pars vacet addidi titulum nondum publici iuris factum, qui, si non in ipso aedificio urbano, sed in ornamento quodam aedificii videtur incisus fuisse. Cittadinii enim codice Marciano p. 85 hic exhibetur titulus:

DOMINI · NOSTRI · HONORI · AVGVSTI
POPVLVS · ROMANVS
PRO · SINGVLARI · EIVS
CIRCA · SE · AMORE
ADQVE · PROVIDENTIA
STATVAM · EX · AERE · ARGENTOQVE
IN · ROSTRIS · AD · MEMORIAM
GLORIAE · SEMPITERNAE
CONLOCANDAM · DECREVIT

Ubi extiterit non enuntiatur, sed pertinere ad urbem cum ideo probabile, quod statua a populo Romano, tum quod in rostris conlocata esse dicitur. Videtur autem posita esse eodem tempore, quo a senatu populoque Romano curante Rufio Antonio Agrypnio Volusiano posita est in foro Traiano basis statuae Honorii reperta a. 1870, cf. Bullettino 1870 p. 171. Omnino et quas statuas in rostris et quas in foro Traiano memoriae est traditum constitutas fuisse, componere operae videtur pretium esse, sed quod sciam nondum compositae sunt.

E. Bormann.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

V. DE DIOCLETIANI COLLEGARVMQVE NOMINIBVS ERASIS.

Doctor I. G. Wetzstein notus propter itinera felici successu in Syria olim suscepta, iam collega in hac universitate titulum mihi misit a. 1870 a se exceptum Tingi (hodie Tangé, vulgo Tanger), ubi marmor, in quo legitur, hodie in vestibulo deversorii Europaei scamni loco est. Is titulus haec babet:

////////ES G AVREL · VAL
//////////////// GERMANICO
// MAX · PIO FELICI INVICTO AVG
///IA TRIBVNICIAE POTEST · VIII
//////IIII · PATRI PATRIAE PR

Virgulas tot adieci, quot litteras ad summum loco indicato deficere posse Wetzstenius iudicat. Titulus cum recte et probe descriptus sit (nisi quod v. 1 in. restituendum est AES, v. 4 in. fortasse M pro IA), facile explicatur sic: [Imp. Ca]es. G. Aurel. Val. [Diocletiano] Germanico max. pio felici invicto Aug. [p. m.,] tribuniciae potest. VIII (vel VIIII), [cos.] IIII, patri patriae, pr[ocos.], et anni est aut 291 (tr. p. VIII) aut 292 (tr. p. VIIII). Memorabilis autem est cum propter monumentorum Romanorum provinciae Mauretaniae Tingitanae summam adhuc raritatem tum propter nomen Diocletiani erasum; nam initio v. 2 lituram cerni diserte testatur Wetzstenius. De ea erasione quamquam Iohannes Baptista Rossius nuper (*Bullettino dell' Instituto* 1871 p. 167) ita egit, ut non multa habeam copiis ab eo collectis addenda, tamen cum temporum illorum memoria confusa et saepe perplexa magnopere illustretur, ubi ad liquidum perduci possit, quo tempore quibus locis qui aetatis Diocletianae Augusti Caesaresque damnationem subierint, utile visum est exempla quae in promptu habeo hac occasione oblata proponere coniuncta[1]), ut augeantur ab aliis et quaestio adhuc implicata tempore progrediente plenius solvatur.

---

[1]) Omitto titulum Renierii n. 1437 Verecundensem propter lituram coniectura non satis certa expletam nominibus Maximiani; item Midilensem ex provincia Africa

1. Magno et invicto imp. Caes. C. Val. Aurel. ////////no pio fel. invicto Aug. pontif. max. trib. potest. cos. III p. p. proc. d. n. corpus corariorum magnariorum solatariorum devoti numini maiestatique eius. In latere: dedicatae kal. Ian. dd. nn. Diocletiano III et Maximiano coss. curante Thessio Secundo p(atrono) c(orporis) corariorum. Ibi nbi fuit Diocletia(no), iam legitur Constanti(no). Romae reperta. Orelli 4074 = Rossi *Bull. dell' Inst.* 1871 p. 162. Anni est 287. In simili basi nuper eodem loco reperta ibidemque edita a Rossio primis qnattuor versibus erasis superest clausula sola a verbis inde d. n.; in litura illa postea inscriptum est: d. n. Fl. C[l.] Const[a]ntino nobb. Caes., qnae inscriptio non ante a. 317 incidi potuit.

2. D. n. imp. Caes. | C. Valerio Aur. | //////// | invicto pio fel. Aug. | pontif. max. trib. | p. V cons. III p. p. | procos. | Flavius Pecu|arius v. p. prae|ses prov. Maur. | Caes. devotus | numini maiest|atique eius. — Sitifi. — Renier 3283. — Anni est 288.

3. Aquaeductum | leg. III Aug. Diocleti|ani et Maximiani Augg. | nn. multorum incuri|a dilapsum et per lo|ngam annorum seri|em neglectum invic|tissimi ac restituto|res et propagatores | orbis sui Diocletianus | et Maximianus Augg., | curante Aurelio | Maximiano v. p. p. p. N. | et Clodio Honorato | v. e. praef. leg. eiusd., | in melius refor|matum ad integri|tatem restituerunt. — Lambaese. — Renier n. 109. Nomina quamquam erasa tamen leguntur. Eiusdem praesidis est titulus Cirtensis ibidem n. 1844, nbi item Maximiani nomen in litura videtur periisse, item Verecundensis n. 1436, ubi Diocletiani nomen remansit.

4. Genio leg. IIII F. f. [et] dd. nn. Dioc[let]iani /////// Augg. cet. Ex Viminacii ruinis. III, 1646.

(Guérin *voyage à Tunis* 1, 401) sic incipientem: *felicissimo saeculo dominorum nostrorum C. Aureli Valeri* .... *mai* (?) *Valeri Constanti et C. Valeri* ....*m nobilissimorum Caess. et consulum*, cum qui descripsil non addal hiatus hos litura effectos esse; item Equizetensem ex provincia Numidia editum sic male omnino (*Recueil de la soc. arch. de Constantine* 1864 p. 98): .....|*relius* ...|*anus pius f.* | ....|....| .... *Maximian|us felix Aug. et Fla|vius Valerius Con|stantinus et* .... | *Valerius Maximi|anus nobilissimi* | *Caesares* propter eandem causam. Aphrodisiensem C. I. Gr. 2743 ad Diocletianum Maximianumque pertinere recte negavit Waddington n. 1624. Denique Renierianos titulos n. 103. 104 praesidis Numidiae M. Aureiii Decimi probabilius ad Carinum et Numerianum revocavil Henzenus (*annali dell' inst.* 1860 p. 36) quam ad Diocletianum et Maximianum Renierius; nam in titulis aliis duobus praesidis eius n. 1433. 1843 nomen Carini superest.

5. Piissimo ac | fortissimo | principi nos|tro M. Aure|lio Valerio | Maximiano | M. Aurelius | Diogenes | v. p. p. p. N. | devotus | numini | maiestati|quae eius. — Lambaese. Renier n. 112. Nomen Maximiani legitur licet erasum. Eiusdem praesidis sunt tituli duo n. 110. 111, quorum ille Diocletiani nomen illaesum servavit, hic idem videtur habuisse, sed rasura amisisse.

6. [Herc]uli Aug. | conservatori | d. n. imp. M. Aureli | Valeri //// | ////////|per felicis Aug. | Valerius Florus | v. p., p. p. N(u)m(idiae?) numi|ni maiestatique | eorum dicatis|simus posuit | curante | Iul. Lambesio | curatore rei p. — Thamugade. Renier n. 1514. Similes sunt tituli n. 1513 dedicatus *I. o. m.* et n. 1515 dedicatus *genio virtutum Marti Aug.*, quorum in illo erasum est nomen Diocletiani Augusti, in hoc alterius utrius ex Caesaribus. Eiusdem praesidis titulum dicatum Diocletiano Maximiano Constantio reperies *Annuaire de Constantine* 1869 p. 653, casu mutilum, lituram nullam perpessum.

7. Imp. Caes. M. Aurelio | //////// pio felic[i] Aug. pont[ific.] maxim[o] ..... c[o]s. ... proco[s.]; quae sequuntur corrupta sunt. Columna miliaria ad Hoduam in Numidia reperta. *Recueil de la soc. arch. de Constantine* 1864 p. 105.

8. //////// | ////// | /// et imp. Caes. | M. Aur. Valerio Maximiano /// invict. | Aug. p. m. trib. pot. VIII cons. VI [immo IV] p. p. | procons. et Flavio Valerio | Constantio et Galerio Va|lerio Maximiano nobi[liss. Caess.] | nostri consti[tuti]. — Olisippone in Hispania. Anni est 293. II, 1439.

9. Mu[l]tis XXX vestris, dddd. nnnn. /////// | et ///////ne aeterni Augg. et Constanti | ///////// nob. Caes.! Ob felicissi|mum diem XX vestrorum Victorias fecit ordo | mun. nostr(i) e recente p(rovincia) N(umidia) vestra Aure[l(io) Q]uin|tiano v(iro) p(erfectissimo). Arcum Pompeus Donatus f[l(amen)] p(erpetuus) et Sit|tius Rom[a]nu[s] ...NVS P F de suo fecerunt. — Ksar-el-Kamar prope Aïr Beida. *Annuaire de Constantine* 1867 p. 238 (cf. Renier *comptes rendus de l'Académie* 1867 p. 110). Hiatus utrum casu an consilio facti sint, non constat satis; minores quidam ne adnotantur quidem, cum adsint sine dubio v. 3 post *nob.* et *Caes.*. Emendavi v. 5 AVREIOVIN in AVREL·QVIN, v. 6 FEP in FL·P. — Vicennalia Diocletiani et Maximiani celebrata sunt a. 303 d. Nov. 20.

10. Dd. nn. Diocletianus et Maximianus invicti seniores Augg. patres impp. et Caess. et dd. nn. Constantius et Maximianus invicti Augg. et Severus et Maximinus nobilissimi Caesares thermas felic[e]s [Dio]cletianas, quas [M]aximianus Aug.

[absen]s ex Africa sub [pr]aesentia maie[statis] disposuit ac [fi]eri iussit et Diocletiani Aug. fratris sui nomini consecravit, coemptis aedificiis ... dedicaverunt. — Romae olim in thermis Diocletiani. Orelli 1056 cum nota Henzeni. Inscriptio incisa est inter Mai. 1 a. 305 et Iul. 25 a. 306. Erasiones tam leviter factae fuerunt, ut nomina nihilominus facile legerentur, nec descriptores ad eas attenderunt praeter unum Smetium, qui non vidit nisi partem tituli. Eo teste rasa fuerunt nomina Maximiani, Severi, Maximini, illaesa Diocletiani et Constantii.

11. ////// | //////// | ////// | ////// | /////// | //// e(?)t(?)i(?)n(?) | pp. dd. nn. C|ostantio | et Maximi|[an]o invictis Augg. //// | //////m //////o | /////ss. — Ain-Schabru inter Thevesten et Lambaesem. *Annuaire de Constantine* 1858/9 p. 35.

12. Imp. Caes. | Fl. Val. | Constantino | p. f. Aug. | ///// | //// | nepoti, div. | Constanti | Aug. pii | fi[l]io. — Grignani in provincia Narbonensi. Allmer *Bull. dell' Inst.* 1869 p. 24. Similis est Orelliana 1095, sed interpolata. Incisa est inter a. 306, quo Constantinus Augustus factus est, et a. 308, quo periit Maximianus Herculius.

Ex titulis his duodecim, quibus decimus tertius accedit Tingitanus is quem edimus, duo ad urbem pertinent (n. 1. 10), singuli ad Moesiam (n. 4), Narbonensem (n. 12), Hispaniam (n. 8), octo reliqui (n. 2. 3. 5. 6. 7. 9. 11. 13) ad Mauretanias Numidiumque. Ad imperatores quod attinet, Maximiani Herculii nomen in titulis omnibus, qui quidem scalprum subierint, erasum cernitur cum in urbe tum in provinciis omnibus. — Diocletiani nomen publice deletum est similiter in Africanis omnibus unoque quem eius generis habemus ex Hispania; at in urbe remansit illaesum (n. 1. 10) similterque in Moesia (n. 4). Verum est in titulis urbanis n. 1 non solum Maximiani nomen sublatum esse, sed etiam pro Diocletiani substitutum Constantini; sed recte observavit Rossius hoc factum esse non eo tempore, quo deiecta est statua Maximiani, sed postea, nempe quo dedicatae sunt statuae Constantinorum duorum patris et filii. Omnino Maximiani memoriam aboleverunt, Diocletiani aspernabantur. — Iam ex Caesaribus Constantii nomen nusquam invenitur deletum[1]). Galerii deletum est in Africanis duobus n. 6 (nam Caesar deletus non potest non esse Galerius) et 9 una cum Diocletiano et

[1]) In ephemeride *Annuaire de Constantine* 1862 p. 11 proponitur titulus hic repertus in vico Ain-el-Bey prope Cirtam Lambaesem versus: D. n. .... | Caes ... | Fla ... | Con .... | et Galeri|o Valerio | Maximiano | r. p. BRSRTA | VIIII, adiecta nota: *les quatre premières lignes ont subi, dans l'antiquité, un martelage apparemment fait à la hâte et avec une telle négligence, que le commencement des noms de l'un des empereurs demeure lisible.* Haec si vera sunt, aliquando accidit, ut Chlori nomen eraderetur relicto Galerii; at id cum et per se parum probabile sit et iis quae supra posuimus contrarium, videndum, ne consilio tribuerint qui titulum exceperunt damnum casu factum. Nos donec certiora de hac litura edoceamur, in rerum gestarum memoria explicanda ea non utemur.

Maximiano; illaesum remansit una cum Chloro in Africano n. 11, ubi sublata sunt nomina tam Diocletiani et Maximiani quam Severi et Maximini, et in Hispano n. 8, ubi excisa sunt nomina Diocletiani et Maximiani. Denique Severi et Maximini nomina perierunt in titulis duobus urbano n. 11 et Africano n. 12.

Erasa sunt nomina ea de quibus agimus in Numidia Mauretaniisque non ante a. 305; nam rasura pervenit non solum ad titulum n. 9 dedicatum a. 303 exeunte, sed etiam ad alterum n. 11, quem apparet positum esse post abdicationem seniorum Augustorum et creationem Augustorum Constantii et Galerii, Caesarum Severi et Maximini, quae facta est a. 305 k. April. — In urbe idem accidit certe non anteriore tempore; nam titulus n. 10, qui lituram perpessus est, dedicatus est a. 305 vel 306. Denique Gallicus n. 12 similiter erasus positus est inter a. 306 et 308.

Causa harum liturarum quaenam fuerit, quaerendum superest. Renierius quod coniecit (l. c. ad n. 9) non auctoritate publica nomina illa deleta esse, sed odio Christianorum quod post Constantini victoriam in Africa efferbuit contra religionis antiquae sectatores et recentis persecutores, recte Rossius reiecit; nullam enim novimus eiusmodi memoriae damnationem nisi publice iussam neque probabile est simile facinus perfici potuisse privato consilio Christianorum. Ego quod proposui titulum Ostipponensem adnotans abdicationem Diocletiani et Maximiani in his partibus longinquis ita percrebuisse, ut vi depositi magis crederentur quam honesta specie remoti, iam intellego refutari erasione nominum Galerii Severi Maximini, quam simul factam esse nemo facile negabit. Sane Herculii nomen cur abrasum sit et sponte patet et narrat Lactantius de mort. persec. c. 42: *eodem tempore* (scilicet post caedem Maximiani senioris a. p. C. 310) *senis Maximiani statuae Constantini iussu revellebantur et imagines, ubicumque* (cod. *imagines cum quo*) *pictus esset, detrahebantur: et quia senes ambo simul plerumque picti erant, et imagines simul deponebantur amborum. Itaque* (immo *idque*) *cum videret* (Diocletianus) *vivus, quod nulli umquam imperatorum acciderat, moriendum sibi esse decrevit.* Etiam Eusebius sic scribit [1]): *πρώτου τούτου* (Maximiani) *τὰς ἐπὶ τιμῇ γραφὰς ἀνδριάντας τε καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐπ' ἀναθέσει νενόμισται ὡς ἀνοσίου καὶ δυσσεβεστάτου καθῄρουν.* At ad Africanos titulos proprie haec non pervenuint; eo enim tempore quo Constantinus Maximiani senioris statuas revelli iussit, Africa non ipsi parebat, sed aut Maxentio aut Alexandro (Zosim. 2, 12. 13. 14). Huius ipsius Alexandri iussu Diocletiani Maximiani Galerii statuas sublatas esse conicit Rossius, Chlori relictas utpote ante mortui. Sed non satis intellegitur, quam ob rem Alexander tam infenso animo persecutus sit imperatores eos, qui aut regnare desiissent aut certe cum ipso rem non haberent. Quare magis crediderim statuarum earum per Africam

[1]) Hist. eccles. 8, 13 iisdemque fere verbis vit. Const. 1, 47. Confundit auctor imperite Maximianum seniorem et Maximinum Dazam; sed ad illum pertinere quae narrantur satis constat. Eadem Licinium fecisse in partibus Orientis devicto Maximino fuse narratur hist. eccl. 9, 11.

deiectionem ad eandem causam redire, propter quam alibi deiectae sunt, eamque factam esse non sub Alexandro, sed cum Africa Constantino parere inciperet. Is quo tempore quoque modo Africa potitus sit, etsi auctores quos babemus non rettulerunt, sine dubio devicto demum Maxentio (312 Oct. 28) Africam occupavit, tum fere cum inter Maximinum et Licinium bellum exarsit. Eodem igitur tempore, scilicet per a. 313, crediderim qui Africae iussu Constantini praeerant et Maximiani statuas deiciendas curasse et simul tam Diocletiani quam Galerii quoque et Severi et Maximini, ut ab uno Constantio patre victoris peraeque abstineretur. Verum est neque Galerium neque Severum aperte bellum gessisse cum imperatoribus domus Flaviae; at ut Maximiani damnationem ad Diocletianum quodammodo pervenisse vidimus, multo magis Caesares illos tres idem incendium amburere potuit partes Flavianis adversas in re publica secutos omnes. Sed haec in coniectura posita sunt nequaquam certa; ad liquidum rem aliquando perducent felix casus et fortunatus ligo, quos in hac nostra arte multo plus posse quam ingenium nostrum non ignoramus.

VI. QVINQVEFASCALIS TITVLVS CIRTENSIS.

Cirtae, quae nunc est Constantine, nuper prodiit titulus is qui sequitur editus a diligentissimo ruinarum illarum exploratore A. Poulle in ephemeride *Annuaire de Constantine* 1869 p. 687:

M · FLAVIO · T · FIL
QVIR · POSTVMO
PRAEF · AERARI · MILIT
ORDINATO · IN GAL
LIA · AT · QVINQVE FASCES
LEG · LEG · VI · FERRATAE · PRAE
TORI · ADLECTO INTER · TRI
BVNICIOS AS
IMP · ANTONINO · AVG · CV
RATORI COLONiae ARDE
ATINORVM QVAEst. pAT IIII
COL · M · PACCIVS R/////NVS
Q · AEMILIVS PONIANVS P NO
NIVS SILVANVS · A PVBLICIVS PONTI
ANVS · C · IVLIVS GARGILIANVS PATR OP
TIMO

Quocum iungendus est titulus dudum notus Minturnensis (I. R. N. n. 4061): *M. Flavio Postu*[*mo*] *c. v. patr. col*[*on.*] *ordo et popu*[*lus*] *Minturnen*[*s.*]. — M. Flavio Postumo, origine ut videtur Cirtensi propter tribum Cirtensium Quirinam, titulus ille dedicatus est a filiis quinque, qui cum nomina gerant alius aliud neque ullus paternum, naturales videntur fuisse et ex matribus

suis Postumi concubinis nomen duxisse. *Imperator Antoninus Augustus* qui nominatur v. 9 num sit Pius an Marcus an Caracalla an Elagabalus, certa ratione definiri non potest, cum quae praeterea in titulo leguntur omnium horum tempori recte conveniant. — Cursus honorum satis expeditus est. Tribunatum militarem Postumus aut omisit aut reticuit[1]). Post quaesturam curam coloniae Ardeae accepit, quae curationes quamquam plerumque praetoriis permittuntur, non deficiunt exempla ante praeturam datarum[2]). Tribunatum plebis omisit adlectus inter tribunicios ab imperatore. Mox gesta praetura legioni VI ferratae, quae eo tempore in Iudaea erat, legatus praefuit. Iam vero quae sequuntur verba *ordinato in Gallia at quinque fasces* quid significent, explicandum est. Sine dubio non hoc enuntiatur imperatorem in Gallia morantem Postumo munus aliquod impertivisse cum quinque fascium iure coniunctum, cum eiusmodi interpretatio et similibus locutionibus contraria sit[3]) et ipsa absurda; neque enim ad rem pertinet, utrum in Gallia an in urbe beneficium ab imperatore conferatur. Hoc posito sequitur verba de quibus agimus non coniungenda esse cum iis quae praecedunt *praef. aerari milit.*, cum ea praefectura in urbe administrari debuerit, multo minus cum iis quae sequuntur de legatione legionaria administrata in Iudaea, sed seorsum accipienda, ut significent munus inter legationem legionis et praefecturam aerarii interpositum. Nec munus illud plane ignotum est, immo post ea, quae de quinquefascalibus olim docui[4]), hoc unum quaerendum superest, utrum intellegantur hoc loco legati Augusti provinciarum praetorii, magistratus re certe ordinarii, an legati Augusti extra ordinem in provincias senatorias missi; nam tam illis quam his quinque fasces tribui solebant. Videtur autem Postumus ex hoc genere magis fuisse quam ex illo. Nam legatus Augusti sive quinquefascalis provinciae Lugdunensis mire diceretur *ordinatus in Gallia ad quinque fasces*; contra ea significatio satis accurate respondet Graecae *πρὸς πέντε ῥάβδους πεμφθεὶς εἰς* Βειθυνίαν[5]). Itaque talis muneris primum exemplum Latine scriptum titulus Cirtensis subministrat.

---

1) Cf. *Staatsrecht* 1, 449. Omisi ibi locum vitae Severi c. 2 nuper egregie emendatum ab Hirschfeldio (Hermes 3, 230), ubi narratur Severum quaesturam accepisse *omisso tribunatu militari.*

2) Henzen in ann. Inst. arch. 1851, 25.

3) Intellego titulum Orell. 3456 = *Bull. dell' Inst.* 1845 p. 137 (cf. ibidem p. 132): *Sex. Aetrio ... Feroci centurioni leg(ionis) II Traianae fortis: huic primo omnium ex cornicul(ario) praef(ecti) vigil(um) imp. Caesar Antoninus Aug. Pius p. p. ordinem Alexandriae dedit.* Nimirum legionem illam notum est constitisse Alexandriae. Conferendus est etiam titulus Henzeni n. 6773: *ex leg. VII Cl. ordinatus 7 in leg. IIII Scyt.* similesque n. 6772. 6774.

4) *Berichte der sächs. Gesellsch.* 1852 p. 227. *Staatsrecht* 1, 308.

5) C. I. Gr. 4033. 4034. Similiter Dio 57, 17: ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεσι ταῖς ὑπὸ τοῦ σεισμοῦ κακωθείσαις ἀνὴρ ἐστρατηγηκὼς σὺν πέντε ῥαβδούχοις προσετάχθη. Cf. Tacitus ann. 2, 17.

VII. DE TITVLIS C. OCTAVII SABINI COS. A. P. CHR. CCXIV.

Iulius Minervinius, quocum amicitia mihi vetusta est ex ipsa horum studiorum communione orta, in actis academiae archaeologicae Neapolitanae Aquini nuper repertum titulum honorarium edidit ab abbate Philippo Ponari sibi exhibitum eum quem subieci. Eiusdem ectypum deinde misit mihi intercedente Henzeno Coluccius praefectus Casertanus, quo liberali officio et me sibi devinxit et hisce litteris profuit. Ectypi ope enim et alia emendare potui et v. 10 explere scriptum litteris hodie dimidiatis et ideo in apographo Ponariano omissum.

C · OCTAVIO · APP · S*//*
TRIO · SABINO · C · V · PO*n*
TIF · ET · AVGVRI · COS · ORDIN*ar*
LEGATO · AVG · PR · PR · PANNON *inf*
ELECT · AD CORRIG · STATVM · IТА*l*
PRAEF · ALIMENT · IVDICI · EX DELE*g*
COGNITION · CAESARIAN · LEGATO *aug*
PR · PR · PROV · RAET · PRAEPOSIT · VEXI*ll*
GERM · EXPEDIT · COMIT · AVG · N̄ · LEGAT *Leg ii*
ET VICENSIM PR*im*IG IVR*id*ICO · PER *Aem*
ET LIGVRIAM · CVRAT · VIAE LATINAE *Nou*
CVRAT · REI · PVBLICAE · OCRICVLANO*r*
PRAET · DE LIBERALIB CAVSIS · TRIBV*n*
ET · QVAESTORI · CANDIDATO

PLEBS · AQVINATIV*m*
PATRONO · RARISSIM

Non optimae aetatis titulum esse vel ex solo sermone perspicitur; recedunt enim a sollemni lege eum copula, qua coniunguntur v. 3 sacerdotia duo et v. 14 magistratus duo candidatura impetrati, tum consulatus sacerdotiis postpositus, quod ibi, ubi tam consulatus quam sacerdotia ex ordine exempta praescribuntur, soloecismis adnumerandum est. At eximia tituli utilitas non imminuitur eo quod labentis saeculi est, sed e contrario crescit; nam quidquid pertinet ad tempora inter Severum et Diocletianum interiecta, illustrat statum antiquae rei publicae formae in novam transeuntis per se infelicem, sed felicioribus multo magis memorabilem. Ita enm titulum explicandum nobis sumpsimus; quod ut recte perficiatur, ante omnia dispiciendum est, num eiusdem hominis alibi memoria supersit. Neque ea deficit.

---

¹) *Di un' antica iscrizione scoperta in Aquino.* Neapoli 1871. 4. pp. 11 (*estratto degli Atti dell' accademia di archeologia, letteratura e belle arti*).

Eiusdem hominis nimirum titulus est Casinas hodie dimidiatus, editus I. N. 4237, apud Henzenum n. 6482 [1]), quem subscripsi suppletum ex titulo modo relato vicini oppidi Aquiai.

[C. Octavio App. S//trio Sabiao c. v. cos. ordina]rio, pontifici,
[auguri, comiti Aug. n., electo a]d corrig[end]um statum Italiae,
[praef. alimentorum, iudici ex] delegatu [p]rincipum in provincia
[Dalmatia?, item Pannoniae?] inferior[i]s, leg. Aug. pr. pr. provinciae
[Raetiae, praeposito vexilla]ris Germ[a]nicae expeditionis, legato
[leg. XXII primigeniae p. f.,] iuridico per [A]emiliam et Liguriam, curatori
[viae Latinae, legato prov. Af]ricae regionis Hipponiensis, praetori,
[trib. pl. cand., q. cand., sevi]ro turmarum equestrium
[patrono a]manti[s]simo

Officia rarissime memorata vel potias hac aetate singularia electi ad corrigendum statum Italiae et iudicis sacrarum cognitionum, item cursus honorum per utrumque titulam idem, abundo probant qaod posui Casinatem titulum eias ipsius viri esse, cuius est Aquinas. Quae differunt haec sunt. Primum legatio Pannoniae inferioris a Casinati afuerit necesse est, cum v. 2 in. spatium (qaod per v. 2—7 capax est litterarum a 22 ad 25) ei recipiendae non sufficiat; sed cum in Aquinati id officium omnium postremam sit, nihil obstat quomiaus Sabinus id acceperit post dedicatum titulum Casinatem. Comitis Augasti officiam cam Casinas ibi, ubi locum habet in Aquinati, non admittat, recte ibi inseritur v. 2 incipiente, neque ignotam est id officium modo in ipso ordine hoaorum ad tempus digestorum collocari, modo extra ordinem ante honores minores ad exemplum consulatas maiorumqae sacerdotiorum [2]). Denique quod scriptor Casinas omisit curam rei publicae Ocricalanorum, Aqninas legationem Africanam et seviratum eqaitum Romanorum, honores hi ex numero coram sunt, qui in cursu honorum describendo, maxime tertio saeculo, modo ponuntur modo omittuntar. Praeterea omnia respondent nec raro alter titulus alterum illustrat.

Addo his duobus titulis tertiam aoadam editum, scriptum in frusto tabulae marmoreae repertae ad urbem Romam in coemeterio aliquo, servatae hodie inter reposita masei Lateranensis, ubi descripta est a Rossio et Henzeno.

O C R *iculanor. leg. prov. africae*
PR · DE LISE *ralib. causis tr. pl. k. q. k.*
SEVIRO · T *urmar. equestr. xuiro*
STLIT *ibus iudicandis*
C · IV
LEON

Nam maaera et per se rarissima nec alibi ita ianctim redeuntia hanc quoque eidem homini adiadicaat.

[1]) Egit de fragmento eo Borghesius opp. 5, 395, qui in ipso principio verum supplementum feliciter assecutus titulum recte dixit pertinere ad tempus Caracallae vel Alexandri. Minus feliciter Henzenus l. c. et ego (*Feldmesser* 2, 193) eum rettuleramus ad aetatem Marci.

[2]) Vide quae dixi Hermae vol. 4, 126.

Deniqac titulam urbanum editum a Marinio Arval. p. 262, uobis autem accnratius descriptum a Kiesslingio, Minervinins eiusdem familiae alii cuidam viro tribuit consuli suffecto anni incerti, ego huic ipsi: [1])

[C. Octavi]o Appio
[S//trio] Sabino
[ordin]ario cos.
[pontif. a]uguri
[procos. pr]ov. Afric.
.... t. patrono.

Nam *ordinarius consul* pro eo quod est *consul ordinarius* etiam alibi reperitur (ut in Orelliana u. 3111), neque obstat, quod abest a titulis daobus supra relatis proconsulatas provinciae Africae, quippe qaem Sabinus post reliquos honores adeptus esse et possit et quodammodo debeat. Minores houores solito eius aevi more iu hoc praetermissi sunt.

C. Octavius Appius S//trias Subinus quosnam maiores habuerit, ignoratur; nisi quod Appiorum Sabinorum aliqua, licet pertenuis memoria superest [2]). De honoribus eius quae ex titalis supra relatis efficiantur, iam declarabimus, secundum ordinem temporis a minoribas ad maiora procedentes, qaae commentariis non indigent, recensentes, qaae indigeut illustrantes.

1. [Decemvir] stlit[ibus iudicandis].

Habet solus urbanus prior, omittunt reliqui. Similiter ex titulis duobus L. Valerio Poplicolae Balbino Maximo consuli ordinario anni 232 aut 233 aut 253 ab eodem cliente dedicatis Orelliano 3183 et Mariniano Arv. p. 672 triumviratum capitalem alter ponit, alter omittit.

2. Sevir turmarum equestrium.

Aquinas omittit. Similiter legitur in titulo scripto imperante Marco (Henzen 6485): *seviro equestrium turmarum*, item in titulo Africano (Guérin *voy. à Tunis* 1, 410) *in equestres turmas adlecto a divo Alexandro.* Meliore aetate turmae sevir adscribitur, non turmis. — Tribunutum legionis Sabinus omisit; vide qnae supra diximus p. 129.

3. Quaestor candidatus.

4. Tribunus plebis candidatus.

Copulae adiectione hoc significari candidati vocabulum ad utrumque magistratum traheudum esse supru iam monui. *Candidati imperatoris* qui dicuntar aetate meliore, a saeculo inde secundo exeante in titulis appel-

---

[1]) Vide de hoc titulo dispntantem Borghesium opp. 5, 53.

[2]) Borghesius opp. 5, 53, agens de titulo supra relato nrbano, attulit locum tabulae alimentariae aetatis Traianao 3, 40: *fund. Baebianum Flavianum, qui est in Placentino pag. Vercellense, adf(inibus) Appio Sabino et M. Minicio et pop(ulo)*, et titulum Veronensem V, 3352 = Grut. 359, 6: *v. f. L. Appius Sabini lib. Cinnamus, [fic]tor ponti[ficu]m Romae, [sexv]ir Aug. sibi*, quem no huic nostro Sabino adscribamus, praenomen impedit. Oppium Sabinum aetatis Domitianae ducem ad Appios Sabinos hos uon pertinere hodie constat.

lantur *candidati* tantum per ellipsin; errant enim meo iudicio, qui hunc loquendi usum immutatum ad rerum institutorumque mutationem referunt [1]).

5. Praetor de liberalibus causis.

Ut centumvirales causae ad praetorem 'hastarium spectabant, fideicommissaria iurisdictio ad praetorem fideicommissarium, pupillaris ad praetorem tutelarium, ita etiam liberales causas suum praetorem habuisse inscriptionibus ante has inventas tacentibus noramus praesertim ex rescripto dato a. 226 ab imp. Alexandro [2]), in quo leguntur haec: '*libertate competente* (praefectus urbi) *perduci eam ad praetorem, cuius de liberali causa iurisdictio est, ut ibi lis ordinetur, iubebit*'. Ea iurisdictio fieri potest ut introducta sit circa hanc ipsam aetatem, sicut praeturam tutelariam constat institutam esse a divo Marco eundemque etiam alio nomine causis liberalibus providisse (cf. vita c. 7); sed magis crediderim praetorem de liberalibus causis creari coeptum esse ab Augusto. Nam non ignorant iuris prudentes causas liberales ab antiquissimo inde tempore suum forum suosque magistratus habuisse, scilicet decemviros litibus iudicandis; quos cum Augustus ad centumviralia iudicia transferret, ne tanti momenti res adulescentulis committeretur, simul causas liberales uni ex duodecim qui tum erant praetoribus eum attribuisse crediderim.

6. [Legatus provinciae Af]ricae regionis Hipponiensium.

Omittit Aquinas. Egi de legatis proconsulis Africae dioeceseos Carthaginiensis et dioeceseos sive regionis Hipponiensis (cf. I. N. 1433) in actis societatis Saxonicae a. 1852 p. 219. Sed non attendi ibi ad locum Plinii epist. 9, 33, ubi qui nominatur Octavius Avitus legatus proconsulis consistens in Africa in colonia Hipponiensi aperte eodem loco fuit atque is de quo agimus; Hipponem autem ibi intellegi non Regium in Numidia, sed Diarrhytum provinciae proconsularis efficitur collato loco Plinii maioris hist. nat. 9, 8, 26.

7. Curator rei publicae Ocriculanorum.

Omittit Casinas. Curatores civitatium praetorios composuit Henzenus in ann. inst. 1851 p. 23.

8. Curator viae Latinae n[ovae].

N litteram quae sequitur in titulo Aquinate (nam ita ibi est, non ET, ut legitur in exemplo Ponariano) ita explevimus propter titulum, quem nuper Tomis repperit Ernestus Desjardins publicique iuris fecit in annalibus inst. arch. 1868 p. 97, L. Annii Italici Honorati *cur(atoris) viae Lavic(anae) et Lat(inae) veter(is)* imperante Alexandro. Itaque tertio certe saeculo ineunte

---

[1]) Haec est opinio Stobbii (in eph. Philologo vol. 29 p. 685) in commentario praeterea diligenter facto et utili de candidatis Caesaris, de qua coniectura dicendi alibi opportunior locus dabitur.

[2]) Cod. Iust. 4, 56, 1. Cf. constitutiones Constantii Cod. Theod. 6, 4, 16 = Cod. Inst. 1, 39, 1 et Iustiniani novell. 13, 1, 1: praetores *εἰσὶν ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ οἱ τῶν ἐλευθεριῶν καὶ τῶν ἐπιτροπῶν καὶ τῶν τοιούτων προκαθήμενοι.*

(aequales enim fere fuerunt Sabinus et Honoratus) viae Latinae duae fuerunt vetus et nova; ceterum mihi de neutra constat videantque de iis docti Italiae periegetae. — Curatores viae Latinae eo tempore notos composuit Borghesius opp. 4, 133. Observandum est curam viae Latinae et praefecturam alimentorum sive eiusdem regionis sive diversae (provincia enim non enuntiatur, ut saepe fit in hoc officio) in hoc titulo ita separari, ut Sabinum primum illam gessisse appareat, deinde post complura alia munera provincialia hanc accepisse. Unde colligendum est ea officia sua natura seiuncta et fuisse et semper mansisse, et cum saepe coniunguntur [1]), tamen qui dicitur *praefectus alimentorum per Aemiliam*, eum nequaquam inde sequi viae quoque eius curam simul egisse et vice versa. Reiciendum igitur, quod ante hos multos annos Henzenus [2]) posuit, utrumque munus pro uno eodemque habendum esse.

9. Iuridicus per Aemiliam et Liguriam.

Vide quae composui in gromaticorum editione Lachmanniana 2, 193.

10. Legatus l[egionis duo]ctvicensim[ae] pr[im]igeniae.

Haec non legit Ponnrius. In ectypo satis certo apparent reliquiae hae: LEGATI/ | ET VICENSIM. .//..; fuit in lapide LEGAT LEG II | ET VICENSIM PRIMIG.

11. Praepositus vexi[lla]ris Germanicae expeditionis.

Cum et de anno consulatus Sabini constet et ipsum paullo post hanc expeditionem ad eum pervenisse certum sit, recte omnino Minervinius intellexit expeditionem Germanicam Caracallae a. 213 nuper illustratam actis Arvalium proxime repertis (Henzen *relaz.* p. 75). Inde didicimus eo anno die Aug. 11 fratres vota fecisse, *quod dominus .... per limitem Raetiae ad hostes extirpandos barbarorum [fines]* [3]) *introiturus est*, item die Oct. 6 immolavisse *ob salutem victoriamque Germanicam* imperatoris. Ab eo inde anno demum imperatori Germanici nomen tribuitur [4]), neque scriptores de ea expeditione plane taceant [5]). Huic expeditioni interfuit Sabinus praepositus vexillariis nescio quibus ad eam missis et comes ipsius Augusti.

---

[1]) Iuxta ponuntur honores meliore aetate forma non mutata, ut L. Minicius Natalis cos. c. a. 127 dicitur *curat. viae Flamin., praef. alimentor.* (Henzen n. 6498; similis est n. 6502), sequiore aut coniunguntur inserta copula, ut C. Luxilius Sabinus vir aetatis Gordianae dicitur *cur. viar. et praef. aliment. Clodiae et coherent.* (Orell. 3143) aut ita confunduntur, ut cura viae etiam ad alimenta porrigatur, quo pertinent *curat. viae Salar. et alimentorum* (Henzen 7420) similesque (Henzen ann. inst. 1844 p. 41).

[2]) Ann. inst. 1844 p. 42. 1846 p. 226 seq.

[3]) *Fines* vocabulum simileve scriptor omisit.

[4]) Eckhel 7, 209. Quod opposuit Henzenus *relaz.* p. 78 ab Arvalibus iam a. 213 Mai. 20 imperatori acclamari *Germanice maxime, d(i) t(e) s(ervent)!* mihi creditur ominis loco factum esse propter bellum mox patrandum et fortasse iam tum coeptum.

[5]) Victor Caes. 21, 2: *Alamannos gentem populosam ex equo mirifice pugnantem prope Moenum amnem devicit.* Vita c. 5: *circa Raetiam non paucos barbaros interemit militesque suos quasi Sullae milites et cohortatus est et donavit.* Dio 77, 13.

Ex corpore aliquo militum, maxime e legione aliqua lectos ad expeditionem suscipiendam appellari vexillarios notum est[1]), item praepositos fere ut duces appellari eos, qui vexillariis illis pro tempore praesunt, sed ut ducis appellatio honorificentior de senatorii ordinis viris frequentius usurpetur, praepositi minus splendida plerumque ad equestris ordinis homines referatur[2]).

12. Comes Augusti nostri.

Hoc pertinere et ipsum ad expeditionem Germanicam modo vidimus. — Quae de comitibus et melioris aetatis[3]) et Constantinianae[4]) alibi exposui, non repetam: hoc addam iam tertio saeculo inveniri *comitem domesticum ordinis primi* L. Nummium Albinum consulem ordinarium a. 246 et 263[5]), in titulo tamen, qui aliquantum post mortem dedicatus esse videatur et aliquid traxisse ex locutionibus aetatis sequioris[6]). Sane trium ordinum distinctio per se satis antiqua cum legitima facta sit per Constantinum demum, in titulis illo solo excepto tres ordines a quarto demum saeculo enuntiantur. Comitis domestici autem appellatio haud scio an in hoc solo titulo legatur[7]) crediderimque magis condicionem viri potentissimi et ad intima secreta a principibus adhibiti ita a posteris eius significari quam pro vocabulo legitimo id usurpari.

13. Legatus Augusti pro praetore provinciae Raetiae.

Raetia provincia cum antea sub procuratoribus fuisset, postea, et quidem ni fallor a Marco, legionem legatumque accepit (III p. 707). Sabinus

---

[1]) Orell. 3569 = 4952: *trib. mil. leg. IX Hispan. vexillarior. eiusdem in expeditione Germanica.* Tacitus hist. 2, 100: *una et vicensima rapax et prima Italica cum vexillariis trium Britannicarum legionum et electis auxiliis.* Similiter ponitur etiam *vexillum* (Tac. hist. 1, 31. 2, 89. 100) et *vexillatio* (Henzen 5456: *praepositus vexillationibus milliariis tribus expeditione Brittannica leg. VII gemin. VIII Aug. XXII primig.*).

[2]) Cf. titulus L. Fabii Cilonis (Marini *iscr. Alb.* p. 50): *duci vexill. per Italiam exercitus imp. Severi ... praeposito vexillation. Perinthi pergentib.* Similiter alter dux Severi Ti. Claudius Candidus in equestri ordine constitutus *praepositus* fuit *copiarum expeditionis Germanicae secundae*, deinde inter senatores relatus *dux terra marique* (II, 4114 = Orell. 798). In titulo Viruniensi III, 4855 reperio primipilarem *ducem leg. III Ital., ducem et praep(ositum) leg. III Aug.* De praepositi appellatione egit Henzenus in ann. inst. 1850 p. 40 seq., de ducis ego apud Salletum *die Fürsten von Palmyra* (1866) in appendice et Henzenus *relaz. degli Arvali* (1868) p. 102.

[3]) Vide Hermae vol. 4 p. 120 seq.

[4]) Vide memoriarum inst. arch. vol. 2 p. 302 seq.

[5]) Fabretti 100, 228: *Triturrii.* | *M. Nummio Albino v. c.* | *quaestori candidato,* | *praetori urbano, comiti* | *domestico ordinis primi et* | *consuli ordinario iterum* | *Nummius Secundus eius.* Titulus, qui adhuc prostat Romae in domo Barberina, integer est.

[6]) Etiam signum casu secundo legitimo nomini praescriptum quarto saeculo magis proprium est quam tertio. Vide Borghesium opp. 3, 502 seq.

[7]) Cave confundas eum cum comite domesticorum, ad quem pertinent tituli Orell. 3188. 3194 ab Henzeno in indice p. 114 ad comitem domesticum relati. Orellianus autem 1154 cuius indolis sit, patebit ei qui inspiciet exemplum Muratorianum 467, 4.

autem aut eo ipso tempore, quo legatus Raetiae praefuit, praepositus est vexillationi legionis ibi consistentis III Italicae et iussus pergere ad expeditionem Germanicam, aut post eam expeditionem, quam e Raetia profectam esse supra vidimus, in provincia legatus remansit ad belli reliquias extirpandas. Illud fortasse praeferendum est propter temporis rationes; nam expeditio coepit autumno a. 213, consulatum autem Sabinus iniit a. 214 Ian. 1. Raetiae legatio denique quamquam praetoria fuit, tamen ut legatus alius eius provinciae Ap. Claudius Lateranus in titulo III, 5793 = Orell. 1399 *consul designatus* appellatur, ita Sabinus quoque dum eo officio fungitur consul designari potuit.

14. Consul ordinarius.

Consulatum in utroque titulo extra ordinem collocatum loco primario cur hoc potissimum loco inseram, supra explicui. Annum consulatus esse p. Chr. 214 iam Minervinius satis demonstravit. Nam ut mittam saeculi primi quartique consules ordinarios Sabinos, quibus hic locum non esse apparet, per secundum saeculum eius nominis nullus reperitur, tertio autem tres a. 214. 216. 240. Ex his consulis a. 216 tria nomina *P. Catii Sabini* nuper explevit diploma veterani eius anni[1]); ei autem, qui anno 240 nomen dedit, et Vettii nomen fuisse probabile est[2]) et, ut haec coniectura fallat, iterationis nota ei propria[3]) in Sabinum tituli Aquinatis non convenit. De uno consule a. 214 collega Messallae, quem eodem tempore et primum et ordinarium consulem factum esse constat, adhuc nihil omnino noramus praeter cognomen; huic igitur quominus titulum Aquinatem cum similibus tribuamus, nihil obstat. — Iam vero ubi titulos hos, de quibus agimus, componimus cum reliquis, in quibus consules distinguantur appellatione ordinariorum, cum eorum antiquissimus hucusque notus sit C. Vettii Grati Sabiniani cos. a. 221[4]), hunc Sabini omnium huius generis antiquissimum esse apparet ipsiusque titulis eam appellationis immutationem referri ad saeculum Caracallae. Crediderim autem eam coniunctam esse cum eo, quod circa id ipsum tempus annus publice notari coeptus est nominibus consulum ordinariorum. Nam suffectorum nominibus quamquam dudum antea vulgo sub-

---

[1]) III p. 891. Similiter leguntur II, 2221. 2663 et in Orelliana n. 930.

[2]) Videtur enim esse Vettius Sabinus ex familia Ulpiorum princeps senatus et praefectus urbis sub Maximo et Balbino (vita Max. et Balb. c. 2. 4).

[3]) Habent eam cum fasti quidam scripti et rescripta pleraque (Relandus fast. p. 189) tum tituli (III, 3474 et Mur. 361, 2 = Grut. 309, 6; quem genuinum esse ne dubites).

[4]) Borghesius opp. 4, 426. 5, 396. Cf. etiam Lebas-Waddington inscr. vol. 3 n. 1839 expl. p. 438. — Sequuntur tituli Ser. Calpurnii Dextri cos. a. 225 (Henzen n. 6503); Armenii Peregrini cos. a. 244 (Marini Arv. p. 531); M. Nummii Albini cos. ord. II a. 246 et 263 (Fabrett. 100, 228); Balbini Maximi cos. a. aut 232 aut 233 aut 253 (vide supra p. 132); T. Petronii Volusiani cos. a. 261 (Orell. 3100). Eiusdem aetatis tituli consulum ordinariorum, in quibus adiectio ea deficiat, sunt L. Marii Maximi cos. II a. 223 (Borghesi opp. 5, 456. 480) et L. Ti. Claudii Aurelii Quintiani (I. N. 3597), si quidem vere est consulis a. 235.

stituuntur ordiaarii, tamen ia actis publicis populi Romani ad fiaem usque saeculi seenndi mos videtnr perdurasse enuntiandorum cousnlum eorum, qui tum fasces gereread. Certe ia diplomatis veteranorum suffecti coatiauantur ad tempora usqne Marci et Veri; coatra diplomata a. 247 et 249 (aam medii temporis quae quidem huc pertineaat uulla habemus) praeteritis suffectis ordiuarios poauut (III p. 913). Item iu actis Arvalium cum vel Commodi aetate, ubi opus est, aominentur suffecti, anuo eerte 214 pro suffectis leguntur ordiuarii [1]). Omaiao haec suffectorum ex legitima anai designatiouo expulsio et cousulum, a quibus annas iacipit, aucta hoaorificentia et re et tempore couiunctae fueruat.

15. Pontifex.

16. Augur.

Sacerdotia haec quo tempore Sabians adeptus sit cum igaoremus, hic iis locum dedimus post consulatum.

17. Iudex ex dele[g(atione)] cognition(um) Caesarian(arum) = [Iudex ex] delegatu [2]) [p]rincipum in provincia [Dalmatia?, item Pannoniae?] inferioris [3]).

Sic hoe officium perseriptum videtur fuisse in titulis duobus Aquinati et Casinati, aisi quod proviaeiarum aomiaa quae in hoc perieruat (nam duas nominatas fuisse ex spatio eolligitur) certa ratioae recuperari nequeuat. Priacipes qui ia hoc nomiaantnr eam esse non possint Augusti duo simul regaantes (nam Caracallam et Getam expeditio Germanica a. 213 praecedeus excludit, Balbiaum et Pupienum aaai plus vigiuti iaterpositi), Borghesius coaiecit eum de quo agitur hoe officio functum esse et imperaute Macriao et imperante Elagabalo [4]). At eum in legatioue Sabini Pannonica gesta, ut infra videbimus, imperante etiamtum Caracalla titulus Aquiuas finem faciat, Casiaas ne eam quidem habeat, uterque titulus dedicatus sit necesse est imperante Caracalla aec quae in eo leguutur ad Macrini vel Elagabali tempora trahere licet. Quam ob rem de hac iudicatioue non video quo

---

[1]) Haec colliguntur maxime ex tabulis Arvalium Mnriniania n. 32 a. 186 et n. 39 a. 214 inter se collatis. Fortasse suffecti lam praetereuntur ln actis a. 200 (cf. Henzen ann. 1867 p. 288). — In epistulis duabus pontificum et XVvirum a. 155 (Orell. 4370) et a. 289 (Orell. 2263) el ordlnaril adscribuntur et suffectl.

[2]) Cf. Ulpianus Dig. 44, 4, 4, 26: *ex delegatu pupilli.*

[3]) Cum tradatur INFERIOR/S, ut extrema littera hodie deficiat nec testem habeat nisi Gattolam, fieri potest, ut in lapide fuerit [*item Pannoaia?*] *inferior*[*e*].

[4]) L. c. (v. p. 131 n. 1): Legatus principum *si riferirebbe ai brevi imperi di Macrino e di Elagabalo, ch'essendo ambedue di dannata memoria, noa potevano indicarsi se noa oscuramente.* Exempla plurativi numeri ita de imperatoribus alio post alium imperantibus usurpati Borghesius nnlla attnlit nec mihi praesto sunt; nam diversum est quod est in titulo Orelliano 3128: *q(uaestor) divi Aug(usti) et Ti. Caesaris* et multo magis quod est in Henzeniano 6483: *legato eiusdem* (divi Hadriani) *in Cilicia, consuli, legato ia Cilicia imp. Antoaiai Aug.* Graeca autem locutio similis, de qua supra p. 110 exposuit Dittenberger, ad Latinum usum comprobandum non facit.

confugiamus nisi ad excusationem necessariam magis quam optabilem scriptorem tituli Casinatis usum vulgarem secutum delegatum principum posuisse absolute pro principali[1]). — De ipso officio cum dixerim in memoriis inst. arch. 2, 313, pauca habeo quae addam. In titulis Diocletiano anterioribus praeterea adhuc quod sciam bis tantum repertum est, nempe in titulo L. Caesonii Macri Rufiniani (Orell. 3042), qui imperante Gordiano III *electus* est *ad cognoscendas vice Caesaris cognitiones*, duobusque Balbini Maximi consulis a. 232 aut 233 aut 253 (v. p. 132), qui dicitur *cognoscens ad sacras appellationes*, ut hic quoque, pariter atque in consulatu ordinario, ii de quibus agimus ordinem ducant et reliquos tempore praecedant. Cognitionem eam ita dari solitam esse, ut ad certam dioecesin restringeretur, etsi hi quos posui tituli non enuntiant, certe sub Diocletiano invenitur Aelius Dionysius, is qui postea a. 301 praefectus urbis factus est, *iudex sacrarum cognitionum totius Orientis* (Orell. 60), poteritque adeo quodammodo comparari quod ait Suetonius (Aug. 33) Augustum quotannis appellationes provincialium litigatorum delegavisse consularibus viris, *quos singulos cuiusque provinciae negotiis praeposuisset.* Ceterum cognitiones appellationesque Caesarianae quomodo ante Diocletianum exercitae sint, adhuc parum notum est, nec de quaestione ea omnium maxime implicata hoc loco disputabitur.

18. Praefectus alimentorum.

Vide quae dicta sunt p. 133 sq. Fieri potest, ut ea praefectura Sabinus functus sit simul atque munere correctoris Italiae.

19. Electus ad corrigendum statum Italiae.

Officium electi ad corrigendum statum Italiae iisdem verbis praeterea nusquam enuntiatum, eapropter diligenter considerandum est, quod ex hoc tamquam germine enati sunt correctores aetatis posterioris[2]) neque eius instituti ulla memoria extat his titulis antiquior. Nam legatus Augusti pro praetore regionis Transpadanae aetatis Traianae (Orell. 2273), quem cum correctoribus Italiae composuit Borghesius (opp. 5, 408), hodie postquam innotuit titulus Cirtensis T. Caesernii Macrini, qui tribunicius *missus* est *ad dilec[tu]m iuniorum a divo Hadriano in regionem Transpadanam*[3]), probabilius referetur inter legatos dilectatores[4]). Videntur autem, ut in provincias senatorias a Traiani inde aetate praeter proconsules mittebantur subinde legati impera-

---

[1]) Cf. verba edicti praetorii Dig. 44, 8, 2 pr.: *praeterquam quod lege senatus consulto edicto decretove principum tibi concessum est.*

[2]) Vide quae de correctoribus diximus Borghesius in ann. inst. 1853 p. 221 seq. = opp. 5, 415 et ego *röm. Feldmesser* 2, 196. 198.

[3]) Renier *mélanges* p. 75; inscr. Alg. n. 1817. Cf. *röm. Feldmesser* 2, 191. Eodem fortasse referendus est titulus Campanus I. N. 3604 L. Fulvii Aemiliani: *electo ab op[timo imp. Severo] Alexandro ad [dilectum habendum] per regionem Tra[nspadanam]*; ubi quod olim proposui *ad [ius dicendum]* ideo minus probabile est, quod Alexandri aetate iuridici appellatio recepta iam fuit et sollemnis. Alibi est *electus iudicio sacro ad [census] acceptandos per provinciam Belgicam* (Henzen 6512).

[4]) Cf. Renier *mélanges* p. 73 seq.

toris ad corrigendum statum civitatium liberarum a procousulis imperio lege exemptarum, ita ad corrigendum statum Italiae, quae et ipsa praesidi nulli pareret, certe inde a Caracalla magistratus quidem creati esse, initio extra ordinem sine dubio et ut certo nomine carerent, deinde translati in magistratus quodammodo ordinarii et legitimi formam correctoris Italiae. — Proxime autem et tempore et re ad id de quo agimus Sabini officium accedit quod enuntiat titulus nuper repertus Romae in coemeterio Callisti hic: [1])

Β · ΠΟΜΠ · ΒΑϹϹω
ι ΤΟΥ ΓΕΝΟΥϹ ΛΑΜπρ
υπαΤΟ ΔΙϹ ΩΡΔ · ΕΠαρχω
ΡΩΜΗϹ ΠΡΟΜΑΓ Ποντιφ
ΕΠΑΝΟΡΘ · ΠΑϹΗς ιταλ
ΚΟΜ · ΒΑσΙΛ · αΝΘ
ΠΟΜΠ · ΚΡατΙΔ
ΦΙΛΑΝδρος τΩΝ
ευε ΡΓΕτη

Eum titulum Rossius tribuit Basso consuli ordinario a. 258 et rursus a. 271 probabiliter. Nam primum inter consules ordinarios Bassos nullus est, cui iteratio consulatus conveniat, praeter eum, qui a. 271 fasces gessit [2]). Deinde cum reliquis Bassis aliis alia nomina fuisse argumentis aut certis aut saltem probabilibus Rossius demonstrarit, solis iis qui fasces gesserunt a. 258 et 271 tantum abest, ut Pomponiorum nomen tribuere quicquam impediat, ut huic dudum id adscripserint fastorum ordinatores propterea quod imperante Claudio a. 270 Pomponius Bassus primum in senatu locum tenuisse dicitur in epitoma Victoris (c. 34, 3; cf. Victor Caes. 34, 3). Denique splendor natalium, quem praedicat titulus supra relatus, in eum hominem optime quadrat, quippe quem satis constet descendere a Pomponio Basso interfecto ab Elagabalo (Dio 74, 5) et sic genus rettulisse ad ipsum imperatorem Marcum. — Obstat tamen praefectorum urbis laterculus, qui cum ab a. 254 ad a. 354 perveniat, Bassum nullum recenset praeter Septimium a. 317. 318 certe huc non pertinentem; nec facile admittendum est eum laterculum hiatibus laborare, cum iustam auctoritatem sibi vindicet neque adhuc quod sciam de ullo praefecto constet in eo praetermisso. Nihilominus non reperio quo praeterea confugiamus [3]), nec videtur repperisse Rossius, de

---

[1]) Ioh. Bapt. Rossius titulum edidit ligno expressum *Roma sotterranea* 2, 282 adiectis supplementis perite factis, quae retinui; explicuit idem *Bullettino cristiano* ser. 2 a. 2 (1871) p. 45.

[2]) Ei numerum II adscribunt et fasti q. d. Florentini maiores (v. Relandus ad h. a.) et titulus Orell. 1856 = I. N. 5473.

[3]) Fortasse quis dixerit Pomponii Bassi nomina in titulo Graeco secundaria esse, primaria interiisse v. 1 extr. et 2 incip., exempli causa Iunio Tiberiano, qui consul fuit ordinarius a. 281 et 291, praefectus urbi a. 292 et 303, nomina fuisse Pomponii Bassi Iunii Tiberiani. Sed temptanti mihi talia inter paucos eos, qui consulatum ordi-

inopportuno silentio laterculi in commentario tacens. Quare cum satis constare videntur Bassum eum, qui fasces gessit iterum a. 271, antea ἐπανορθωτὴν πάσης Ἰταλίας, id est totius Italiae correctorem fuisse, eodem sine dubio munere, sive extraordinarium id eo tempore fuit sive legitimum iam et sollemne, item imperante Caracalla Sabinus functus est. Accedit ad hos duos titulos, quae scriptor vitarum triginta tyrannorum c. 14 de Tetrico narrat eum ab Aureliano postquam devictus esset factum esse *correctorem totius Italiae, id est Campaniae Samnii Lucaniae Bruttiorum Apuliae Calabriae Etruriae atque Umbriae Piceni et Flaminiae omnisque annonariae regionis.* Quae narratio auctoris sane levis adhuc reiecta est propterea quod et plures et meliores scriptores[1]) e contrario asserunt Tetricum ab Aureliano correctorem factum esse Lucaniae et quod corrector Italiae universae munus erat inauditum tum et praeterea plane ignotum. Iam post Sabini Bassique titulos repertos magis probabile est correcturam initio pertinuisse ad Italiam universam, postea demum divisa Italia partium correcturas institutas esse, illos autem scriptores vel potius eorum auctorem communem instituto suae aetatis deceptum pro correctura Italiae totius male substituisse regionis cuiusdam. In paucis documentis quae habemus pertinentibus ad tempora Taciti et Probi correctores adhuc nulli comparent. Imperante Caro qui nominatur apud Victorem (Caes. 39, 10. 11) Iulianus *Venetos correctura agens* et ipse suspectus est; venit enim ab eodem auctore, quem Tetrico pro totius Italiae correcturam Lucaniae vidimus tribuisse. Contra in titulis, qui ad hanc aetatem pertinere videntur, cum *corrector Italiae* inveniatur[2]), ad a. usque 282 universa Italia sub uno correctore mansit. Denique etiam sub Diocletiano et Maximiano correctores Italiae inveniuntur cum in rescripto a. 290[3]) tum in titulo Patavino anni incerti[4]). Quibus fortasse adiungere licebit *correctorem utriusque Italiae* in-

---

narium iteraverunt, nullus se obtulit ad id quod requiritur satis aptus, cum praesertim quae in titulo leguntur munera, maxime correcturis Italiae totius, non conveniant nisi aetati Diocletiano anteriori.

[1]) Victor Caes. 35, 5. Eutrop. 9, 13. Vita Aureliani c. 39.

[2]) Grut. 387, 5 (cf. memor. inst. 2, 303): .... *religiosissimoque C. Ceionio Rufio Volusiano v. c., corr. Italiae per annos octo, proconsuli Africae, comiti domini nostri Constantini ..., praefecto urbi* (a. 310), *iudici sacrarum cognitionum, consuli* (a. 311). Dedicatus est titulus antequam praefecturam urbis iteravit a. 313 et consulatum ordinarium accepit a. 314. Correcturae tempus definit titulus alter Puteolanus I. N. 2497 = Henzen 6481: *fortissimo et piissimo principi suo M. Aurelio Carino Rufius Volusianus v. c., eorum iudicio beatissimus, iterum corrector*; nam eiusdem viri utrumque esse admodum probabile est. Obstat tertius titulus I. N. 6328: *Ruffio Volusiano v. c. correctori Campaniae*; at hic de interpolatione vel maxime suspectus est nec rem decidit.

[3]) C. Iust. 7, 35, 3 inscripta *Numidio correctori Italiae.* Quod olim tenebamus Italiam hic accipiendam esse ea significatione, quae quarto saeculo aliquoties invenitur, nempe de sola dioecesi vicarii Italiae, post repertum titulum Bassi et expletum Sabini vix erit qui defendat.

[4]) V, 2817 = Grut. 279, 4: *Paetus Honoratus v.* [c.] *corrector Itali*[*ae*]. Lectio minus certa est fierique potest, ut post ITALI... plures litterae desint.

ventum in uno titulo aetatis Diocletianae[1]); nam cum divisio Italiae in dioeceses duas vicarii Italii et vicarii urbis Romae circa haec ipsa tempora coeperit[2]), corrector qui universae Italiae praeesset hoc respectu fortasse dici potuit statum corrigere Italiae utriusque[3]). At sub iis ipsis imperatoribus incipiunt correctores regionum certi et indubitati, scilicet Italiae Transpadanae[4]) (quae regio mox esse desiit divisa in Venetiam Histriamque et Liguriam Aemiliae adiunctam), item Venetiae et Histriae[5]), item Campaniae[6]), ut eas solas ponam, quas titulis eius aetatis testatas habemus. Apparet igitur quod de Diocletiano collegisque eius in universum perhibet auctor aequalis provincias ab iis in frusta concisas esse, ad Italiam quoque pertinuisse et inter a. 290 et 300 pro correctore totius Italiae qui fuerat eos substituisse correctores regionum tales fere, quales deinde manserunt.

20. Legatus Augusti pro praetore Pannoniae inferioris.

Legationem hanc a Casinati titulo afuisse videri supra p. 131 observavimus. Puto ad eam pertinere quae scribit Dio 78, 13 ad a. p. Chr. 217 agens de Macrino: *ἀλογώτατα Μάρκιόν τε Ἀγρίππαν πρότερον μὲν ἐς Παννονίαν, εἶτ' ἐς Δακίαν ἡγεμονεύσαντα ἔπεμψεν· τοὺς γὰρ ἄρχοντας αὐτῶν τόν τε Σαβῖνον καὶ τὸν Καστῖνον λόγῳ μὲν ὡς καὶ τῆς συνουσίας σφῶν δεόμενος, ἔργῳ δὲ τό τε πάνυ φρόνημα καὶ τὴν φιλίαν αὐτῶν τὴν πρὸς τὸν Καράκαλλον φοβηθείς,*

---

[1]) Fabrett. 209, 517. 700, 215 = Don. 5, 60 = Orell. 60: *L. Aelio Helvio Dionysio c. v., iudici sacrarum cognitionum totius Orien., praesidi Syriae coele, correctori utriusq. Italiae, curatori aqu. et Minuciae* cet. Cf. de eo homine Borghesius opp. 3, 106 quaeque adnotavi ad Vat. fr. § 41. Praefectus urbi factus est a. 301, ante quem correctura functus sit necesse est. — In titulo Firmiano lectu difficili I. N. 4087 = Henzeni 6909 quae sic excepi P HELVI AFIL DIONYSI CONS VIRI CORR CAMPAN cum viderentur pertinere posse ad eundem hominem, adii per litteras virum eximium Iulium de Petra, ut mea causa lapidem diligenter examinaret; rescripsit is vere in lapide esse AELI, ut conieceram, praenomen autem non L esse videri, sed P. Itaque diversus sit necesse est.

[2]) Vide quae observavi in ed. auctorum gromaticorum 2, 198 et in memoriis inst. arch. 2, 316.

[3]) Adquievimus adhuc in coniectura Maffeiana, quae nititur titulo mox adferendo memorante *correctorem Italiae Transpadanae*, utramque Italiam significari Transpadanam et Cispadanam. At Cispadanae Italiae et vocabulum inauditum est neque iusti fines eius ulli hac certe aetate indicari possunt.

[4]) T. Flavius Postumius Titianus teste titulo Orell. 1194 corrector fuit Italiae Transpadanae, item corrector Campaniae antequam gessit consulatum alterum ordinarium a. 301.

[5]) Isteius Tertullus *v. ... corr. Venet. et Histria[e]* Patavii titulum V, 2818 = Orelli 1050 dedicavit M. Aur. Valerio Maximiano. Eidem Tertullo positus titulus urbanus Henzeni n. 6476 in loco huc faciente hiat.

[6]) Praeter Titianum (not. 4) nominandus est C. Vettius Cossinius Rufinus *corrector Campaniae, corrector Tusciae et Umbriae, corrector Venetiae et Histriae* (I. N. 4550 = Orell. 2285) antequam factus est praefectus urbis a. 315, et Campaniae quidem corrector sub Maxentio, cum ea correctura teste titulo illo *saevissimam tyrannidem incurrerit.*

εὐθὺς μετεπέμψατο. Haec enim cum videantur ita accipienda esse eo tempore, quo Caracalla caesus est, Sabinum praefuisse Pannoniae sive superiori sive inferiori, Castinum autem Daciae[1]), probabiliter ad hunc nostrum Sabinum applicabuntur.

21. Proconsul provinciae Africae.

Vide titulum supra p. 132 relatam.

Supersunt tituli tres, quos nec praeterire volo nec cum certis Sabini miscere, nempe Aquincenses duo hi vol. III n. 3428. 3429 a me descripti in museo Pestinensi:

IOVI ACCIONI	DIS REDVCIBVS
paTRIO SVETRIVS	PATRIIS
sabINVS LEG	SVETRIVS SABINVS
. . . .	LEG·AVG·PR·PR·fECIT

tertius autem repertus in Britannia in oppido Lancaster (VII, 287 ad exemplum Huebneri; Henzen 6725):

//////////////////////////
//////////// [ob] balneum refect
[et b]asilicam vetustate conlabsam
a solo restitut[a]m eqq. alae Sebussia
///////// sub Octavio Sabino v. c.
praeside n. curante Fla. Ammusio praef. eqq. d. d. XI kal. Septem
Censore II et Lepi[d]o II cos.

Hi tituli ita comparati sunt, ut eiusdem hominis vix esse possint, cum alterum ὄνομα κύριον differat, contra nihil impediat, quominus aut Aquincenses illos Suetrii Sabini aut Britannicum Octavii Sabini referamus ad eum de quo agimus C. Octavium Appiam S//trium Sabinum, ut rettulit ad eum Minervinius Britannicum. Nam brevius nomen recte effici tam ex primo nomine postremoque cognomine plenae denominationis quam ex postremo nomine postremoque cognomine docui in Hermae vol. 3 p. 77. Ad munera quod attinet, cum legatio Pannoniae inferioris, quam Suetrium Sabinum gessisse tituli illi testantur, in Aquinati titulo redeat, non improbabiliter quartum nomen, quod Satrium esse Minervinius voluit, Suetrium statuemus fuisse et Aquincenses titulos ad hunc nostrum Sabinum revocabimus. — Octavius Sabinus tituli Lancastriensis quo tempore vixerit, nescimus; nam consules, quos adscriptos habet, praeterea ignoti sunt, nec magis determinari potest, cuiusnam imperatoris nomina ibi v. 1 et 5 erasa sint. Quod si quis contendat hunc titulum pertinere ad ipsum virum honoratum Aquini, cum de Macrino propter ea quae diximus cogitari nequeat, ei eo confugiendum est, ut Sabinus aetate provectus aut sub Elagabalo

[1]) Verum est in titulo Aquincensi III, 3480 nominari C. Iulium Castinum legatum Augusti pro praetore, scilicet Pannoniae inferioris. Sed cum aut is ipse aut eiusdem nominis alius legatus Daciae praeesse potuerit a. 217, non cogimur propter eum titulum Dionem insimulare Pannoniae Daciaeque vocabulorum male traiectorum.

(a. 218—222) aut sub Alexandro (a. 222—235) Britanniae praefuerit; mihi tamen haec coniectura parum probatur.

Addo locos quosdam auctorum, qui ad hunc Sabinum referri possint. Narrat qui vitam Elagabali scripsit c. 16 sic: *Sabinum consularem virum, ad quem libros Ulpianus scripsit*[1]*, quod in urbe remansisset* (nam iusserat imperator senatum urbe decedere) *vocato centurione mollioribus verbis iussit occidi: sed centurio aure surdiori imperari sibi credidit, ut urbe pelleretur: sic vitium centurionis Sabino saluti fuit*, neque quicquam obstat, quominus eam narratiunculam ad Sabinum nostrum referamus; sed pari iure pertinere potest ad P. Catium Sabinum consulem a. 216. — Quod Dio scribit 76, 9 Pollenium Sebennum delatorem sub Severo postea Noricis, quos male administravisset, ad poenam sumendam deditum esse a Sabino (*ἐκδοθεὶς ὑπὸ Σαβίνου τοῖς Νωρικοῖς, ὧν ἄρξας οὐδὲν χρηστὸν ἐπεποιήκει, αἴσχιστα πέπονθε*), neque satis intellego nec magis ad quemnam Sabinum pertineat perspicio. — Denique Sabinus is qui praefecturam urbis post munera complura consularia administrans a. 237 in tumultu civili periit[2]), potest is ipse esse, de quo agimus; quamquam hic quoque item de P. Catio Sabino cogitari potest. Sane sicut nobis successit, ut ope titulorum nuper repertorum horum temporum caliginem quibusdam luminibus illustraremus, ita sperandum est fore, ut posterioribus quoque, modo curiosi esse pergant, similiter contingat ab his temptaminibus pervenire ad ulteriora et certiora.

VIII. TITVLVS ATTICVS FRVGI ET PISONIS.

Viginti abhinc annis ex parietinis Athenarum quae emersit basis marmoris Pentelici prostans hodie ad Parthenonem occidentem versus[3])

Ο ΔΗΜΟΣ

ΛΕΥΚΙΟΝ ΚΑΛΠΟΡΝΙΟΝ	ΜΑΡΚΟΝ ΛΙΚΙΝΝΙΟΝ
ΛΕΥΚΙΟΥ ΥΙΟΝ ΠΕΙΣΩΝΑ	ΜΑΡΚΟΥ ΥΙΟΝ ΦΡΟΥΓΙ
ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΕΙΣ Ε	ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ ΕΙΣ
ΑΤΟΝ	ΕΑΤΟΝ

eo nomine insignis, quod duos duarum nobilissimarum familiarum Romanarum viros coniungit, etsi non semel prodiit descripta tam a Pittacio (Ἐφ. ἀρχ.

---

[1]) Scilicet confudit scriptor inscitus cum Sabino hoc Masurium Sabinum iuris auctorem aetatis Tiberianae.

[2]) Herodianus 7, 7: ἔργα πολέμου ἐμφυλίου ἐγίνετο, ὡς καὶ τὸν τῆς πόλεως ἐπάρχοντα μετὰ πράξεις πολλὰς ὑπατικάς (Σαβῖνος δὲ ἦν ὄνομα αὐτῷ) βουλόμενον κωλῦσαι τὰ γιγνόμενα ξύλῳ παισθέντα κατὰ τοῦ κρανίου τελευτῆσαι. Vita Gord. 13: *tunc et praefectus urbi Sabinus consularis iam vir fuste percussus occisus et in publico derelictus est*, unde supplendus est locus hians vitae Maximini c. 15.

[3]) In postica parte eiusdem basis quae scripta sunt /// ΙΟΝΙΔΗΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ a primaria inscriptione aliena sunt.

n. 2764. 2765) qnam a Bursiano (*Bull. dell' Inst.* 1855 p. XXX), colluta denique nuper a Koehlero, uec latuit viros doctos, qui per bos annos de familiis illis egerunt, tameu ad qnos proprie pertineat, in tanta turba tam Liciniorum quam Calpurniorum nondum exploratum est. Quaerenti de ea Dittenbergero quae respondi, licet ne mihi quidem snccesserit, ut omnia ad liqnidnm perdncerem, tamen non indigna visa sunt, quae hic proferreutur.

Titulum optimae aetatis esse cum inde colligitnr, qnod honores non pouuntur, tum maxime ex forma, quae est Καλπόρνιος, praehabita ei quae postea obtinuit expressa per ου. Nam demonstravit nnper Dittenbergerus in Hermae vol. 6 p. 284 Latiunm ου pro antiqniore ο in talibus a Tiberii fere aetate incipere, antiquiorem scribendi rationem post primum nostrum saeculum non amplius occnrrere, ut vel ex hoc solo argumento constet titulum enm de qno agimus Traiano anteriorem esse.

Dnae statuae eidem basi impositae cum non inveniantnr nisi in coniunctis personis, maxime in coniugibus, inter basis illius L. Pisonem et M. Frngi necessitndo aliqna intercesserit uecesse est. Videamus igitur, qui extiterint Crassi Frugi, et inde profecti quosuam ii aequales habnerint L. Pisoues.

Frugi cognomen aetate liberae rei publicae proprium fuit Calpurniornm Pisonnm, quorum primus id accepit et ad posteros propagavit L. Calpurnius L. f. Piso Frugi tr. pl. a. 605, cos. a. 621 [1]), idem rerum Romanarum locuples auctor. Videntur autem Pisones Frugi et Pisones Caesonini, quorum princeps est L. Calpurnins C. f. C. n. Piso Caesouiuus cousul a. 606, profecti esse ab eadem stirpe, scilicet commnnes maiores habuisse C. Pisonem C. f. C. n. consulem a. 574 et C. Pisonem praetorem a. 543, qui primi, quantum qnidem nos comperimus, geutem Calpurniam nobilitaverunt; nam et propinqui sibi dicnntur [2]) et praenomina Gaii et Lucii utriqne stirpi communia sunt et extinctis Pisonibns Frugi coguomen boc ad Caesoninos tamquam gentilicio iure videtur transiisse. Nam cum Pisonum Frugi ultimus, quem quidem norimus, Gaius quaestor a. 696 gener Ciceronis adnlescens obierit anno sequente [3]), cognomen mox redit in L. Calpurnio L. f. Pisone Frugi consnle a. 739 [4]), quem constat anctore Tacito (ann. 6, 10) natnm

[1]) Cf. Drumannus 2, 81 seq. Patris uomeu rescivimus ex monumentis I, 196 (p. 62) v. 74 et I, 642. Gai uepos vulgó appellatur sine auctóre. Cognomen, qnod pouunt ipsi fasti Capitolini (I p. 438), eum primum meruisse diserte ait aduotator Ciceronis Bobiensis p. 233. Diligeuter de eo dixit uuper Herm. Peter hist. Rom. reliq. p. CLXXXVIII seq.

[2]) L. Piso Caesoninus consul a. 696 propiuquus dicitur Pisouis Frugi viri Tulliae apud Cicerouem cum sen. gr. eg. 15, 38 et pro Sest. 31, 68, áffinis Ciceronis apud ipsum pro Sest. 8 fin.

[3]) Drumaun 2, 83.

[4]) Nam A. Καλπούρνιος A. υἱ Πίσων Φούρτιας dicitur iu Indice Diouis, ubi hoc corruptum esse apparet ex Φρούγι. Praeterea solo Pisonis coguomiue appellatur, neque umquam Caesouini ei tribuitur.

esse ex L. Pisone Caesonino consule a. 698. Eundem probabile est ultimum suorum diem obiisse octogenarium a. p. Chr. 32 (Tacitus l. c.); nam etsi filios duos eum habuisse constat ex Horatii ad ipsum filiosque epistula, vix eos post se reliqnit. Alter enim eorum et maior quidem, cum praenomen paternnm gerat, secnndum probabilem coniecturam Borghesii (opp. 5, 312) L. Piso est is qni legatus Hispaniae citerioris periit a. p. Chr. 26 (Tac. ann. 4, 45). Ad minorem autem quod attinet, no reperitnr quidem Piso alter, quem praefecti illius filium credere liceat, nt item patre vivo ant diem obiisse videatur aut adoptione ex familia exiisse. Certe Frugi cognomen apnd Calpnrnios amplius non invenitur, neqne umquam eo nsa est altera stirps Calpurniorum Pisonum, cui proprium est praenomen Gnaei, cnm Lucii et Gai communia habeat cum Caesoninis et Frugi. Princeps eius stirpis, qui qnidem nobis notus sit, Cn. Piso cos. a. u. c. 615 quomodo ad communem originem applicandus sit, latet. Duravisse eam extinctis Caesoniuis et Frugi et notnm est et infra de Pisonibns iis dicetur.

Sed qno tempore Calpurnii Pisoncs Frugi esse desinuut, eodem fere in scaenam veniunt Licinii Crassi Frugi. Scilicet primnm eius stirpis hoc cognomine distinctum invenimns M. Licinium Crassum Frugi consulem a. p. Chr. 27[1]), cuius qni pater fuisse videtur consul a. 740 = a. Chr. 14 M. Licinius Crassus, cognomine Frugi abstinet[2]). Cognomen illud in Liciniam gentem illatum esse non potest nisi aut a stirpe materna ant per adoptionem, illamque sententiam viri docti hodie fere amplectuntur. At ei opinioni hoc obstat, quod Pisones Frugi nnlli inveniuntur post consulem a. 739, qnem vidimus stirpis suae fuisse videri nltimum; eius autem filiam nupsisse M. Crasso consuli a. 740 et in domum eam cum hereditate Pisonum Frugi etiam cognomiua intulisse, aetatis rationibus non satis aptum est[3]). Magis crediderim M. Licinium Crassnm Frugi consulem a. 27 natura filinm fuisse minorem L. Pisonis cos. a. 739, fratrem igitur minorem L. Pisonis legati Hispauiae a. p. Chr. 26 alterumqne iuvenum eorum, ad quos Horatius de poesi epistulam dedit; enndem adoptatnm postea a M. Crasso antiquum cognomen retinuisse. Ita enim et tempora apte ordinantur et mirum de altero illo filio silentium explicatur et consnetudini clararnm familiarum eius aetatis convenit, nt qui plus nno filio haberet, alterum liberis carenti nobili in adoptionem daret.

---

1) *M. Licinius Crassus Frugi:* fast. Arv. (Henzen *Bull.* 1869 p. 123). *M. Licinius Crassus:* Orell. 156. *M. Crassus Frugi:* Grut. 200, 6. Orell. 3056. 3796. Mur. 302, 2. *M. Licinius:* Tacitus ann. 4, 27. *Crassus Frugi:* Suetou. Claud. 17; Seueca apoth. 11. *M. Crassus:* Tacit. hist. 1, 14. *M. Cras...:* fast. Arv. (Henzen *Bull.* 1869 p. 122). *Crassus:* Seneca apoth. 11; Plut. Galb. 23; fasti Idal. aliique.

2) I p. 546. 547.

3) Ita euim baberemus socerum generumqne eodem plane tempore consules. Etiam miuus probabiliter Lebmannus in tabula adiecta quinta filiam consulis a. 753 opinatur nupsisse consuli n. 740. Borghesius opp. 5, 322 item existimat uxorem Crassi cousulis a. 740 nomine Calpurniam fuisse, quaenam vero fuerit, non defiuit.

Crasso consuli a. 27 nupsit Scribonia nomiuata apud Senecam (in apotheosis c. 11) et Tacitum (hist. 1, 11) et Plutarchum (Galb. 23), cuius stemma subieci emendatius opinor eo quod proposuit Borghesius[1]); ab eo enim stemmate haec disputatio vel maxime pendet.

Cn. Pompeius Magnus † 706	L. Scribonius L. f. Libo cos. 720		Scribonia ⌣ Caesar postea Augustus[2])		
Sex. Pompeius Magnus † 719 ⌣ Scribonia			Iulia nata 715		
L. Scribonius Libo ⌣ Pompeia			Agrippina ⌣ Germanicus		
L. Scribonius L. f. Libo cos. 769 = 16	M. Scribonius Libo Drusus[3]) pr. 769 = 16	Scribonia ⌣ M. Crassus Frugi cos. 780 = 27	Nero Caesar n. 760 = 7	Drusus Caesar	C. Caesar n. 765 = 12

In Scriboniam Crassi uxorem cum item conveniat quod de fratre praedicat Tacitus (ann. 2, 27) proavum ei fuisse Pompeium, amitam (nempe amitam maiorem, proavi sororem) Scriboniam Augusti, consobrinos (scilicet latiore significatione, qua vocabulum complectitur etiam natos ex parentibus inter se sobrinis) Caesares, nimirum Agrippinae filios Neronem Drusum Gaium, vix ulla domus eo tempore fuit aeque, ut Tacitus ait, imaginibus plena. Id quod etiam magis obtinet de domu in quam ipsa deducta esset cum suis imaginibus Liciniorum Crassorum Frugi; nam praeter ipsos Licinios Crassos trium stirpium nobilissimarum Pisonum Frugi, Pompeiorum Magnorum, Scriboniorum Libonum post virilem propaginem extinctam quae ultimae superfuerant filiae matrimonii iure in eam domum transierant potuit-

[1]) Opp. 5, 301 et apud Nipperdeium ad Taciti ann. 2, 27. Eum secuti sunt Nipperdeius l. c. et Lehmannus in tab. V. Differentia in eo vertitur, quod Pompeiae maritum Borghesius statuit fuisse M. Livium Drusum Libonem consulem a. 739, natum ex Scribonio Libone aliquo, adoptatum a M. Livio Druso Claudiano patre Liviae Augusti. At primum Drusus Libo ille ab adoptione alienus est, cum Marcus ipse item L. f. appelletur; nam filius adoptivus ut nomen ita praenomen a patre adoptivo mutuari solet. Deinde quos filios eius posuit Borghesius L. Libonem consulem a. 16, M. Libonem Drusum praetorem eodem anno, Scriboniam Crassi, omnes constat non Livios fuisse, sed Scribonios. Equidem crediderim consulem a. 739 Libonis cognomen traxisse a matre, quae soror fuisse potest Scriboniae Augusti, praetorem autem a. 16 heredem fortasse institutum a consule a. 739 propterea Drusi cognomen alterum adscivisse.

[2]) Cf. Drumann 4, 303. Adde ibi locos Senecae ep. 70, 10 et Taciti ann. 2, 27, quorum ille ostendit Scriboniam superfuisse ad a. 16 p. Chr. = 769, cum a. 714 eam duxisset Caesar 'nuptam antea duobus consularibus, ex altero etiam matrem' (Suet. Aug. 62).

[3]) *M. Libo* in fastis Amiterninis ad id. Sept. (I p. 402), *Libo Drusus e familia Scriboniorum* apud Tacitum ann. 2, 27 (cf. c. 32: *ne quis Scribonius cognomentum Drusi adsumeret*), *Drusus Libo* apud Velleium 2, 130 et Senecam ep. 70, 10, *L. Scribonius Libo* apud Suetonium Tib. 25 et Dionem 57, 15 in praenomine falsos.

que vere filius ex illo matrimonio natus dici *Cn. Pompeii et L. Crassi suboles* (Tac. hist. 1, 15).

Iam videamus de filiis et filiabus ex M. Crasso Frugi consule a. 27 et Scribonia natis.

1. *Cn. Pompeius Magnus*[1]) Crassi filius testibus Seneca et Tacito nomina traxit non a paterna stirpe, sed a materna, at reviresceret quodammodo in eo non adoptionis iure (neque enim quisquam fuit eo tempore eius nominis, a quo adoptaretur, et mansisse eum in domo Licinia Seneca significat), sed patris arbitrio. Haec nomenclatura paternae domus nobilissimae ne vestigium quidem servans iure offendit, maxime in eo filio, quem natu maximum fuisse mox videbimus. Sed talia hac aetate ferenda sunt neque fortasse adeo miranda in homine tam fatuo, ut ait Seneca[2]), ut etiam regnare posset. Sane Claudius quoque, huic Crasso, ut ait idem, tam similis quam ovo ovum, non absimili ratione filiabus nomina imposuit Antoniae et Octaviae. — Magnus periclitatus ob id ipsum cognomen sub Gaio († 41) propter teneram aetatem ita evasit, ut cognomine tantum ei interdiceretur[3]). Claudius deinde et id ei reddidit et filiam maiorem Antoniam ei a. 41 in matrimonium dedit, postea vero eum interfecit. Natus igitur sit necesse est ante a. 27; nam minor XIIII annis uxorem ducere non potuit.

2. *M. Licinius Crassus Frugi*[4]) natus esse videtur c. a. 31, cum consul factus sit a. p. Chr. 64. Quare cum propter nomina, quae eadem sunt atque patris, filiorum natu maximus fuisse videri possit, coniectura ea in hoc fallit. Periit imperante Nerone († 68) accusante M. Aquillio Regulo (Tac. hist. 1, 48. 4, 42; Plin. ep. 1, 5, 3). Uxorem duxit Sulpiciam Praetextatam et quattuor ex ea liberos sustulit (Tac. hist. 4, 42).

3. *Crassus Scribonianus*[5]) (reliqua nomina non accepimus tradita) fratre Pisone natu maior post eum interfectus est (Tacitus hist. 1, 48), quo tempore et quam ob causam, ignoratur. Cognomen alterum cave referas inter ea, quae post adoptionem factam antiquae familiae memoriam ser-

[1]) *Cn. Pompeius Magnus:* Suet. Gai. 35. Claud. 27; Dio 60, 5. *Cn. Pompeius:* Suet. Claud. 29. *Magnus:* Tac. hist. 1, 48; Seneca apoth. 11; Dio 60, 21.

[2]) Apoth. 11: *occidit in una domo Crassum, Magnum, Scriboniam, tristionias assarionem, nobiles tamen, Crassum vero tam fatuum, ut etiam regnare posset.* Verba attuli, ut monerem in corruptela non latere nomina propria, quae est opinio et priorum et Buecheleri, sed vituperium aliquod oppositum ei quae mox praedicatur nobilitati. Potest fuisse tale quiddam (ut sumamus *as* male geminatum esse a librariis): *tris di boni assarios, item nobiles tamen.* Assarios potuit dici homo unius assis, ut *dupondiarius* et *sestertiarius homo* legitur apud Petronium.

[3]) Dio 60, 5: καταφρονήσας ὡς καὶ παιδίου ἔτ' αὐτοῦ ὄντος.

[4]) Plenum nomen legitur in veterani diplomate apud Henzenum n. 6858. *M. Licinius:* Tac. ann. 15, 33. *Crassus Frugi:* Frontin. aq. 102. *...ssus Frugi:* Marini Arv. p. 61. *Crassus:* Tac. hist. 1, 48. 4, 42; Plin. ep. 1, 5, 3 et in fastis chronogr. a. 354, Idatianis, aliis.

[5]) *Scribonianus Crassus:* Tac. hist. 4, 39. *Scribonianus:* Tac. hist. I, 47.

vent; immo simili licentia, qualem in primogenito filio deprehendimns, pater ei Scriboniani cognomen indidisse videtur ad maternam originem declarandam.

4. *L. Piso Frugi Licinianus* [1]) quod gentilicium habnerit, anteqnam ab imperatore Galba adoptatns est, non traditur; crediderim tamen plene enm appellatum esse *L. Calpurnium Pisonem Frugi Licinianum*, non quod adoptione ex Licinia domo in Calpnrniam transierit, quae est opinio hodie recepta, sed eadem illa patris in nominibus imponendis gloriosa licentia, de qua supra diximus. Nam primum cuinam Pisoni Frugi in adoptionem dari potuerit, tantum abest, ut demonstrari possit, ut eam stirpem satis constet aliquantum antea finiisse in ipsis Liciniis Crassis. Deinde credibile est Tacitnm adoptionem eius in gentem Sulpiciam referentem praecedente altera eam non silentio praeteriturnm fuisse. Denique ut filio natn maximo pater indidit nomina proavi materni Cn. Pompeii Magni, ita hnne natn minimnm appellare potnit nominibus avi paterni natnralis L. Calpurnii Pisonis Frugi, item ut tertio filio a materna gente Scriboniani, ita huic a sua addere cognomen Liciniani. — Natus Piso a. 38 (Tac. hist. 1, 48) a Galba primnm testamento in bona et nomen adscitus (Snet. Galb. 17), deinde a. 69 inter vivos adoptatus factusque ita Ser. Snlpicius Galba [2]) post paucos dies cum patre adoptivo periit. Uxorem habnit Veraniam (Tacitus hist. 2, 47; Plut. Galb. 28; Plin. ep. 2, 20, 2); filios num post se reliquerit, ignoratur.

5. *Licinia Magna* tituli urbani notissimi editi et alibi (Marini Arv. p. 13; Orell. 697) et apud Ritschelinm (priscae Lat. mon. tab. 89*h* collata eiusdem enarratione p. 78): *dis manibus Liciniae, Crassi Frugi pontificis f(iliae), Magnae, L. Pisonis pontificis uxor(is)*, non recte creditur filia consulis a. 740 [3]), cum neque Frugi cognomen hnic usqnam tribnatur et cognomen a Pompeia stirpe ductnm uon filiae eins conveniat, sed nepti demum ex Marco filio marito Scriboniae proneptis Pompeii Magni [4]). Maritum L. Pisonem pontificem viri docti adhuc intellexerunt consnlem anni u. c. 739 [5]), propterea qnod tam apud Tacitum (ann. 6, 10) qnam in actis

---

[1]) *Piso Frugi Licinianus:* Snet. Gaib. 17. *Piso Licinianus:* Tacitus hist. 1, 14. *Piso:* Piut. Gaib. 23; Piin. ep. 2, 20, 2. *L. Li.....:* act. Arv. a. 69 (*Bullett.* 1869 p. 73), nbi cum pròpter spatii angustias sex septemve tantum iitterarum capacis suppiementum, da quo cogitaram, *L. Li[cini Pisonis]* admitti nequeat (vidi enim eius tabniae ectypum), subsistendum est in eo quod proposuit Henzenus: *L. Li[ciniani]*, quamquam mirum est ab eiusmodi actis gentiiicium nomen abesse.

[2]) Acta Arvai. i. c.: [*pro ad*]*optione* [*Ser. Sulpicii Gal*]*bae C*[*aesaris*].

[3]) Quae est opinio Nipperdeii ad Taciti ann. 6, 10, neque longe discedit Marinius Arv. p. 13. Viri docti antiquiores ab hoc citati modo consuiis a. 64 filiam eam iudicaverunt, modo, et recte qnidem, ut mea fert opinio, consulis a. 27.

[4]) Non nego etiam proneptem abneptemve consulis a. 740 simiiiter appeiiari potuisse; sed tituius tam propter scripturam quam propter simplicitatem ad tempora Nerone posteriora vix abiegari potest.

[5]) Marinius Arv. p. 12. Drumann 2, 81. Nipperdey ad Tac. ann. 6, 10.

Arvalium a. p. Chr. 14 (tab. I Marinii) pontificis sacerdotio adiecto ab aliis aequalibus eiusdem nominis distinguitur. Id autem temporis rationes cum non patiantur (nam fratres Liciniae Magnae nati sunt c. a. 27—38, Piso pontifex ille obiit octogenarius p. Chr. 32), maritus Magnae alius fuerit necesse est, nec quemquam repperi propter aetatem satis aptum praeter L. Pisonem consulem a. 57, natum igitur circa a. p. Chr. 24, quem et ipsum pontificatu ornatum fuisse certe nihil vetat[1]). Uxorem eum duxisse filiamque ex ea genuisse Tacitus (hist. 4, 11. 59) scribit; nomen auctores quos habemus non tradiderunt.

Ex posteris horum (quorum Crassum Frugi quattuor liberos sustulisse vidimus, possuntque etiam Scribonianus et Piso liberos post se reliquisse) nomine unus tantum commemoratur *Calpurnius Crassus Frugi*[2]), qui imperante Nerva cum regnum appetivisset Tarentum remotus est, deinde cum ad eadem consilia rediisset sub Traiano, in insulam relegatus, denique insula egressus sub Hadriano necatus. Animos ad res novas moliendas ei fecit sine dubio ipsa nobilitas, quo nomine sane eo tempore vix ullum habuit sibi parem. Quod si natus est ex Pisone adoptato a Galba, quo ducere videtur Calpurnii nomen, repraesentabat in se Licinios Crassos, Calpurnios Pisones Frugi, Pompeios Magnos, Scribonios Libones, Lutatios Catulos, Sulpicios Galbas, ut sane poeta aetatis Domitianae[3]) non inepte celebrarit *atria Pisonum cum stemmate toto.*

Vidimus de Crassis Frugi; superest, ut recenseamus L. Pisones, qui quidem propter aetatem ad hanc disputationem pertinere possint et patrem habuerint praenomine aut Lucii aut incerto. Omittimus igitur duos L. Pisones Gnaei filios cos. a. u. c. 753 et p. Chr. 27; hunc enim licet ipsum propter patris memoriam damnatam praenomen Gnaei abicere coactum (Tac. ann. 3, 17) postea quoque Gnaei filium mansisse recte dubitari non potest; certe in indice Dionis Iulius Antonius similiter appellatur Marci filius. Denique L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus, si quidem recte supra docuimus Liciniani nomen eum non ab adoptione traxisse, Marci filius fuit, non Lucii. Ita non restant nisi tres, de quibus cogitari possit, qui sunt hi.

1. L. Calpurnius L. f. Piso (Frugi) consul a. 739, mortuus octogenarius a. u. c. 785 = p. Chr. 32, de quo supra diximus. Frugi cognomen plerumque omittitur.

2. L. Calpurnius Piso is qui legatus Hispaniae citerioris periit a. p. Chr. 26, quem filium praecedentis fuisse videri supra observavimus.

---

[1]) Hoc si verum est, tituli duo urbanus Mur. 153, 2 hodie in Capitolio adservatur: *Iulla* (sic videtur esse in lapide male scripto) *L. Pisonis pontif.; Aemilia Helpis merenti fecit* et Veleias apud Lamam *iscr. della scala Farnese* p. 60: *L. Calpurnio L. f. Pisoni pontif. cos.* pari iure referri poterunt ad consules a. u. c. 739 et p. Chr. 57.

[2]) Κράσσος Καλπούρνιος τῶν Κράσσων ἐκείνων ἔγγονος apud Dionem 68, 3; *Calpurnius Crassus* in Victoris epitoma 13, 7; *Frugi Crassus* in vitae Hadriani c. 5; *Crassus* apud Dionem 68, 16.

[3]) Martialis 4, 40.

3. L. Calpurnius Piso consul a. 57, filius L. Pisonis consulis a. 27, interfectus in Africa a. 69, de quo dixi in indice Pliniano p. 405.

Hi tres ad Atticum titulum eum, de quo agimus, per se pari iure admitti posse videntur; similiter ut cui simul statua posita est M. Licinius M. f. Frugi potest fuisse et consul a. 27 et consul a. 64. Videamus igitur, num inter has personas par aliquod reperiatur ita coniunctum, ut necessitudo dubitationem eximat. Sed ut de hac necessitudine recte indicetur, antea videndum est, num forte determinari possit, uter eorum virorum in basi illa duplici locum honoratiorem occupet. Id ex ipsa collocatione decidi posse negavit Dittenberger; reperiri Athenis bases duas binas statuas habentes, quarum altera patrem Eubioti cuiusdam habeat intuenti a sinistra, matrem eiusdem a dextra, altera intuenti a sinistra Claudiam Athenaidem nescio quam, a dextra Ti. Claudium Herodem Atticum certe illa honorntiorem. At in hoc nostro titulo priorem locum obtinere virum intuenti a sinistra positum inde colligo, quod praescriptio ad utrumque titulum pertinens ὁ δῆμος huic soli superposita est. Quam ob rem quaerendi sunt duo homines arta necessitate coniuncti, quorum prior et potior appelletur L. Calpurnius L. f. Piso, alter M. Licinius M. f. Frugi.

Mihi harum gentium cognationes affinitatesque expendenti duae coniecturae se obtulerunt[1]), quarum licet alteram altera probabiliorem iudicem, tamen ne fraudem fecisse videar reticendo minus probabilem, proponam utramque. Primum supra vidimus M. Crassi Frugi consulis a. 64 sororem nupsisse L. Pisoni pontifici eidemque, nisi nostra nos fallit opinatio, consuli a. 57. Hi duo frater sororisque maritus non inepte potuerunt eidem basi imponi, nec sine causa praecedere is qui prior eorum ad consulatum pervenisset. — At si vere supra posuimus L. Pisonem consulem a. 739 patrem naturalem fuisse M. Crassi Frugi consulis a. 27, longe aptius ita iunguntur pater et filius, eamque coniecturam iam praefero.

[1]) Nipperdeii (ad Tac. ann. 6, 10) coniectura intellegendos esse L. Pisonem cos. a. 739 et M. Crassum cos. a. 740, quos generum socerumque esse putat, cum iis argumentis refutatur, quae supra attuli, tum quod ita praepostere gener socero praeponitur. Si qui cogitet de fratribus M. Crasso Frugi cos. a. 64 et L. Pisone adoptato a Galba, item obstabit, quod ita maior frater minori locum cedit; praeterea Pisonem eum M. filium esse, non Lucii supra vidimus nec recte omitti potuit cognomen quodammodo κύριον Liciniani.


Occasione oblata additamenta duo subieci ad commentariolnm (supra c. II p. 57 seq.) de Iuniis Silanis.

Admonuit Dittenbergerus tituli prostantis Athenis in domo Barbanis cuiusdam πρὸς τὸ βόρειον τῆς Ποικίλης, editi non sine mendis[1]) a Pittacio Ἐφ. ἀρχ. n. 3765, huius: τὸ κοινὸν Βοιωτῶν | Εὐβοέων Λοκρῶν | Φωκέων Δωριέων Μᾶρκον Ἰού[ν]ιον | Μάρκου υἱὸν Δέκμου | υἱ[ω]νὸν Σειλανὸν | ἀντιταμίαν σωτῆρα | καὶ εὐεργέτην. Silanus hic vixerit uecesse est temporibus aut extremis liberae rei publicae aut certe Augusti; nam post hunc proquaestores nulli inveniuntur. Iam postquam ex titulo Mylaseno edito apud Lebasium vol. 3 n. 409 et optime explicato a Waddingtonio didicimus praetorem, qui Asiam rexit a. u. c. 678, dictum esse M. Iunium D. f. Silanum, probabile est ex eo natum esse hunc de quo agimus M. Iuninm M. f. D. n. Silanum. Secundum aetatem potest esse M. Silanus is qui legatus Caesaris in Gallia fuit a. 700 (Caes. bell. Gall. 6, 1), item pater consulis a. 729 M. Silani, si qnidem vere is patrem habuit Marcum (v. supra p. 60. 65).

De Manliorum Torquatornm interitu dixi (p. 66) oblitus A. Manlii Torquati eius, qni in turbis a. 696 Ciceroni affuit (Cic. de fin. 2, 22, 72), deinde quaesitor de ambitu a. 702 Milonem condemnavit (Ascon. p. 40. 54), postea a. 705 cnm Pompeianis Italiam reliquit (Cic. ad Att. 9, 8, 1), Pompeio caeso aliqnamdiu Athenis exulavit (Cic. ad fam. 6, 1—4), mox a. 709 reditnm in Italiam impetravit (Cic. ad Att. 13, 9), denique post proelinm Philippense a. 712, cni item interfuisse videtur, Samothraciae Attici amici copiis sustentatus est (Nepos Att. 11 cf. 15). Plura de eo qnod sciam non traduntur, uec certum est eum nltimum gentis suae obiisse; sed hoc posteriorem Manlium Torqnatum adhuc non inveni.

[1]) Legitur in exemplo v. 4 ΙΟΥΛΙΟΝ errore typographi sine dubio, cum in transscriptione sit Ἰούνιον, v. 6 ΥΙΟΝΟΝ.

Formis Academicis (G. Vogt).


3.{218}
5.{235}
8.{250}
2.{187}
7.{245}
1.{184}
4.{220}
6.{236}
9.{168½}
TONDRVS
CREISITA
SECIOVCVS
ORESTE
ACLVES
SIMOS

ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOLVMEN I.

168*a* cista aerea artis rudioris nuper Praeneste reperta, quae nunc prostat Romae apud Augustum Castellanium.

(vide tabulam e regione n. 9.)

Stat homo loricatus et barbatus (ACIↄES), cuius dextra equum loro tenet, sinistra hasta innititur. Ad eum accedit adulescens campestratus (SIMOS), dextra porrecta tamquam aliquid cum eo communicaturus; sinistra tenet hastam, dorso gestat peram, ex qua avium (anatum?) capita exstant. Prope est adulescens (ORESTE/) adversa facie, a cuius umeris et petasus et chlamys pendet; dextra hasta innititur. Ab iis quos dixi aversus stat senex calvus (TONDRVS = Tyndareus), sceptro innixus, dextra porrecta ad mulierem pallio amictam quae prope stat aversa. Cuius nomen fieri potest ut perierit, cum aes eo loco vehementer sit corrosum. Ad Tyndareum autem assilit canis. Sequitur homo loricatus equum loro tenens. Adscripta cum sint SECI·ↄVCVS, certum est SECI pertinere ad hominem, LVCVS ad equum. Postremae sunt duae mulieres nudae (CREISITA et /EↄENA) circa labrum.

Iam cum cistam proponerem in consessu Instituti archaeologici (*Bull. dell' Inst.* 1872 p. 107), statui eum qui cistam fecisset in fabulis Graecis non fuisse versatum, sed expressis exemplis artis Graecae nonnullis nomina adscripsisse ad arbitrium.

168*b* speculum repertum Praeneste, extat Romae apud Martinettum.

		imberbis iuvenis vultu ad naturam vivide expresso		
		ME+IO	*puella stans dextra ad umerum*	
in suggestu iacet canicula	*puella chitone vestita et speculum tenens* ACIↄA	*cuius in gremio sedet puella nuda ornata armillis* ꞆASIA	*chlamydem tenens a dorso dependentem, praeterea nuda*	CEISIA *et quae seq.*

ad latus per longitudinem:

CEISIA · ↄOVCIↄIA · ꟼATA · RET · IVꟼIO · SETIO · ATOS · RET ·

Descripsi diligenter, mox recognovi cum Henzeno. Figurae adhuc latent ex parte sub aerugine. Eiusmodi picturam non ex fabulis repetitam, sed ad ipsam vitam domesticam adumbratam in speculis adhuc non habebamus. — Lectio certa est universa, nisi quod in inscriptione ad latus posita tertii vocabuli primum elementum aut est ut dedi aut sic Ꞇ; item septimi vocabuli secundum elementum aut T est aut I.

168*c* In cista, quam supra p. 14 edidi, postea etiam ad figuram Herculis nomen adscriptum sub aerugine prodiit sic HEΛ(ↄE⅄.

Romae. W. Helbig.

ADDITAMENTVM

AD FASTOS CONSVLARES CAPITOLINOS

(vol. I p. 438).

Fragmentum marmoreum effossum anno 1872 in foro Romano eruderando, nunc adservatum in monte Palatino in repositis.

Varr. 616	*p. cornelius. p. f. p. n. scipio. nasica. serapio*	*d. i* /N *ius. m. f. m. n. brutus. qui postea*
		⌈AL *laicus. appellatus. est*
617	*m. aimilius. .. f ... n. lepidus. porcina*	*c. ho* STÍLIVS . *a. f. l. n. mANCInus*
618	*l. furius. l. f. p. n. philus*	*sex.* \TILIVS · *l m. f. ..n. SERRANVS*
	cens. ap. claudius. c. f. ap. n. pulcher	*q. fulu* IVS·M·F·M·N . *nobiliOR · L · F · LVIII*
619	*ser. fuluius ... f.. n. flaccus*	*q. ca* LPVRNIVS · C *n. f. .. n. PÍSO*
620	*p. cornelius. p. f. p. n. scipio. african. aimil. ii*	*c. ful* /IVS · C · F · C · *n* *FLACCVS*

Descripsi. Fragmentum inserendum est inter fragmenta Capitolina XVIIII. XX*a* et XXII, in editione mea errore typographi male inter se coniuncta sic, ut consules anni 616 plane exciderint. Partem fragmenti XXII novo frustulo respondentem maiusculis dedi inclinatis.

A. 618 censoria alterius nomen ex litteris residuis OR recte coniectura assecutum esse Sigonium fragmentum recens repertum ostendit. — A. 619 consulis Pisonis patris praenomen adhuc ignorabatur. Iam cum littera C evidenter appareat, utrum C· ibi fuerit an CN·, non liquet; utroque enim praenomine Pisonum familia utebatur. — A. 620 consulis Flacci patris avique praenomina nunc demum innotescunt.

W. Henzen.

Occasione oblata adscripsi stemma Fulviorum Flaccorum.

[1] M. Fulvius Q. f. M. n. Flaccus cos. 490

[2] Q. Fulvius M. f. Q. n. Flaccus cos. 517. 530. 542. 545	[3] Cn. Fulvius Flaccus pr. 542	[4] C. Fulvius Flaccus legatus 543

[5] Q. Fulvius Q. f. M. n. Flaccus aed. cur. 570, pr. 572, cos. 575, cens. 580, † 582	[6] M. Fulvius Flaccus legatus 573	[7] Cn. (L.) Fulvius senatu motus 580	.. Fulvius Flaccus, post adoptionem L. Manlius L. f. L. n. Acidinus Fulvianus, cos. 575	[8] Q. Fulvius Cn. f. M. n. Flaccus aed. pl. 565, pr. 567, cos. 574	[9] M. Fulvius tr. mil. 574	[10] C. Fulvius Flaccus
[11] Ser. Fulvius Q. f. Flaccus cos. 619	[12] M. Fulvius M. f. Q. n. Flaccus cos. 629 † 633					[13] C. Fulvius C. f. C. n. Flaccus cos. 620

[14] filius † 633 — [15] filius impubes † 633 — [16] Fulvia ◡ L. Iulius Caesar cos. 664

L. Iulius Caesar cos. 690

1. 2. Patres avosque enuntiant fasti Capitolini.

3. Fratrem Quinti quater consulis appellat Livius 26, 3, 10.

4. Liv. 26, 5, 8. c. 14, 6. c. 33, 5. 27, 8, 12. Fratrem Quinti eiusdem appellat Livius l. c.

5. Patrem avumque enuntiant fasti Capitolini. Aedilem curulem eum fuisse a. 570, non 571 (Liv. 39, 39) demonstravi *röm. Staatsrecht* 1, 421. Praeturae meminit Livius 40, 1 seq. Utroque loco probabile est intellegi Q. Fulvium Q. f.; vide n. 8.

6. M. Fulvius Quinti praetoris a. 572 frater et legatus diserte commemoratur apud Livium 40, 30, 4; praeterea praenomina paternum et avitum Flacci cos. a. 629 ostendunt Quintum quater consulem filium habuisse nomine Marcum. Fuerunt autem eodem tempore duo M. Fulvii Flacci, alter Quinti filius, alter Gnaei, nec satis determinari potest, ad utrum eorum spectent honores qui sequuntur: Xviratus agris in Samnio et Apulia dividendis a. 553 (Liv. 31, 4, 3) — tribunatus plebis a. 555 (Liv. 32, 7, 8: M. Fulvius) — triumviratus deducendis coloniis Potentiae et Pisauro a. 570 (Liv. 39, 44, 10, ubi non perspicio, cur in M. Fulvio Flacco et Q. Fulvio Nobi-

liore praenomina invertautur, cum praesertim Q. Nobiliorem M. f. triumvirum coloniam deduxisse Cicero Brut. 20, 79 auctor sit) — legationes in Macedoniam a. 583 (Liv. 43, 1, 12: M. Fulvius) et a. 584 (Liv. 43, 11, 2).

7. Censores a. 580 Q. Fulvium Flaccum et A. Postumium Albinum e senatu movisse illius fratrem germanum et consortem auctores sunt Livius 41, 27, 2 et Velleius 1, 10 in praenomine huius dissentientes; nam Gnaeum appellat Velleius, Lucium Livius. Uter errarit, determinari non potest, quamquam Velleio favet, quod praenomen Lucii praeterea a Fulviis Flaccis alienum est. Cf. item quae diximus ad n. 9.

8. Praenomina patris avique supersunt in fastis. M. Fulvius Flaccus aedilis plebis a. 565 (Liv. 38, 35, 6), praetor a. 567 (Liv. 38, 42, 4. 6) idem videtur esse, non M. Fulvius Q. f., cum qui prior ad consulatum pervenit eundem probabile sit etiam reliquos honores priore tempore cepisse.

9. *Frater Q. Fulvii* consulis a. 574 *M. Fulvius Nobilior* tribunus militum anno eodem commemoratur apud Livium 40, 41, 7, ubi magis in cognomine erratum esse crediderim quam adoptionis iure Marcum hunc a Flaccis ad Nobiliores transiisse. Valerius Maximus 2, 7, 5 et qui eum expilavit Frontinus strat. 4, 1, 32, cum tribunum a. 574 a censore a. 580 senatu motum esse scribant, confuderunt binos Quintos et Marcos Fulvios Q. et Cn. filios. Ceterum iam diximus (ad n. 6) de Marcis quae traduntur parum determinari posse, ad ntrum eorum spectent.

10. Gainm hnnc requirunt notae filio adscriptae in fastorum fragmento recens reperto.

11. In senatusconsulto de Prienensibus et Samiis anni 619 expleto nuper a Lebasio (vol. III n. 195—198) consul primum dicitur Σέρουιος Φόλουιος Κοίντου υἱὸς στ[ρατηγὸς ὕ]πατος, mox [Σέρουιος Φ]όλουιος Κοίντου ὕπατος. Supplemento, quod proposuit Waddington Στ[ελλατίνα, ὕ]πατος obstat, quod in instrumentis publicis magistratuum nominibus numquam quod sciam tribus adscribitur; de supplemento supra scripto infra (p. 223 seq.) dicetnr. — Ser. Fulvium consulem a. 619 Quinti filium fuisse cum senatusconsultum modo laudatnm docuerit, quaerendum superest, utrum fuerit filius Quinti Q. f. consulis a. 575 an Quinti Cn. f. consulis a. 574. Illnm Livius (42, 28, 12 collato Val. Max. 1, 1, 20) scribit laqueo vitam finivisse a. 582 nuntio accepto ex duobus filiis, qui tum in Illyrico militarent, alterum decessisse, alterum gravi morbo aegrum esse. Hic quominus is sit qui fasces gessit a. 619, certe nihil obstat.

12. 13. Patrum avorumque nomina suppeditant fasti Capitolini.

14. 15. 16. Plutarch. C. Gracch. 16. 17. Cicero in Cat. 4, 6, 13 cum schol. Gronov. Philipp. 8, 4, 14.

Th. Mommsen.

ADDITAMENTA
AD TABVLAS TRIVMPHALES
(vol. I p. 453. 456. 459).

I.

Saxum marmoreum parte superiore corona, paullo inferius astragalo ornatum, quod fuit pars suprema parastatae primi tabularum triumphalium Capitolinarum, effossum a. d. V id. April. anni 1872 in foro Romano non longe a basilica Iulia versus aedem divi Antonini divaeque Faustinae.

ROMVLVS · MARTIS · F · REX · ANN/////
DE · CAENINENSIBVS · K · MAR
/////// MARTIS · F · REX · II
de antemnatibus . . . . . .

Descripsi.

De triumphis a Romulo ductis cf. Solinus 1, 20 p. 9 ed. M.: *idem Romulus regnavit annos septem et triginta. de Caeninensibus egit primum triumphum et Acroni regi eorum detraxit spolia quae Iovi Feretrio primus suspendit et opima dixit. rursum de Antemnatibus triumphavit, de Veientibus tertio*; de spoliis opimis Iovi Feretrio oblatis Festus s. v. *opima* p. 189 M., Livius 1, 10, Plut. Romul. 16; de triumpho de Veientibus acto id. 25. — Caeninenses ob raptas Sabinas bellum Romanis intulisse narratur, raptas autem esse has Consualibus, quae a. d. XII k. Sept. et a. d. XVIII k. Ian. celebrata esse constat (cf. I p. 400 et 408). Itaque cum triumphum Romulus egisse dicatur kalendis Martiis, Caeninenses autem primi inter populos Latinos ac statim post mulieres raptas arma ceperint, Consualibus mense Decembri celebratis raptus Sabinarum tribuendus esse videretur, nisi obstaret quod scribit Plutarchus (l. c. 15): *ἐτολμήθη μὲν οὖν ἡ ἁρπαγὴ περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ τότε Σεξτιλίου μηνός, Αὐγούστου δὲ νῦν, ἐν ᾗ τὴν τῶν Κωνσαλίων ἑορτὴν ἄγουσιν*; cf. l. c. 14: *τετάρτῳ δὲ μηνὶ μετὰ τὴν κτίσιν, ὡς Φάβιος ἱστορεῖ, τὸ περὶ τὴν ἁρπαγὴν ἐτολμήθη τῶν γυναικῶν.* Quae cum ita sint, triumphus primus Romuli ideo fortasse kalendis Martiis potest tributus esse, quod mensis Martius Marti patri sacer erat kalendisque Martiis natalis dei celebrabatur; cf. I p. 387.

II.

Fragmenta duo marmorea in eruderando foro Romano effossa a. 1872, adservata nunc in monte Palatino in repositis: in fragmento *a* supra inscriptionem spatium relictum est vacuum, in *b* superest etiam astragalus, quem notavi in capite parastatae primi ad Romulum spectante. Coniungenda frustula sunt cum fragmento Capitolino X cum eoque caput efficiunt parastatae tertii.

a *b*

Varr. 453 *M · VALERI* VS · M · F · M · N · CO *rvus* . AN · CDLII
IV · DICT · II · de ETRVSCEIS · E *t . mar* SEIS
X · K · DEcem BR

Descripsi.

Cf. fasti consulares et Liv. 10, 3—5. Ibi Valerius dicitur Maximus, de quo altero huius viri cognomine vide Mommsenum vol. I p. 566.

III.

Fragmentum marmoreum repertum ibidem eodemque loco adservatum, item effossum a. 1872: videtur proxime sequi fragmentum Capitolinum XVII.

Varr. 559 Q · M *inucius. q. f. l. n. thermus an. dlix*
PR *ocos. ex hispania citeriore .....*
560 M · POI *rcius. m. f. cato. procos. an. dlix*
EX · HI *spania. citeriore ....*
560 *t.* QVINC *tius. t. f. l. n. flamininus. an. dlix*
PROCOS *ex macedonia. et. rege*
PHILIPPO *per triduum ... ...*
563 M · FVLVIVS · M *f. ser. n. nobilior. an. dlxii*
PROCOS · OV *ans. ex hispania. ulteriore*
a · V · K · IAN
563 *p. co* RNEL *ius cn. f. l. n. scipio an. dlxii*
nasica. cos. de bois ......

Descripsi.

559 Cf. Livius 32, 28: *Hispanias Sempronius citeriorem, Helvius ulteriorem est sortitus.* Item 34, 10: .... *M. Helvio decedenti ex ulteriore Hispania* et post alia: *ceterum biennio post redierat, cum provincia successori Q. Minucio tradita annum insequentem retentus ibi longo et gravi fuisset morbo. itaque duobus modo mensibus ante Helvius ovans urbem est ingressus, quam successor eius Q. Minucius triumpharet.* Item 34, 17: *interim P. Manlius praetor exercitu vetere a Q. Minucio, cui successerat, accepto, adiuncto et Ap. Claudi Neronis ex ulteriore Hispania vetere item exercitu* cet. 33, 43: *par numerus ...... P. Manlio in citeriorem Hispaniam decretus et legio*

eadem, quae fuerat sub Q. Minucio praetore, data. Apparet Livinm sibi non constare, cum Minucio modo ulteriorem, modo citeriorem Hispaniam adscribat; nos hanc provinciam praetnlimus. Tabulae Capitolinae fragmentum XVII cnm finiat in triumpho Helvii, qnem Livins ait dnobus mensibus praecessisse Minnciannm, hoc illi videtur continuo subinnctum fuisse. In tabula Tolentinate vol. I p. 476 ex eodem trinmpho supersunt haec: |CIVS · THERMVS · P|

560 de Catonis triumpho cf. Liv. 33, 43 et 34, 46 et tabnla Tolentinas l. c.

560 de triumpho Flaminini cf. Liv. 34, 53: *triduum triumphavit* cet. et Plnt. Tit. 14 et tabula Tolentinas; restitui adhibitis actis a. 587.

563 cf. Liv. 36, 21: *per eosdem dies et M. Fulvius Nobilior, qui biennio ante praetor in Hispaniam erat profectus, ovans urbem est ingressus* cet. et denno 36, 39: *per eosdem dies M. Fulvius Nobilior ex ulteriore Hispania ovans urbem est ingressus.* Dies nnnc primnm innotescit.

563 de Cornelio cf. Liv. 36, 40: *P. Cornelius consul triumphavit de Bois*; cf. 36, 39.

W. Henzen.

ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOLVMEN IV.
(n. 2551—2880.)

TITVLI VASIS FICTILIBVS INSCRIPTI POMPEIIS REPERTI.

Vasa fictilia inscriptionibus insignia quaecunque annis 1868. 1869. 1870 Pompeiis reperta sunt, Fiorello magistro hortante simul atque effossa sunt, diligenter examinavi titulosque descripsi. Ex quibus potiores selectos infra ita proponam ut ordinem fere sequar eum quo eiusdem generis tituli ante a. 1868 reperti in quarto volumine C. I. L. dispositi leguntur. Notae numerales Romanae ad vasorum nomina additae formas eorum significant, quales exhibentur delineatae in tabula eiusdem operis paginae 171 addita. Thermae quarum frequentem mentionem faciendam mihi esse video, eaedem sunt de quibus Schoenius ib. p. 172 dixit. Novum museum Pompeianum id dico quod prope portam *della Marina* nuper extructum est.

Titulos a Schoenio descriptos editosque ego quoque ex ipsis vasis descripseram; his meis cum illius exemplis conlatis potiorem lectionis diversitatem hac opportunitate oblata publicandam esse duxi.

CORRIGENDA IN EDITIS.

169 (ad IV, 2645. 2646). Meum apographum hoc est:

a M

b C1. ILARIS

---

170 (ad IV, 2650). Haec sic descripsi:

///////
///////
///////
///////
T· CXCV
L· IVNI HERMEROTIS

171 (ad IV, 2655). Postremi versus reliquias sic descripseram:

C · ƆAPINI PLANTALS

i. e. *C.* [*S*]*a*[*b*]*ini* vel *C.* [*P*]*a*[*p*]*ini Planta*[*e*]*s*.

---

172 (ad IV, 2676.) Hunc titulum plenius Fiorellus excepit ex vase recens reperto:

ΓΕΜΕΛΛΟΥ
Mι ΠΡ
C · V · F

---

173 (ad IV, 2688.) In amphorae fragmento quod extabat in thermis, haec legi atramento exarata: L/// PAPINI

quae eadem esse videntur atque a Schoenio l. l. edita.

---

174 (ad IV, 2703.) In collo eiusdem amphorae haec atramento scripta:

MON/////

---

175 (ad IV, 3818.) Inferiora sic descripsi:

ꟻVII

INEDITA LATINA PENICILLO CALAMOVE SCRIPTA.

176 In amphora (VIII) fracta 1870 mense Decembri reperta atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

FAVSTO CORNELIO
L· SALVIO OTHONE COS p. Ch. 52
IIII · IbVS APAILES
AOC

Descripsi.
4 ex antiquiore inscriptione superesse videtur.
[3 dies indicatur quo vinum in amphoras diffusum est. R. Schöne.]

---

177 In amphora (XII) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta pulchris litteris albo colore scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

IMP · VLSPASIANO III p. Ch. 71
M · COCCEIO COS

Descripsi.

---

178 In amphorae fragmento mense Novembri 1869 reperto pulchris litteris albo colore scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

SVR · FABIAN
IMP · VESPAS · IV p. Ch. 72

Descripsi.
Cfr. IV, 2556.

179 In amphora (IV) mense Martio 1868 effossa rubro colore scriptum prope ansam; extabat in thermis.

CoM////ΛVNIÀNV//////

Descripsi.
Com[m]unianu[m].

180 In amphora (XIV) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta atramento scriptum; extabat in thermis.

a COMVN

b COMVNI

Descripsi.
Cfr. titulus praecedens; *b* litteris recentioribus perscriptum.

181 In amphorae fragmento mense Decembri 1869 reperto atramento minutis litteris perscriptum; extabat in thermis.

T) C T
COM

Descripsi.
2 cfr. tituli praecedentes.

182 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

a G · F ΓΕΓSE

b sub ansa: SCRIB///NI/////IIGN

Descripsi.
a cfr. IV, 2570—2581.
b *Scrib[o]ni [Ben]ign(i)* fuisse coniecit Henzenus.

183 In urceo (VI) mense Augusto 1869 reperto atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

G · F· SCOMBλ
SCλVΛI
EX O//ICINΛ CΛICT·HTI

Descripsi.
1. 2 cfr. IV, 2576. — 3 Fortasse legendum est *ex officina Epicteti*; postrema valde obscura et incerta sunt.

184 In urceo (VI) atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

G · F · ScomBλI
Somitj
Cx o//ıcı///λ λ ϲ λ cnoϲj

Descripsi. Tab. I 1.
2 satis clare scriptum videtur *Somiti*; sed legendum erit *Scauri*. — 3 *ex offic[in]a ..... oci*.

[Hic et in titulis n. 185 et 188 primnm apparet casus genetivus *scombri*; in ceteris nihil nisi *scombr* perscriptum est. R. S.]

185 In urceo (VI) fortasse a. 1867 reperto atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

G · F SCOMLλI
SCλVλI
EX O//ICINA NIA///////TJ

Descripsi.

186 In nrceo (VI) mutilo, mense Aprili 1869 effosso atramento scriptnm; extabat in antiqno mnseo Pompeiano.

G F SCOMλJ
SCAVRJ
Cχ O//ICINA AE/

Descripsi.
3 in fine idem nomen scriptum fuisse videtur atque in titulo n. 183, 3.

187 In urceo (VI) mense Maio 1870 effosso atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

G F SCOMbA
SCAVRI
λSTIAbOλ

Descripsi. Tab. I 2.
Vs. 3 litteris crassioribns exaratus est neque simul cum prioribus scriptus sed postea additus videtnr; qnomodo explicandns sit nescio. [Mihi satis clare *A. Stlabor(i)* nomen apparere videtnr. R. S.]

188 In nrceo (VI) atramento scriptum; extabat in thermis.

CAK CλST
SCOMbPI/// FOΓTVNATI

Descripsi.
Gar(um) cast(.....) scombri, Fortunati; cfr. IV, 2569.

189 In parva amphora (II) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta atramento scriptum; extabat in thermis.

G · SOCCIOAVM

Descripsi.
[Plin. N. H. XXXI 94 *nunc e scombro pisce laudatissimum* (sc. garum) *in Carthaginis spartariae cetariis — sociorum id appellatur — singulis milibus nummum permutantibus congios fere binos.* R. S.]

190 In urceo (VI) mense Augusto 1869 reperto atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

λιq
G F SCOMBλ
SOAVλI

Descripsi.
[1 *liq(uamen)* R. S.]
3 *Scauri?* quamquam similiter atque in titulo n. 184 *Somiti* scriptum esse videri potest.

---

191 In amphora (VII) antiquitus fracta et resarta, quae mense Augusto 1869 effossa est, minutis litteris scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

VI
λιq

Descripsi.
2 *liq(uamen)*; cfr. IV, 2589 ss.

---

192 In amphora (VII) ante annum 1868 reperta atramento scriptum; extabat in thermis.

\IQCVAN *sic*

Descripsi.
Liquam(en).

---

193 In urceo (VI) mense Ianuario 1870 effosso atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

in collo: λIQ
λ · VMBRICI SCAVλI
λ · V O

in ventre: λIQ
λ VMλICI SCAVλI
λ V C

Descripsi.
Sunt duo tituli alio alius tempore exarati. Litterae singulares versuum tertii et sexti vini genus significare videntur. [Immo ad nomen virile referendae; neque enim vinum si quid video, sed *liq(uamen)* urceus continuit. R. S.]

---

194 In urceo (VI) mense Septembri 1869 reperto parvis litteris atramento inscriptum; extat in novo museo Pompeiano.

MVN·

Descripsi.
[*Muri(a)?* cfr. IV, 2609. R. S.]

195 In amphora (VIII) mense Novembri 1870 reperta atramento scriptum; extat in thermis.

a C · M · A

b ab altera parte: LAVR
IIII
M · P · F

Descripsi.

b 1 *Laur(entinum vinum)?* [Cogitarim potius de Lauronensi, v. Plin. N. H. XIV 71; quamquam hoc quoque parum certum. R. S.]

---

196 In amphorae fragmento mense Iunio 1870 reperto atramento scriptum; extabat in antiquo museo Pompeiano.

OLIVAS
M · AMPLIA
TI

Descripsi.

1 cfr. n. 199.

---

197 In amphora (VII) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta scriptum; extabat in thermis.

a atramento scriptum: INVTIII
C · C H

b ab altera parte rubro colore scriptum:
RVBA
VET · IIII
L · X F

Descripsi una cum amico de Petra.

a 1 litterae valde confusae et evanidae; fortasse significant *inutile.* [Immo hic eadem scripta fuisse quae leguntur IV, 2583, scilicet *in usus C. C. H.* probabile est, praesertim cum utrumque vas nisi fallor in iisdem aedibus repertum sit. R. S.]

b cfr. IV, 2616 cuius tituli interpretatio ab Orello proposita haud scio an falsa sit.

---

198 In urceo (VI) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperto atramento inscriptum; extat in thermis.

a L · COR · H
VIO
C W

b infra ansam: COSS ч

Descripsi titulum ut primum effossus est, cum amico de Petra.

1 *L. Cor(nelii) H(ermerotis)* cfr. IV, 2583. 2588. [Cfr. supra n. 197; nonne prima littera C potius quam L est? Sane duo alia vasa in iisdem aedibus reperta C · C · H inscriptum habent. R. S.]

---

199 In amphora (VII) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta scriptum; extabat in thermis.

a atramento:

OLIVA
CM
n^L^X

b ab altera parte rubro colore posteriore tempore additum:

AVbA
VET////
H

Descripsi una cum amico de Petra titulum recens repertum.
a cfr. IV, 2610 et eph. 196.
b cfr. n. 197.

---

200 In amphora (XIV) ante annum 1868 reperta atramento scriptum; extat in thermis.

Γ////S///E//S
VET · ΓIII
T I F

Descripsi.
1 Haud scio an [*V*]*es*[*uvinum*] (*vinum*) significetur.

---

201 In amphora (XIV) ante annum 1868 reperta atramento scriptum; extabat in thermis.

a in collo:

SOC
XXX\
AIIIA
C · CA//////////////

b in ventre: M

Descripsi.
1 (*garum*) *soc*(*iorum*). [Valde dubium videtur. R. S.]

---

202 In urceo (VI) atramento scriptum; hodie extat in novo museo Pompeiano.

TIAΛENI

Descripsi.

203 In amphora (XIV) 1868 mense Martio in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

PICCATI ADE
EXCELLES
SVMM
AAA
CCCL
METL · CLAVDIORVM

(in latere:) 7 DOMITT////

Descripsi titulum recens repertum una cnm amico de Petra.
[6 id est *M. et L. Claudiorum.* — 7 cfr. IV, 2588. R. S.]

204 In amphora (XIV) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta atramento scriptum; extat in thermis.

ƧΛCΛTZE
VENVM
EXCCELL
SVMM
Λ/////////
LXXXV
PROCVLO ET VATIA

Descripsi una cum amico de Petra.
1. 2 Fortasse *piccatum vinum.* — 3 interpretor *excell(ens)*, non *ex cell(a)* ut Mommsenus et Schoenius ad IV, 2596; vd. eph. 203, 2. [Mihi vs. 1. 2. 3 prorsus congruere videntur cum tribus primis versibus tituli IV, 2596; fortasse hic quoque legendum *ex(s) cell...* In fine vide num nominentur consules praeterea ignoti. R. S.]

205 In amphora (XIV) mense Martio in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

COΛIΓ
SVMMA
EXCEL
XΠ̄T̄Λ
XXXX
M · COSCONI SATVRNIN

(in latere:) NACTVAVI

Descripsi titulum recens effossum una cum amico de Petra.
Cfr. tituli simillimi IV, 2636. 2637.

206 In amphora (XIV) ante annum 1868 reperta atramento scriptum; extabat in thermis.

C///oAIXAF
ExceLL
Svmma
XXXX
/////////
///////

Descripsi.

Cfr. IV, 2655. 2669.

207 In collo fracto magnae amphorae mense Martio 1868 reperto atramento scriptum; extat in thermis.

///////
///////
svm////
ιλ//
LXVIIII

Descripsi una cum amico de Petra; reliquiae sunt tituli similis praecedentibus n. 203. 204. 205.

208 In amphora (XIV) mense Decembri 1870 reperta atramento scriptum; extabat in thermis.

Q · POST
Lumuet — HONOC
λmλ
λvIIC
C · CCUSTI λCλTHEMERIS

Descripsi.

2 cfr. IV, 2598. [2. 3. 4 cfr. IV, 2585. 2599—2601. R. S.]

209 In amphora (XIV) mense Novembri 1870 reperta minutis litteris atramento scriptum; extabat in thermis.

M · ANT · IAP/////

Descripsi.

210 In amphorae fragmento mense Decembri 1869 reperto atramento scriptum; extabat in thermis.

M////YλC/////
CALVISI NARC/////I////

Descripsi.

Vs. 1 litteris minoribus antiquioribusque scriptus et valde evanidus est. 2 *Calvisi Narc[iss]i.*

211 In amphora (XIV) ante annum 1868 reperta scriptum.

a rubro colore: SOD · CAE//////

b ab altera parte atramento:

LVCANI TI//////OVC
SVMM

c ibidem in inferiore parte litteris antiquioribus et valde evanidis:

DCM PAC

Descripsi.
a *Sod(alis) Cae(saris)?*
b 2 *Summ(ae)*; vinum in monte Summa natum intelligendum esse opinor. [Montem antiqua aetate Summae nomine dictum novimus nullum. R. S.]

---

212 In amphorae fragmento mense Maio 1870 reperto atramento scriptum; parieti insertum fuit. Hodie in thermis asservatur.

LVTATI

Descripsi.

---

213 In urceo (VI) mense Aprili 1869 reperto atramento scriptum; extabat in thermis.

NAΛCISSI

Descripsimus Fiorellus et ego.

---

214 In amphora (XIII) atramento scriptum; extabat in thermis.

L· SABINI

Descripsi.

---

215 In amphora (IV) rubro scriptum; extabat in thermis.

SATVRNINO

Descripsi.

---

216 In amphora (IX) mense Martio 1870 reperta atramento claris litteris inscriptum; extabat in thermis.

Q LXVIII FXIII
OF LVB
P · SITTI · PROCVLI

Descripsi.
2 *of(ficina) Lub...?* LVB fortasse habendum est pro indicatione loci alicuius in quo extiterit officina, ut in titulo IV, 2565. — 3 in programmate IV, 765 est *Sestius Proculus*, ubi haud scio an legendum sit *Sittius Proculus.*

217 In lagoena atramento scriptum.

C I F
PLXXXVI Г XVIII
VΛΓINO

Descripsi.
[3 fortasse *Varino* vel *Vareno*. R. S.]

---

218 In vase quod dicitur *langella* mense Novembri 1869 reperto atramento scriptum; extabat in antiquo museo Pompeiano.

M · VOLSONIA IANVARIA
ð · V

Descripsi. Tab. I 3.
[Prima littera siquidem M est, quid sibi velit, non apparet; sed quae in tabula delineata sunt, non M sed ꝺ i. e. *ab* referre videntur, cfr. IV, 2573. 2576. 2578. 2594. 2643 et infra eph. 255. 267. R. S.]

---

219 In amphora (XIV) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta inscriptum; extabat in thermis.

a rubro: M · A · M

b ab altera parte atramento scriptum:

ЬPA · AKI

Descripsi titulum recens effossum cum amico de Petra.

220—224 In quinque amphoris (VIII) repertis in peristylio domus n. 18 insulae II regionis IX parvis litteris atramento scriptum; extabant in thermis. Hodie aliquot earum in novo museo Pompeiano asservantur.

220 III
m O O
M·A·T

Descripsi. Tab. I 4.

221 III
TICOO
M·O·F

Descripsi.

222 IV
m O O
M·A

Descripsi.

223 III
TJCOO
M·A·F

Descripsi.

224 m O O
M A F

Descripsi.

225 In amphora (IV) mense Ianuario 1870 reperta minutis litteris atramento scriptum; extabat in thermis.

M · Λ · F

Descripsi.

---

226 In amphorae fragmento mense Novembri 1869 reperto atramento scriptum; extat in novo museo Pompeiano.

C · M · AMP ·

Descripsi.

---

227 In amphorae collo 1870 mense Ianuario una cum n. 231. 232 repertae atramento scriptum; extabat in thermis.

V
M · C · N
AIΛΛCOMΛNCJ
SCC/////ΛΛЄTMVJ
M · S · F

Descripsi titulum recens effossum; sed iam tum vss. 3. 4 valde evanidi et obscuri erant. Vss. 1. 2. 5 distincte scripti, fortasse post 3. 4 alio tempore. [5 *M. S(tlabori) F(elicis)*? coll. IV, 2665. R. S.]

---

228 In amphora (IV) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperta albo colore scriptum; extabat in thermis.

ΛN MO

Descripsi una cum amico de Petra.

INEDITA LATINA GRAPHIO SCRIPTA.

229 In amphora (VIII) mense Decembri 1869 reperta graphio scriptum; extabat in thermis.

CANDIDI

Descripsi.

---

230 In amphorae ut opinor fragmento graphio scriptum.

VINVM
OLIIVM ΛII
'NR

Descripsit Fiorellus.

INEDITA GRAECA.

231. 232 In duobus amphorarum fragmentis mense Ianuario 1870 una cum n. 227 effossis atramento scriptum; extabant in antiquo museo Pompeiano.

231 Κ·ΑΜΦΙΜΑϽΟΥϹ
ΧΟΦѠΝ

2 incertissima sunt.

232 Κ ΑΜΦΙΜΑ///ΟΥ///
λ ο ψ

Descripsi ut primum effossa sunt.
In utroque titulo K. 'Αμφιμάχου legendum esse apparet.

---

233. 234 In duabus amphoris (VIII) mense Ianuario 1870 repertis atramento scriptum; extabant in thermis.

233 ΤΙΚ
ϹΠΑϕΛΟD////////Υ

Descripsi.

234 ΤΙΚ
ЄΠλϕΛΟD///ΤΟΥ

Descripsi.
In utroque titulo vs. 2 fuisse videtur 'Επαφροδίτου

---

235 In amphora (VIII) mense Aprili 1870 reperta atramento scriptum; extabat in thermis.

ΔΡΥ//// ΥΔΡΟ
Δ Δ ⟩ ∟ ω ν ο c
Α Λ ωΜ α

Descripsi. Tab. I 5.
1 litterae antiquiores et quadratae; δρυ initium videtur eiusdem vocabuli a quo vs. 2 initium capit. — 3 ἄρωμα? [vss. 2. 3 quales in tabula delineati sunt, sic legendi videntur: Δάμωνος ἄρωμα. R. S.]

236—243 In octo amphoris (VIII) in horto domus n. 18 insulae II regionis IX mense Ianuario 1870 repertis minutis litteris scriptum; extabant in thermis.

236 Κ·ЄΥΡΥΤΟΥ
ΚϤ

Descripsi. Tab. I 6.

237 Κ· ЄΥΡΥΤΟΥ
KAL

238 //// ЄΥΡΥΤΟΥ

239 //////CΥΡ///Τ///ΟΥ

240 Κ ϯΥΛΥΤΟΥ
ΧԿ

241 Κ ЄΥΡΥΤΟΥ
✝·h

242 ΛΜΥ///////////ΣΜ
CΥΡΥΤC////

243 ΚΛΑΥ/////Ζ/////ΜV
ΕΥΡΥΤΟ/

Descripsi cunctas cum primum effossae essent.

244 In amphora (VIII) 1869 mense Novembri reperta atramento satis distincte scriptum; extat in museo Pompeiano.

a ΟΙΝΟC
ΛΙΚΙΝΙΟΥ
ЄΙΡΗΝΛΙΟΥ

b ΛΥ

Descripsi titulum, ut primum effossus est, una cum amico de Petra.
b prope ansam legitur.

245 In amphora (VIII) mense Decembri 1869 reperta minutis litteris atramento inscriptum.

ΛΥΚѠΝΟC
ΔΑΥΛΗ

Descripsi. Tab. I 7.
Cfr. IV, 2842. Sed in huius et sequentis tituli prioribus versibus Λύκω-νος legendum esse Schoeniique interpretationem tituli modo allati his novis corrigi vidit Henzenus.

246 In amphorae (VIII) fragmento atramento scriptum; extabat in thermis.

ΛΥΚѠΝC///////
Θ Κ

Descripsi.
Vd. ad n. 245.

247 In vase cuius formam ignoro, atramento ut opinor, inscriptum.

ΜЄCCΟΜΗΔΟΥC
ΔΛΨ

Descripsit Fiorellus.

248 In parva amphora (VIII) mense Decembri 1869 reperta atramento scriptum.

C · ΓΟΛΥΔΟΚΟΥ

Descripsi.

249 In vase nescio cuius formae.

ϹΕΡΑΓΙϹ <
ΔωΡΑ ⊏

Descripsit Fiorellus.
Cfr. n. 250.

---

250 In amphorae fragmento atramento scriptum; extat in thermis.

⟨ Ϲ Ρ Α Γ Ι Ϲ
ΔωΡο

Descripsi. Tab. I 8.
Cfr. n. 249. IV, 2725. 2849.

---

251 In amphora (IV) in peristylio domus n. 18 insulae II regionis IX mense Ianuario 1870 reperta atramento scriptum.

ΓΑΠΟΥ
+ΑΠΟΝ

Descripsi titulum recens effossum; litterae grandes et clarae.

---

252 In urceo (VI) mense Martio 1868 in peristylio domus M. Gavi Rufi reperto atramento scriptum; extabat in thermis.

λκλ
✓Π

Descripsi cum amico de Petra.

Romae.

E. Brizio.

AVCTARIVM.

Titulis a Brizio a. 1870 descriptis iam accedunt alii superiore anno in aedibus templo quod dicitur Veneris a parte occidentali adhaerentibus reperti et a Iulio de Petra in novissimis commentariis effossionum (*Giornale degli scavi di Pompei* II p. 181. 182) editi. Vasa in quibus leguntur, haud scio an ad Gaviae Severae penum pertinuerint, cuius nomen legitur in tribus urceis et duabus amphoris. Sane in membro quodam earundem aedium parieti inscriptum est *M. Gavius Prothimio* [Προθυμίων?] (vd. *Giornale* II p. 180), quem in promptu est suspicari eiusdem Gaviae fuisse libertum. Subiciam duos titulos quos Iulius de Petra ibidem edidit alio loco prius repertos.

253 In amphora mense Octobri 1871 reperta.

Π
MIRRIS
GAVIAE

I. de Petra *Giornale* II p. 181.
M(y)rris planta est cicutae similis de cuius vario in medicina usu cfr. Plin. N. H. XXIV 154.

---

254 In amphora mense Octobri 1871 reperta.

Π
ANΠXIR
GAVIAE

I. de Petra *Giornale* II p. 181, qui vs. 2 *appir...* legit; quod quomodo assequatur non perspicio.

---

255 In urceo mense Septembri vel Octobri 1871 reperto.

G F SCOMBR
SCAVRI
AB VMBRICIA

I. de Petra *Giornale* II p. 182.

---

256 In fragmento urcei mense Sestembri vel Octobri 1871 reperto.

MEL · THYMINVM · A
GAVIAE · SEVEI

I. de Petra *Giornale* II p. 182 qui addit, in alio urceo d. 21 mensis Septembris 1871 reperto etiamtnm mel extitisse. *Mel thyminum*, quod commemorat etiam Columella VI 33, 2, dicitur e thymo factum, *coloris aurei*, *saporis gratissimi* secundum Plinium H. N. XI 38.

---

257. 258 In duobus urceis mense Septembri vel Octobri 1871 repertis.

GAVIAE
SEVERAE

I. de Petra *Giornale* II p. 182.

---

259 In amphora mense Septembri 1871 reperta.

T · CALPVRNIO
TQVILIAF

I. de Petra *Giornale* II p. 181.
2 Fortasse *(A)quiliae* vel *(A)quilae*.

260 In collo amphorae fractae mense Septembri 1871 repertae.

A

A PICT

I. de Petra *Giornale* II p. 181.

261—266 In amphoris mense Octobri 1871 repertis. *Si trovò ... una quantità grandissima di anfore quasi tutte senza alcuna lettera dipinta nè in bianco nè in nero, meno poche le quali portavano chiaramente o l'una o l'altra di queste sei leggende.*

261 L C S

262 L C Q

263 L·C·S·Q

264 GA·M·IE·S

265 G M· FF

266 VE II ST

I. de Petra *Giornale* II p. 181.

267 In urceo d. 2 mensis Februarii 1868 reperto atramento scriptum.

gARCAST

as VMBRICIA FORTVNATA

I. de Petra *Giornale* II p. 182.

268 In amphora Pompeiana, mense Septembri 1857 a Iulio de Petra lectum:

laccat(um) et tinc(tum) vet(us)


I. de Petra *Giornale* II p. 181.

Halae S.

R. SCHÖNE.

ADDITAMENTA
AD CORPORIS VOLVMEN IV.

POMPEIANAE GRAPHIO SCRIPTAE.



269 in domo, quam Cissonii fuisse probabilis est Petrae opinio, effossa anno 1871, in partis A cubiculo pone porticum posito.

CISSONI · ALAPA · DVOBVS · PVVIIRIS FELICTIIR

De Petra in *Giornale* II (1871) p. 180 n. 1.

Cissoni(i) alapa duobus pueris (cf. III p. 962 *povero*) *felic(i)ter.* — Cf. IV, 2374 *laculus Priscillo amabiliter.* — Cissonius habetur in inscriptione IV, 659 in domo vicina picta; item infra n. 282 et 289.

---

270 in eiusdem domus parte B, in porticus ordinum dextri et postici columna angulari.

ARMA VIR

Descripsi 11 Mai. 1872. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 225 n. 7. Cf. IV, 1282. 2361. 3198. 3337.

---

271 infra praecedentem.

FESTINABILITER

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 225 n. 8.

Id genus adverbiorum amasse videntur Pompeiani; *amabiliter* IV, 2032 et 2374, *fratrabiliter* 659, *incurabiliter* 3034c, *irrumabiliter* 1928; cf. 2138.

272 ibidem, in ordinis postici columna secunda a dextra.

CRESCES CONSIIRVIS
VNIVIIRSIS SAL

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 225 n. 14.
2 littera L, sicut in compluribus aliis huius porticus inscriptionibus, formam habet illam, quae est IV tab. I col. IV n. 14*b*.

---

273 in eadem columna.

AEPHEBVS \
SVCCESSO PATRI
SVO SAL

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 225 n. 15.
1 *Aephebe* habes n. 281. — 2 idem nomen prope n. 285 legi sic inscriptum: SVCCESVS. — 2 inter O et P cursiva N (cuius prima hasta per posteriorem litterae O lunulam descendit) temere exarata est; SVCCESSORI Petra. — 3 post SAL lineae quaedam temere factae, non litterae, extant.

---

274 in eadem columna.

CRESCES ARCHITIICTVS

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 225 n. 17.
Idem in eiusdem porticus pariete repetitum legit Petra l. c. p. 227 n. 54.

---

275 in eadem columna, in navis figura graphio delineata.

phalli figura Q · HABIAT
CLYMIINII

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 225 n. 18.
Q(uintus) habiat Clymene(n). IV, 1281 est *Proclus Clumenen urit(?).*

---

276 ibidem, in ordinis postici columna a dextra tertia, in navis figura.

CRIISCIIS SPATALIO

De Petra in *Giornale* II (1872) p. 225 n. 19.
Nota novum *spatalionis* vocabulum. [Nisi potius dativus est nominis mulieris, quae non Spatale sed Spatalium vocabatur. HVEBNER.]

277 ibidem, in ordinum antici et sinistri columna angulari. Lineis striarum fines indicavi.

| SEVBVLI (O) | SEVBVLIO |

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 225 n. 27 et 28.
Seubulio nomen adhuc ignotum.

---

278 ibidem, in ordinis antici columna a sinistra secunda.

CRIISCIIS HAVII · ANIMA
DVLCIS · IIT · SVAVIS

De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 34.
IV, 2413 *h* est *anima dulcis va(le)*.

---

279 ibidem, in columna tertia.

LADICVLA
FVR IIST

De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 36.

---

280 ibidem, in ordinis dextri columna tertia.

PERARL
FVR·ES

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 43.
1 L eadem forma est, qua supra n. 272. — Nomen fortasse de industria obscure significatum est. De lectione enim ne dubita.

---

281 in eadem columna.

AEPHEBE-
ARDALIO-ES

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 44.

---

282 in eadem columna.

CISSONÍO SAL

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 45, qui in alia columna CISSONIVS inscriptum legit, v. p. 226 n. 30.

---

283 in eadem columna.

FVMIOLVS
CVM ARCHIMÍMO
A SIPARÍO
RIICIIPTVS

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 46.

284 infra praecedentem ab eadem manu.

CRÓMII CVM
NOVIIRCA
TRIIS PANNOSİ
PATIIR CVM AGLA'' ///

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 47.
4 pone AGLA sequitur fortasse V vel II, deinde lacuna, qua una duaeve litterae absumtae esse possunt.

---

285 in eiusdem porticus pariete dextro.

BV*CCO*

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 48.
Litterarum CC lectio non est satis certa.

---

286 ibidem.

S
A
B
I
N *quadrupedis*
I *figura*
O
H
I
C

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 49.

---

287 pone praecedentem.

SABINIO \ ARS \
ARS \ VRBICI \ VBIQ
quadrupedis
figura

Descripsi. — De Petra in *Giornale* II (1872) p. 226 n. 50.
Sabinio gladiatoris vel venatoris esse nomen videtur. *Ars* quid sibi velit non intellego. [Cf. quod scriptum est in titulo Carthaginiensi M. Oppii M. f. (II, 3498): *foresis ars hic est sita; flet titulus se relictum.* HVEBNER.]

---

288 in eodem pariete.

RIISTITVTVS
SIIRVOS BO
NVS

De Petra in *Giornale* II (1872) p. 227 n. 51.

289 in eiusdem porticus pariete, qui est inter tablinum et fauces.

CRESCES
CISSONIO
SALVTEM

De Petra in *Giornale* II (1872) p. 227 n. 53.

290 in aditu domus, cuius ostium in vici Thesmi latere occidentali primum est a vico Balbi septentrionem versus pergenti, in pariete dextro.

XV K FIIBRARIIS

Descripsi.

XV k(alendas) febr(u)ares; cf. IV, 1431 *VII k. febres.*

C. Zangemeister.

ADDITAMENTA

AD CORPORIS VOLVMEN II.

291 Caetobrigae (i. e. in situ parietinarum quae *Troya* dicuntur prope hodiernam *Setubal*; cf. II p. 8) reperta sunt m. Decembri a. 1871 fragmenta tabulae lapideae magnae quattuor, quae componi potuerunt nullo negotio; partes reliquae, quamquam quaesitae studiose, nondum prodierunt. Litterae dicuntur esse optimae.

*l. c*ORNELIO · L · F
*b*OCCHO
*flamin*II · PROVINC
tr. MIL · LEG · III · AVG

Augustus Soromenho descripsit, qui lectionem affirmat omnino certam esse excepta sola littera versus primi paenultima, quam etiam C esse posse putabat.

[*L. C*]*ornelio* [*C.*] *f*(*ilio*) [*B*]*occho*, [*flami*]*ni provinc*(*iae*), [*tr*(*ibuno*)] *mil*(*itum*) *leg*(*ionis*) *III Aug*(*ustae*) ...

Referendus est titulus summa cum probabilitate ad Cornelium Bocchum historicum, cuius chronica Solinus excerpsit (cf. Mommseni ad Solinum praefatio p. XVII), postquam eius de admirandis fortasse Hispaniae libro librisve iam Plinius ipse usus est frequenter (v. c. 37 § 24. 97. 127 et in indicibus librorum 16. 33. 34. 37), cuiusque iam notus erat titulus inter Salacienses a me positus C. I. L. II, 35 et ita secundum Cornidis et Clusii exempla editus:

L · CORNELIO · C · F
BOCCHO
FLAM · PROVINC · TR · MIL ·
COLONIA · SCALLABITANA
5 OB · MERITA · IN · COLONIAM

Si revera Lucii praenomen, non Gai, in titulo Caetobrigensi est, vir hoc titulo honoratus potest etiam filius fuisse eius, quem Salaciae videtur honorasse colonia Scallabis (hodie *Santarém* ad Tagum sita ab Olisipone versus

septentriones); nisi forte Cornide erravit atque in illo quoque L·F scriptum erat. Puto enim etiam Salaciensem titulum Caetobrigae repertum esse; viderat illum Clusius in *Alcaçar do Sal* vico *en el braço de Setubal,* Cornide prope ecclesiam *de la Misericordia,* sitam illam in agris inter oram Setubalensem et Salaciam veterem, quae in *Alcaçar do Sal* eollocatur aliqua cum probabilitate, fere mediis, hominemque indicari in utroque eundem, cum etiam dignitates prorsus conveniant. Nam quod in titulo prius iam noto legionis numerus et cognomen omissa sunt, id factum est ex saeculi primi consuetudine notissima. Itaque Caetobriga, quod erat oppidum vetustum ad mare situm ab Olisipone meridiem versus, aut oriundus esse aut praedia ibi habuisse putandus erit Bocchus rerum scriptor ibique etiam statuis honoratus esse a variis oppidis Lusitanis. Quod in legione tertia Africana tribunatum obtinuit non obstat origini eius Lusitanae. Boccbi cognomen similiaque originis fortasse Africanae etiam in Lusitania non rara sunt; *Boccus* in titulis Visaeensi (II, 410) et Cauriensi (II, 769) reperitur.

---

292 *Onias* prope *Santarem*; servatur Olisipone in musco archaeologico *do Carmo.* Litterae sunt optimae saeculi primi vel secundi ineuntis.

M · AEMILIVS · M · F
GAL · TVSCVS · AN · XLV
I·T·M·F·C· H·S·E

Ectypum misit Soromenho.

V. 3 lego *i(dem) t(estamento) m(onumentum) f(aciundum) c(uravit). H(ic) s(itus) est).*

Duabus ex causis adscripsi titulum per se memoria vix dignum, primum propter formulam u consnetis paullo diversam, deinde propter numerum XL ita scriptum, ut L minor sit quam X praecedens. Solebant enim atque hodie etiam solent docti Hispani atque Lusitani ex tali scriptura derivare ϰ formam in monumentis Hispanis inde a saeculo fere sexto positam pro X simplici, de qua dixi in sylloge titulorum Hispaniae christianorum (p. XIII). Apparet vero quantum distet X illa ornamenti causa apice quodam vel cauda instructa ab L minore post X posita, sed ita posita, ut nulla inter eas perspiciatur coniunctio.

Ad n. 2559. Cuius oppidi Lusitani nomen versu tituli huius quinto legendum sit, cum inde a saeculo XVI (cf. auctarium addendorum p. XLV) ante me nemini, ut putabam, contigisset certo definire, libenter me quoque concederem erravisse meliora edoctus. Examinavit titulum rupi incisum prope turrim Herculis, quae vocatur, nuper Eduardus Saavedra optimus amicus nomenque legit, ut legerat inter tot testes oculatos unus hoc saeculo Rada Matritensis omnium nuperrimus,

AFLVNIENSIS

Nomen hoc aliunde notum non esse nec satis commendari forma sua non satis est ad lectionem refellendam. Sed misit Saavedra ectypa chartacea

eius vocabuli quinque, in qnibus omnibus quanquam in facie chartae AFLVNIENSIS illud legi posse facile concedo, tamen in aversa clare mihi videor distinguere idem qnod olim in lapide legi

AEMINIENSIS

Scilicet distinguo I litterae ante N positae bastam rectam, qnae nullo modo V litterae hasta altera fuisse potest, nisi perversae; distingno M litterae, quae antecedit, partem alteram, cum priorem paene oblitteratam esse tot saecnlorum imbribus casuque tantum bastam ibi rectam apparere et in lapide viderim et in ectypo, in quo adeo anguli superioris, quem hastae M litterae priores duo formant, vestigia deprebendo; L vero litterae quam volnerunt itemqne V illins perversae lineas inferiores fortuitas esse contendo. Spatinm autem M litterae conveniens L et V duabus recipiendis nimis latum est pro hniu versus scriptura alta et tenui. Secnndnm denique totins vocabuli elementum tam F quam E esse posse reliqua einsdem litterae in boc titnlo exempla demonstrant. Itaque quam ex lapidis curiosa et repetita inspectione olim erni lectionem ectypnm mihi videtur plane comprobare.

Sed ne solns indicarem, Mommsenum et Bormannum amicos peritos consnlni. Hi primo aspectu recte legisse Saavedram unanimes indicaverunt; re vero accuratins ponderata concesserunt, Mommsenus V litterae saltem formam tum singularem evadere et L litterae lineam inferiorem nimis alte positam esse, Bormannns praeterea, I ante N certam esse spatiumqne M litterae magis convenire quam L et V, remanere autem scrupulum in priore parte M litterae.

Postremo boc addo, Aflnniam Afluniumve inaudita esse nomina, nt dixi, Aemininm vero notum esse Lusitaniae mnnicipium haud procul situm a rupe Gallaeca cui titnlns de qno agimus inscriptus est (cf. II p. 40 n. 500. 954). Unde confido homines in titulis legendis exercitatos, qui postea saxnm inspicient, meam lectionem esse confirmaturos.

293 In valle Singilis fluvii non procnl ab Iliberri (cf. II p. 283) prope parietinas villae, ut videtur, rusticae detectae in praedio dicto *de Daragoleja (termino de Pinos Puente, jurisdiccion de Trasmúlar)*, circa *Lachar* vicum in sinistra flnvii ripa, in *el Molino del Rey* (qnod pertinet ad ducis Wellingtonii praedinm *Soto de Roma*), in oliveto a sinistra viae, qnae ducit Illoram, extant parietinae antiquae operis caementicii (*de argamasa*), quae spatinm qnadratum cingunt a vnlgo dictnm *el Casaron*, et metris circiter 50 inde versus septentriones sepulcrum item factum ex opere caementicio, cni impositi snnt lapides duo grandes. Eorum alteri inscriptus est titulus hic litteris non bonis:

a ANNIA · C · I'
RVSTICA · AN
ORVM · XXII
HIC·SITA·EST·S·T·L

Ibidem nuper prodiit alter lapis eiusdem feminae inscriptus sic

b ANNIA · C · I' · RVS
TICA · ANORVM
XXII · HIC · SITA · E
SIT · TIBI · T · L

Scilicet fines areae sepulcralis variis locis lapidibus videntur designati fuisse titulo eodem inscriptis. Accesit praeterea tertius in eodem situ titulus scriptus litteris similibus hic:

c C · NNIVS · SEVRVS
CALECVLENSIS
N · LXXX
AMICI · ET · ONVICT
ORES · CI S · POSV
ERVNT
H · S · Ę · S · T · L

Exemplum hoc fratribus Oliver et Berlangae, qui mihi misit, exceptum ab amicis rei epigraphicae ignaris Berlanga perspexit legendum esse ita:

C. [Ann]ius Sev[e]rus Caleculensis an(norum) LXXX. Amici et [c]onvictores ci[nere]s posuerunt. H(ic) s(itus) e(st); s(it) t(erra) l(evis).

Severus ab eodem Berlanga probabiliter statuitur pater fuisse Rusticae. Patria eius Calecula est ita a Ptolemaeo scripta (Καλήκουλα 2, 4, 11), *Callicula* Plinii (3 § 12; *Calletula* est in libro Riccardiano a manu secunda); videndum utrum *l* simplex re vera in lapide sit, cum praesertim ab Hispanis soleat commutari cum *l* duplici in lingua Hispana pro *lj* tantum posita. Fines inter conventus Astigitanum cui Plinii index Caleculam tribuit et Cordubensem, cuius fuisse probabile est vallem Singilis inferiorem, in regione illa incertissimi sunt; titulum sepulcralem singularem non sufficere ad oppidi situm definiendum finesque inter conventus regendos recte Berlanga observavit. *Convictores* contubernalesve Severi quali cum eo societatis vinculo coniuncti fuerint definiri nequit. Pro *ci[nere]s* in lapide fortasse *eius* invenietur. Ceterum quod in titulis duobus prioribus I' et E iuxta inveniuntur itemque in primo et tertio S · T · L formula brevior pro magis solita S · T · T · L ne mireris; exempla enim utriusque inconstantiae frequentia extant.

Primum titulum antea iam notum ediderunt Emanuel Oliver et Emanuel Gomez Montero in libello ita inscripto *informe sobre varias antiguedades descubiertas en la vega de esta ciudad* cet. (Granada 1870 8.) p. 15.

---

294 (inserenda post n. 2632) In *Villapachos*, qui vicus est Gallaeciae antiquae, hodie vero pertinet ad regnum Legionense, ad confluentes *Cica* et *Sil* fluvios, in atrio ecclesiae arula extat ita inscripta

DEO · BO
DO · VEIC
IVS · VO
TV · S · L · M

Ectypum misit Saavedra.

Deo Bodo Veicius votu s(olvit) l(ibens) m(erito).

Nec dei nec hominis nomen adhuc innotuerunt; cf., quae non certe tradita sunt, *Vecius* II, 2584 et *Vectus* 2956, qui tituli ad eandem regionem pertinent.

---

295 In *Caldas de Malavella*, ubi Aquae Voconiae antiquae fuisse creduntur probabiliter, prodiit olim ex thermarum antiquarum parietinis atque inserta erat diu pavimento ecclesiae parochialis, unde evulsa nuper mensa facta est recipiendis devotorum stipibus destinata, tabula marmorea ita inscripta litteris saeculi alterius exeuntis

APOLLINI
AVG · HO
NORI · MEM
ORIAEQVE · L ·
AEMILI · L · FIL ·
QVIR · CELATI
ANI · PORCIA ·
FESTA · FILI (*sui*
KARISSIMI
L · D · D · D

Descripsi ex ectypo, quod misit P. Fidelis Fita S. I. nunc Gerundensis, qui edidit in ephemeride *la Ilustracion hispano-americana* a. 1872 m. Ian.

Apollini Aug(usto) honori memoriaeque L. Aemili L. fil(ii) Quir(ina) Celatiani Porcia Festa, fili sui karissimi, l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum).

Quod dedicatio deo alicui facta est simulque honori et memoriae, vel in honorem et memoriam, hominis, videtur repetendum esse ex locorum illorum consuetudine (cf. tituli Tarraconenses II, 4080. 4081. 4087, Aesonensis 4458), ut similia alibi observantur; soletque in Hispania cum deorum coniungi virorum, feminarum vero cum dearum memoria.

V. 8 in fine *filio suo*, quod expectaveris, suppleri nequit, nam certum est v. 9 elementum ultimum. Debebant vero *fili sui karissimi* vocabula ante matris nomina collocari.

Tituli aquarum Voconiarum praeter hunc adhuc reperti sunt nulli; decuriones indicantur fortasse Gerundenses. Ceterum Aemiliae Porciaeque gentium clientela in illis Hispaniae regionibus frequens est.

AEM. HÜBNER.

DE NVNDINIS CONSVLARIBVS AETATIS IMPERATORIAE.

De mutata consulatus Romani ratione postquam octo fere abhinc annos disputavit Brambachius (Bonnae 1864), haud pauca monumenta in lucem prodierunt, quibus ea quae ille eo tempore exposuit, magna ex parte vel refutentur vel corrigantur. Nam si exceperis principatus Ti. Caesaris (cf. Dio 58, 20), Gaii, Claudii, primo p. Chr. saeculo fasti consulares nequaquam fuerunt turbati, ut ait Brambachius (p. 5), nec recte negat tum ulla lege consulatuum tempora circumscripta (p. 11) aut ante Traiani imperium quicquam eo nomine statutum et constans fuisse (p. 16). Praeterea temere ponit a Traiano imperatore institutos esse consulatus bimestres, quos contendit nec ante eum unquam fuisse (p. 19) et post eum ita duravisse, ut turbati quidem a Commodo (cf. Dio 72, 12), restituti tamen ab Alexandro (Lamprid. vit. 43) proximis certe ab hoc temporibus manserint (p. 17 seqq.). De quibus rebus melius iudicasset, si accuratius perlustrasset scripta Borghesii, qui de plerisque verum iam viderat et quamquam de universa consulatus ratione nunquam egit, pluribus tamen locis quid de mutationibus eius sentiret declaravit[1]). Et primis quidem imperii temporibus recte videtur statuisse Borghesius, si qui inveniantur consules per totos annos magistratu functi post semestres consulatus factos (in senos autem menses ab anno saltem 2 p. Chr. fasces datos esse fasti Gabini ostendunt vol. I. p. 473, XII), eos parentela aliqua cum domo Augusta coniunctos fuisse, id quod de consulibus annorum 6. 7. 12. 14. 15 demonstravit in ephemeride instituti archaeologici 1845 p. 152. Idem dicendum est de M. Silano consule a. 19, marito Aemiliae Lepidae proneptis Caesaris Augusti (cf. supra p. 62); de Cn. Domitio Ahenobarbo marito Agrippinae Germanici filiae consule a. 32 (cf. Dio 58, 20: *τῶν δ' οὖν ὑπάτων ὁ μὲν Δομίτιος δι' ἔτους ἦρξε, τῆς γὰρ Ἀγριππίνης τῆς τοῦ Γερμανικοῦ θυγατρὸς ἀνὴρ ἦν κτλ.*); de Fausto Cornelio Sulla Felice genero Claudii consule a. 52, ita ut imperantibus etiam Tiberio, Gaio, Claudio

[1]) Borghesii de mutationibus consulatus sententias diligenter compilavit Natalis des Vergers *essai sur Marc Aurèle*, Parisiis 1860 p. 34, 2.

13*

de Augustorum necessariis eadem lex videatur observata esse. Quamvis autem ex arbitrio principum haud raro tum consulatus dispositos esse et fasti ostendant et de Tiberii certe aetate Dio affirmet[1]), nihilo tamen minus eo tempore dubitari nequit, quin semestre fuerit consulatuum tempus legitimum. Etiam sub Nerone id in usu mansisse non Suetonius (Ner. 15) modo narrat, cum consulatus in senos plerumque menses eum dedisse scribit, sed monumenta quoque confirmant: nam quae supersunt acta fratrum Arvalium anno certe 59 duo tantum fuisse testantur consulum paria, nec de annis imperii Neroniani posterioribus ulla habemus testimonia, quibus consulatus tunc aliter ordinatos esse appareat. Nam quod ipse Nero e consulatibus quattuor secundum quidem et novissimum gessit semestres, primum autem bimestrem, tertium quadrimestrem (Suet. l. c. 14), id ad consulatus privatorum non pervenit, cum imperatores et qui praecesserunt et qui secuti sunt fasces ex arbitrio per tempus modo longius modo brevius tenuerint (cf. e. g. fasti Domitiani). Quod nuper disputavit Stobbins (Philologus XXXI 2 p. 266) inter primos fasces et postremos anni 68 inserendos esse M. Ulpii Traiani patris, id est nundina eius anni quadrimestria fuisse, etiamsi de Traiano consule recte iudicavit[2]), mutatam esse consulatus rationem inde nequaquam sequitur. Nam anno 68 consules ordinarios *ante tempus honore privavit* Nero *atque in utriusque locum solus iniit consulatum* (Suet. Ner. 43); item si re vera post mortem eius inierunt Traianus et Bolanus, hos consules designatos esse sollemni ordine inde tuto colligere non licet, cum urgente tempore Neroni defuncto credi possint suffecti esse. Quapropter quamquam consules sex anno 68 praeter Caesarem videntur fasces gessisse, quadrimestres consulatus tunc fuisse minime constat.

---

[1]) Dio 58, 20: τῶν δ' οὖν ὑπάτων ὁ μὲν Δομίτιος δι' ἔτους ἦρξε ...., οἱ δ' ἄλλοι ὥς που τῷ Τιβερίῳ ἔδοξε. τοὺς μὲν γὰρ ἐπὶ μακρότερον, τοὺς δὲ ἐπὶ βραχύτερον ἂν ᾑρεῖτο καὶ τοὺς μὲν ἔτι καὶ θᾶσσον τοῦ τεταγμένου ἀπήλλασσε, τοῖς δὲ καὶ ἐπὶ πλεῖον ἄρχειν ἐδίδου. ἤδη δὲ καὶ ἐς ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ἀποδείξας ἄν τινα ἐκεῖνον μὲν κατέλυεν, ἕτερον δὲ καὶ αὖθις ἕτερον ἀντικαθίστη· καί τινας καὶ ἐς τρίτον ἑτέρους προχειριζόμενος εἶτα ἄλλους ὑπατεύειν πρὸ αὐτῶν ἀνθ' ἑτέρων ἐποίει. καὶ περὶ μὲν τοὺς ὑπάτους ταῦτα διὰ πάσης ὡς εἰπεῖν τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ ἐγίγνετο.

[2]) De ea re amplius egit in ephemeride *Philol. Anzeiger* 1870 p. 259, quam nondum allatam in urbem non licuit consulere. Fuit autem Traianus anno 67 legatus legionis decimae (Ioseph. b. I. III, 7, 31: Τραιανὸν ὄντα τοῦ δεκάτου τάγματος ἡγεμόνα κ. τ. λ.), quam anno insequenti rexit Larcius Lepidus (l. c. VI, 4, 3; cf. Renier *sur les officiers qui assistèrent au conseil de guerre tenu par Titus* cet. p. 23). Anno igitur 67 exeunte vel 68 in urbem videtur revertisse. Anno deinde 79 cum proconsul Asiam administrarit (C. I. Gr. 3935; cf. Eckhel 6 p. 435), propter decennium, quod tum inter consulatum et proconsulatum intercedere solebat, non sine probabilitate fasces eius ad annum 68 referuntur. Antea enim consulatum non potest gessisse, cum anno 67 fuisse videatur praetorius utpote legioni praepositus. Similibus argumentis adductus Borghesius Vettium Bolanum proconsulem Asiae anno eodem (opp. 3 p. 289) et ipsum anno 68 Neroni suffectum esse coniecit (l. c. 4 p. 402).

Anno 69 quo modo a singulis imperatoribus distributi sint consulatus, de ea re et magna inter viros doctos dissensio est[1]) et indicium difficillimum. Quare cum quod plane satisfaceret ne mihi quidem enucleare contigisset, consului Mommsenum, qui quae pro sua et humanitate et doctrina mihi rescripsit, subieci:

'De consulibus a. 69 quaestio admodum perplexa haud scio an omnino ita solvi nequeat, ut dubitatio nulla supersit; quae mea fert opinio, iam exponam.

'Neronem, qui obiit a. 68 die Iun. 9, consules non solum ordinarios sed etiam suffectos sive in totum annum sequentem sive ad diem aliquam designavisse colligitur ex narratione Plutarchi Oth. 1 et Taciti hist. 1, 79. Consulum ita a Nerone factorum novimus unum solum, Cingonium Varronem iussu Galbae interfectum consulem designatum a. 68 extremo (Tac. hist. 1, 6 cf. 37; Plutarch. Galb. 14. 15); praeterea Galbam retinuisse quosdam a Nerone factos traditur, nomina non traduntur.

'Galba quid decreverit de consulibus a Nerone in a. 69 designatis quosve consules ipse designaverit, a Tacito non referri consentaneum est, quippe qui initium narrandi faciat ab a. demum 69. Hoc constat ordinarium ipsum processisse cum T. Vinio. Praeterea consulatus eius anni ita eum ordinavisse, ut alios retineret datos a Nerone, alios aut mutaret aut adderet, infra demonstrabitur.

---

1) Borghesius (*Bull. dell' inst. arch.* 1835 p. 4 = opp. 3 p. 535; apud Minervinium *Tettia Casta* p. 25) ex narratis a Tacitu collegit per quaternos menses ab initio annum 69 distributum fuisse, ita ut Galba et Vinius ad kalendas usque Maias fasces gererent, kalendis Maiis duo Sabini, kalendis Septembribus Antoninus et Celsus inirent: Othonem deinde nihil novasse nisi quod interfectis consulibus ordinariis in reliquum tempus eorum ipse cum fratre succederet, menses autem duos ex quattuor Caeliu et Flaviu destinatis Verginiu et Vupisco attribueret, ita ut hi kalendis Maiis, iiii Iuliis inirent, Antoninus denique et Celsus kalendis Septembribus fasces acciperent. At neglexit vir doctus quod ait Tacitus in kalendas Martias Othonem consulem factum esse: id quod confirmant acta Arvalium recens effossa, quae kalendis Martiis Verginium et Vupiscum consules nominant. Verba autem Taciti quae sunt *in kalendas Martias* cum finem indicare debeant consulatus Othonis et Titiani, ad finem nundinorum item referenda sunt verba quae sequuntur *in kalendas Iulias* et *Septembres*. De qua re etsi ambigi poterat ante recens reperta acta Arvalium, nunc dubitatio omnis sublata est, cum Caelium et Flavium etiam pridie kalendas Maias legamus consules fuisse. Id recte notavit Stobbius (Philologus XXXI, 2 p. 267), qui in ceteris Borghesium secutus menses Martium et Aprilem Verginio et Pompeio, menses Maium Iunium Iulium Augustum Sabinis tribuit. Aliter fastos huius anni ordinavit Urlichsius (de vita et honoribus Agricolae 1868 p. 26. 27) statuens Galbam quattuor mensibus sibi reservatis ceteros fasces dedisse in binos menses, Othonem quadrimestre Galbae nundinum in duo divisisse nundina bimestria, Vitellium denique expulsis Galbae candidatis Septembrem et Octobrem Caecinae ac Valenti dedisse, Marciu autem Macro Caecilium Simplicem substituisse. At ingeniosius quam verius vir doctus verba quae sunt *coartati consulatus* non ad tempora, sed ad numerum candidatorum refert.

'Galba et Vinio interfectis in ipso consulatu a. 69 die Ian. 15, Otho cum fratre Titiano in locnm eornm successit, sed ut consnlatum retineret tantum ad finem mensis Februarii, id quod et Tacitus ait et acta Arvalium nuper egregie confirmarunt, cum k. Martiis consules ponant non hos, sed Rufum et Vopiscum. Inierunt antem Otbones fratres non ipso eo die, quo Galba cum Vinio interiit, sed post intervallnm, scilicet inter dies Ian. 26, quo diem solum, consules nullos acta Arvalium ennntiant, et Ian. 30, qno habent consules Otbones. Vacavit igitur summus magistratus per dies undecim vel paullo plnres.

'Qni successerunt Othonibus d. Mart. 1 L. Verginius Rufns II L. Pompeius Vopiscus, eos ab Otbone desigoatos esse Tacitus scribit, addens ceteros consules mansisse ex destinatione priorum imperatorum. Etiam accnratins ait Plutarcbns Oth. 1: ὃν μὲν αὐτὸς (Otbo) ὑπατεύειν χρόνον ἤμελλε, τούτου μέρος ἔνειμεν Οὐεργινίῳ Ῥούφῳ. *Proximi menses*, qnos Othonem Rufo et Vopisco destinavisse idem Tacitus auctor est, Martius et Aprilis fuerint necesse est, cum praesertim addat iis successisse consnles Sabinos creatos in k. Iulias, id est qui per menses Maium et Iunium fasces gererent. Docuerunt tamen acta Arvalium Sabinos fasces iam tennisse d. Apr. 30; neque id ratione caret. Nam devicto Othone et interfecto d. c. Apr. 16 Rufus expeditionis comes et regni quodammodo affectator invitus statim fasces deposuerit necesse est ciusqne exemplum collegam secntum esse probabile.

'Praeter paria ea duo, de qnibus diximus, in hnnc annnm consules nullos designatos esse ab Othone auctores diserte affirmant Plntarcbns Oth. 1: ὃν μὲν αὐτὸς ὑπατεύειν χρόνον ἤμελλε, τούτου μέρος ἔνειμεν Οὐεργινίῳ Ῥούφῳ, τοῖς δὲ ἀποδεδειγμένοις ὑπὸ Νέρωνος ἢ Γάλβα πᾶσιν ἐτήρησε τὰς ὑπατείας et Tacitus hist. 1, 77: *consul cum Titiano fratre in k. Martias ipse: proximos menses Verginio destinat .... iungitur Verginio Pompeius Vopiscus ... ceteri consulatus ex destinatione Neronis aut Galbae mansere, Caelio ac Flavio Sabinis in Iulias, Arrio Antonino et Mario Celso* (cf. hist. 1, 14) *in Septembres, quorum honoribus ne Vitellius quidem victor intercessit.* Unde primnm colligitur Galbam sibi et Vinio fasces dedisse in nundinum quadrimestre; nam hoc aiunt auctores Otbonem nihil novasse, tantnm interfectis consulibns alios suffecisse suumque et fratris dignitatem consularem coartasse. Proxima duo nundina post suum Galbam dedisse bimestria Tacitus discrte ait. De quattnor mensibus postremis quid is statnerit, non enuntiat, possisque verba auctoris ita explicare Galbam consulatus non dedisse nisi ad prid. k. Sept. At eam interpretationem ipse Tacitus refutat alio loco 2, 71 consulem nominans in hunc annnm destinatum a Galba Valerinm Marinnm. Etiam alii dno simul nominati Marcius Macer et Pedanius Costa pariterqne atqne Marinns a Vitellio bonore futuro privati inter consules fuerint necesse est a Galba aut retentos ant factos; nam Otbonem a consulibus creandis abstinnisse modo vidimus. Denique C. Quinctius Atticus, qui fasces gessit buins anni mense Decembri (Tacitus 3, 73 seq.), credendus est et ipse nominatus esse a Galba, nam si Vitellins enm creasset in locum alius designati a Galba, sine dubio Tacitus eum tribus reliquis a Vitellio factis adinnxisset. His positis apparet

Tacitum referentem de Galbae consulatuum ordinatione ab Othone non mutata nomina posuisse non omnium consulum a Galba aut retentorum aut creatorum, sed ea tantum consulum paria enuntiasse, quae vere ad honorem postea pervenissent, reliqua sub ceterorum vocabulo significasse contentum. Itaque Galba annum ita distribuit, ut post primum nundinum quadrimestre sequerentur bimestria quattuor, deditque Maium et Iunium Sabinis, Iulium et Augustum Antonino et Celso, Septembrem, Octobrem, Novembrem, Decembrem divisit inter Marinum Macrum Costam Atticum.

'Iam videamus de Vitellio. Secundum ea quae diximus constat eum retinuisse ex destinatis a Galba Sabinos duos, Antoninum, Celsum, Atticum, honore depulisse Marinum, Macrum, Costam. Ipse designavit consules quattuor Valentem, Caecinam, Simplicem, Regulum. Et de illis quidem sic ait Tacitus 2, 71: *ut Valenti et Caecinae vacuos honoris menses aperiret, coartati aliorum consulatus: dissimulatus Marci Macri ....: et Valerium Marinum destinatum a Galba distulit ....: Pedanius Costa omittitur ....* Ad Simplicem quod attinet, sic idem (2, 60): *Mario Celso consulatus servatur, sed creditum fama obiectumque mox in senatu Caecilio Simplici, quod eum honorem pecunia mercari nec sine exitio Celsi voluisset: restitit Vitellius deditque postea consulatum Simplici innoxium et inemptum.* Denique de Rosio Regulo in locum Caecinae consule unius diei idem refert 3, 37. — Quibus diebus consules Vitelliani inierint, superest ut exponamus. Sabinis supra vidimus a Galba destinatos fuisse menses Maium et Iunium, sed iniisse eos ante tempus mense Aprili medio extremove; num ante diem a Galba determinatum honore abierint necne, non traditur. Successoribus Sabinorum Antonino et Celso honorem servavisse Vitellium constat, menses iisdem destinatos non servavisse. Nam Caecinam et Valentem ita in ordinem recepit, ut eorum causa aliorum consulatus coartaret, alios honore privaret. Iam cum constet consulatum iis datum esse in k. Novembres (nam Caecinae cum honor abrogabatur, unus dies eius superfuit prid. k. Nov. auctore Tacito 3, 37), apparet ut locus iis fieret expulsos esse quibus Galba Septembrem et Octobrem destinarat, puta Marinum et Macrum; ii autem quorum honor simul coartabatur, esse non potuerunt nisi qui praecedebant Antoninus et Celsus. Neque coartabatur sine aliqua sive causa sive specie; nam cum Sabini ante tempus magistratum occepissent, non inique potuerunt iuberi ante tempus eum eiurare: idemque similiter cadit in successores proximos. Quare ubi ponimus Sabinos fasces gessisse a mense Aprili medio puta ad kalendas idusve Iunias, Antoninum et Celsum a kalendis idibusve Iuniis ad kalendas idusve Augustas, aperiebantur Valenti et Caecinae aut duo menses cum dimidio aut menses integri tres, et sic recte omnia explicantur. Nam per menses Novembrem et Decembrem constat fasces gessisse Atticum a Galba opinor destinatum et Simplicem in locum fortasse Costae a Vitellio substitutum'.

Hactenus Mommsenus. Consulatus igitur anni 69, si vixisset Nero, semestres videntur futuri fuisse. Galba partim quadrimestres fecit, partim bimestres, nec mutavit quicquam Otho, nisi quod in duas partes nundinum

primum divisit. Vitellius denique consulibus, quos designaverant principes priores, aliis expulsis, aliis retentis, horum praeterea consulatus coartavit, ut suorum candidatorum honorem augeret, ordinemque nundinorum paullulum conturbavit, sed ut nundini tempus legitimum remaneret bimestre. Ab eo inde tempore consulatus quadrimestres Borghesius posuit ita receptos esse, ut nonnunquam nundina quadrimestria in bina bimestria dividerentur. In libello enim quem edidit de aetate Iuvenalis (*Giorn. arcad.* 1847, 110 p. 198, opp. 5, 60) de mutata consulatus ratione haec scribit: ..... *in grazia delle tante scoperte fatte ai giorni nostri è ora ben conosciuto che dopo Claudio non vi fu più alcuno che reggesse i fasci per tutti i dodici mesi, nè per sei dopo Nerone, o al più dopo Vespasiano. Sotto quest' ultimo principe si assodò il nuovo sistema che sembra incominciato da Galba, come notai altra volta* (cf. *Bullett. dell' institut. archeol.* 1835 p. 4, opp. 3 p. 535), *di dividere regolarmente l'anno in tre nundini consolari di quattro mesi l'uno: il che però non impedì che un nundino non si suddividesse talvolta per contentare più d'uno. Troviamo in pratica questo sistema sotto i successori Tito, Domiziano, Nerva e Traiano* cet. Paullo aliter indicaverat epistulam scribens a Minervinio editam in libello de lapide Neapolitano Tettiae Castae (Neapoli 1845 p. 26), in qua legitur sic: non *è abbastanza esplorato, come andassero le cose nell' impero .... di Vespasiano, in cui è più difficile che in alcun altro lo statuire cosa alcuna di certo, atteso che quasi tutti i consolati ordinari di quel regno furono occupati dai prencipi. Imperocchè sull' esempio degli ultimi consolati di Augusto fu consueto costume de' susseguenti imperatori di non consumare l'intero tempo assegnato a' loro fasci, ma di rinunziarli ora più presto, ora più tardi ad alcuni de' loro amici* cet. Collatis deinde inter se tabula honestae missionis (Cardinalis VI = vol. III, IX) fastorumque feriarum Latinarum fragmento (Marini Arv. p. 129) anno 74 consulatus semestres fuisse coniecit. In illa enim Q. Petilius Cerialis Caesius Rufus II et T. Clodius Eprius Marcellus II consules citantur a. d. XII kalendas Iunias, fasti autem feriarum Latinarum, quae feriae tum mense Iulio fieri solebant, alios consules habuerunt: per nundina igitur quadrimestria annus 74 distributus non potest fuisse, quia hoc posito mensibus Maio ac Iulio iidem consules esse debebant. Unde Borghesius principes consules ordinarios coniecit partem semestris nundini prioris Cereali et Marcello tribuisse. At quae observavit Borghesius pari iure et ad semestres et ad bimestres consulatus applicari possunt, hique mihi magis probantur. Etiamsi enim de tempore Vespasiani imperatoris certum testimonium extat nullum, sub Galba consulatus quadrimestres fuisse vidimus et constat item in quaternos menses sub Tito quoque et Domitiano consulatus plerumque datos esse. Itaque probabile est etiam sub Vespasiano eandem legem ita observatam esse, ut nonnunquam quadrimestria nundina in bimestria dividerentur [1]). Quod videntur confirmare acta Arva-

[1]) Vespasianum quadrimestres consulatus instituisse etiam Brambachius contendit argumento usus hoc parum valido quod nec Titus satis diu nec Domitianus satis prudenter imperium gesserit, ut legem non institueret solum, verum etiam stabiliret.

lium anni 72, cum nominent mense Aprili Vespasianum Aug. IIII, Titum Caesarem II consules, mense Maio C. Licinium Mucianum III, T. Flavium Sabinum II, ut ducamur ita ad nundina eius anni quadrimestria, licet cum consules ordinarii sint ipsi imperatores, opponi possit eos ante tempus statutum fasces deponere potuisse. Nundinorum autem bimestrium exemplum videtur praebere annus 71, quo fasces ordinarios cum suscepissent Vespasianus III et M. Cocceius Nerva, nonis Aprilibus consules fuerunt Domitianus et Cn. Pedius Cascus (tab. hon. miss. vol. III, VIII), a. d. VII kalendas Iulias idem Domitianus et Valerius Festus (Mar. 129), denique, si de anno recte iudicavit Borghesius (*Giornale arcad.* 1831 t. 54 p. 72 = opp. 3 p. 343) a. d. XIII kalendas Augustas L. Flavius Fimbria et C. Atilius Barbarus (I, 773). Primis igitur sex anni 71 mensibus praeter principes, qui de suo arbitrio consulatum retinuerunt deposueruntve, consules habemus Nervam, Cascum, Festum, ita ut nundina tum bimestria fuerint necesse sit.

De ceteris Vespasiani annis tam certum iudicium ferri non potest. Nec magis anno 80 quot fuerint nundina consularia, satis liquet. Praeter consules nempe ordinarios Titum et Domitianum idibus Iuniis consules ponuntur C. Marius Marcellus Octavius P. Cluvius Rufus et L. Aelius Plautius Lamia Aelianus (tab. hon. miss. vol. III, XI); Aelianus praeterea die non notato laudatur cum Pactumeio Frontone (act. Arval. huius anni) qui Rufo suffectus sit necesse est. Die denique VII idus Decembres M. Tittium Frugi, T. Vinicium Iulianum consules habemus (act. Arval. huius anni), qui quo die inierint incertum est. — At quo modo fasti anni 81 comparati fuerint plane perspicitur. Acta enim fratrum Arvalium huius anni consules exhibent hos:

III nonas Ianuarias L. Flavium Silvam Nonium Bassum, Asinium Pollionem Verrucosum;

IIII kalendas Apriles M. Roscium Coelium, C. Iunium Iuvenalem;

III idus Maias
XVI kalendas Iunias } T. Iunium Montanum, L. Vettium Paullum;

XVIII kalendas Octobres M. Petronium Umbrinum, L. Carminium Lusitanicum.

Haec nundina apparet bimestria fuisse, ut Bassus et Verrucosus mensibus Ianuario et Februario, Coelius et Iuvenalis mensibus Martio et Aprili, Montanus et Paullus mensibus Maio et Iunio magistratu fungerentur. Constat igitur menses sex priores in nundina tria divisos fuisse. Quapropter cum ceteros menses non aliter dispositos fuisse veri simile sit, Umbrino et Lusitanico menses Septembrem et Octobrem tribuemus. Menses Iulius et Augustus, item November ac December duo alia effecerint necesse est nundina bimestria.

Etiamsi ita iam eo saeculo interdum in binos menses fasces dati sunt, vel Domitiano imperante plerumque quadrimestres consulatus fuerunt. Ex annis enim eius omnibus, quorum accurata notitia superest, praeter eum, de quo diximus, 81 solus 88 in nundina bimestria videtur distributus esse.

Huic enim, quippe quo Domitianus XIIII et L. Minucius Rufus consules ordinarii processerint, ante diem vero XVII k. Maias L......... et Plotius Grypus fasces gesserint (act. Arv. a. 87), neque quadrimestria nec semestria nundina apta sunt; trimestria autem cum hac certe aetate nulla fuerint, non restant nisi bimestria sola. De anno 87 minus constat. Eo anno cum fasces ordinarios Domitianus XIII cum L. Volusio Saturnino suscepisset, inter dies VI idus Iannarias et XI kalendas Februarias imperatori suffectus est Calpurnius quidam praeterea ignotus; deinde a. d. XIIII kalendas Iunias C. Bellicus Natalis Tebanianus et C. Ducenius Proculus consules nominantur, mense Septembri Priscus quidam cum collega ignoto. De hoc igitur anno nihil aliud affirmare licet nisi consulatus eius semestres non fuisse. In quaternos autem menses plerumque a Domitiano consulatus datos esse monumenta confirmant ad annos 89. 91. 92 pertinentia. Anno 89 ordinarii consules T. Aurelius Fulvus et Atratinus nescio quis per menses Ianuarium, Februarium, Martium, Aprilem magistratu functi sunt: in actis enim Arvalium per omnes hos menses formula quae est *isdem consulibus* praescribitur. A. d. deinde XIIII kalendas Iunias Peducaeus Saenianus cum collega, ut videtur, Sallustio Blaeso consulatu fungitur: Atratinus igitur et Fulvus quin per quattuor menses fasces gesserint dubitari nequit. Anno porro 91 non minus quattuor menses M. Ulpium Traianum et M.' Acilium Glabrionem honore usos esse inde colligitur, quod actis Arvalium anni 90 adscriptum est Traiani nomen diesque III kalendas Maias. Denique anni 92 documentum superest ad quaestionem de consulatuum sub Domitiano tempore diiudicandam longe gravissimum, fastorum dico Ostiensium frustulum (Or. Henzen 6446), secundum quos kalendis Ianuariis inierunt Domitianus XVI et Q. Volusius Saturninus, quorum ille idibus Ianuariis L. Venuleium Apronianum sibi surrogavit: secuti sunt kalendis Maiis L. Stertinius Avitus et Ti. Iulius Polo Metinus (cf. tab. hon. miss. vol. III, XV), kalendis Septembribus C. Iulius Silanus et Q. Articuleius Paetus. Sub imperio igitur Domitiani consulatus plerumque quidem quadrimestres fuerunt, interdum bimestres, de iisque optime, ut solebat, iudicavit Borghesius. Nec minus recte Nervae Traianique aetate eandem fere rationem observatam esse statuit, quamquam regulam illam nonnunquam neglectam esse mox videbimus.

De iis, qui sub Nerva et Traiano consulatum gesserunt, post Borghesium (in fastis ineditis) nuper Mommsenus in Hermae vol. III p. 136 seq. ita egit, ut pauca tantum corrigenda sint monumentis nuper detectis postea illustrata. Ut consulatus alter Sex. Iulii Frontini ex anno 97 ad annum transferendus est 98, quo suffectus Nervae defuncto una cum Traiano Augusto fasces gessit (cf. *Bull. dell' inst. arch.* 1871 p. 145; vol. III tab. hon. miss. n. XIX), expulso ex eo loco Flavio Libone, quem infra p. 196 n. 1) videbimus ad alium annum pertinere. Item anno 101 una cum Articuleio Paeto consulatum administrasse Sex. Attium Suburanum acta Arvalium eius anni ostendunt. Anno autem 107 tabula honestae missionis Weissenburgensis consules C. Minicium Fundanum et C. Vettennium Rufum vindicavit (cf. III, XXIV; Christ *Militärdipl. von Weissenburg* 1868), qui utrum anno

107 an 108 tribnendi essent Mommsenus dubitaverat. Iam videbimus de iis, quae ad consnlatnum tempus definiendum pertinent.

Consulatus in binos menses a Traiano dntos esse et ab ea inde aetate consulntus bimestres initinm cepisse Brnmbachius statnit. Et de anno quidem 100 recte videtur iudicasse, cnm consules qui eo anno fasces gessisse videntur novem nlio modo per nundina vix possint distributi esse. Nam ipse imperator per nnndina dno fasces retinnit, adinnctis sibi collegis in alterum Sex. Inlio Frontino III, in alterum, nt videtur, Vestricio Spurinna III (cf. Mommsen in Hermae vol. 3 p. 40, 2). Mense autem Septembri C. Plininm Secundum et C. Inlium Cornutum Tertullum consnles reperimus (Plin. paneg. 92; cf. Brambnch p. 14 et Mommsen l. c. p. 91), item L. Roscinm Aelianum et Ti. Claudium Sacerdotem a. d. IIII kalendas Ianuarias (Or. 782). In nnndina igitur tria cum distribui neqneant eius anni consules, si recte Acutius Nerva inter eos recensetnr, ne in quaternos qnidem menses designnti esse possunt; itaque anno 100 nundina bimestria fuisse probabile est. At temere inde Brnmbachius collegit bimestrea consulntns n Traiano coepisse et nb eo inde tempore mansisse, cnm nundina bimestria etiam anteriore, et quadrimestria et trimestria etiam posteriore tempore in mononmentis commemorentur.

Et consulntus qnidem qnndrimestres vel sub Traiano fuisse monumenta indicant anni 107, qno L. Licinius Sura III, Q. Sosius Senecio II ordinarios fasces gesserunt, Minicius nutem Fundanus et Vettennius Severns consules commemorantnr pridie kalendns Iulias (tab. hon. miss. Weissenburg.), kalendis Augustis (VI, 630 = Or. 1588), pridie idus Angustas (Marini 129 = Or. 2471). Fnndanns igitur et Severus mensibns Iunio, Iulio, Augusto cnm consulatnm gesserint, qui menses nundinis neque semestribns neque trimestribus conveniunt, utpote quae finem nnndini reqnirant prid. k. Iul., quadrimestres anni illius consulatus fuisse manifesto apparet. Anno autem 101 trimestria nundina fuerunt. Consules enim ordinarii cnm essent Traianus IIII et Q. Articuleins Pnetus, illius in locnm mox suffectus est Sex. Attius Subnranus, qui ante diem VIII kalendas Apriles nna cum Paeto in actis Arvalinm commemoratur. Neque tamen hi ultrn mensem Martium honore functi sunt, cnm ante diem VI kalendas Maias Q. Servaeus Iuvenalis et M. Maecins Celer consules laudentur mensium scilicet Aprilis, Maii, Iunii. Qnibns qui in menses Inlinm, Augustum, Septembrem successerint, ignoramus: per menses autem Octobrem, Novembrem, Decembrem L. Arrnntius Stella et L. Iulins Marinns Caecilius Simplex consules fuerunt, si quidem recte huic anno tribnitur tabula patronatus a Ferentinntibus Pomponio Basso oblata (Or. 784; cf. Mommsen in Hermae vol. 3 p. 123 seq.). Consnlarin igitur nundina Traiano imperante inveniuntur et bimestria et trimestria et quadrimestria, et ne hoc qnidem definiri potest, quaenam sollemnia fnerint, cnm de solis trinm eorum annorum, scilicet 100. 101. 107, nundinis sntis liqueat.

Idem fere statnendum de imperio Hadriani. Qni cum anno 118 cnm Cn. Pednnio Fusco Salinatore fasces ordinarios snscepisset, etiam pridie nonas

Martias cnm eodem consulatum administrasse traditur (act. Arval. a. 118). Ante diem deinde VI kalendas Innias eodem honore utebatur adsumpto collegu C. Ummidio Quadrato, ita ut fasces ipsum retinuisse appareat per duo nnndina. Nundina ea aut trimestria fuerint necesse est aut quadrimestria, cum primnm ad mensem certe Martium pervenerit[1]). Tertio vel quarto nnndino fasces gesserunt L. Pomponius Bassus, L. [Lic]inius (?) Burbarus, quibus consulibus Arvales convenisse dicuntur ob adventum imperatoris, qui quo mense in urbem intraverit non liqnet (act. Arvul. a. 118). — Annus 119 in quot nundinu distribntus fnerit, fere exploratnm est. Nam fasces ordinarios eo anno cnm Rustico Hadrianus suscepit tertium consul, qnos per duo nnndina enm tenuisse acta Arvalium anni 118 ostendunt, dato ei collega A. Platorio Nepote. Tertium nundinum Gallo cnidam assignutur, cuius gens ac collega fracto lupide interciderunt. Menses diesque, quibus Platorius et Gallus consnles fuerint, ctsi item interciderunt, cum in acta relutum sit piaculum ob inlationem ferri factnm esse Platorio consule, Gallo consule ferrum elatum, sacrum autem ob ferrum illutum mense Martio vel Aprili fieri soleret, elatio ferri post paucos dies subsequi, denique tertium uundinum ante kulendas Maias coepisse nequeat, consulatus anni 119 bimestres fuerint necesse est. — De anno 120 non constat: qui enim ante diem VI kalendas Iunias magistratu fungebantur C. Poblicius Marcellus et T. Rutilins Propinquus, qnando ordinariis L. Cutilio Severo et T. Aurelio Fulvo snccesserint, ignoratur. — Anno 121 ordinarium consulatum inierunt M. Annius Verus II et nescio qui Augur. Die antem VII idus Apriles Faustus quidam et Q. Pomponius Murcellus fasces gerebant, quibus die, ut videtur, V idus Maias iam L. Pomponius Antistianus et L. Pomponius Silvanus successerunt: nam cum hic quoqne de ferro inlato et elato sermo sit, mensis nomen qnod periit aliter snppleri non potest. Quae cnm ita sint, anno quoque 121 bimestres consulatus fuerunt. Denique similiter anno 130 Q. Fabius Catullinus et M. Flavins Aper consules ordinarii die VIIII kalendas M(artias?) adhnc mnnere funguntur, die XIIII kalendas, ut videtur, Apriles Agrippa quidam et Quartinus consnles signantur; nam piacnlum ob ferrum inlutum magis probabile est factum esse mense Februario quam mense Aprili. Hoc qui praeferat, ei statuendum est suffectos inisse kalendis Maiis et nundina eo anno fuisse quadrimestria.

Quamqnam ita in binos plerumqne menses snb Hadriano fasces dati esse videntur, tamen ne ea quidem aetate desunt consulatuum, si non trimestrium, certe quadrimestrinm exempla. Anno 129 ordinarios fasces gesserunt L. Neratius Marcellus II et P. Iuventins Celsns II, illi post pancos dies snffectus est Q. Iulins Balbus. Celsus et Balbus cum diebus XII kalendas Martias

[1]) Hadrianus II consul etiam cum collega Liboue coniungitur in titulo supra citato Or. Henzen 6774 = VI, 207, ubi post vocem Traiano inserenda est iittera H..... auctore Melchiorrio. Quare aut Saliuatori kaleudis Aprilibus suffectus est Libo, huic fortasse morte praerepto Quadratus, aut Hadrianus per tria uundina fasces tenuit. Ego illam coniecturam magis probarim.

et XI kalendas Apriles magistratn functi esse inveniantur (cf. tab. hon. miss. vol. III, XXXII. XXXIII), primum certe nundinum non bimestre fuit, sed aut trimestre aut quadrimestre. Hoc autem mihi magis probatur: nam anno quoque 134 quadrimestria fuisse nundina consul ostendit ordinarius T. Vibius Varus cum T. Haterio Nepote successore Serviani consul ante diem IIII nonas Apriles (tab. hon. miss. vol. III, XXXIV). Itaque Hadriano imperante tam in duos quam interdum in quaternos quoque, fortasse etiam in ternos menses fasces dati sunt.

De Antonini Pii imperatorumque qui sequuntur temporibus difficulter iudicari potest, cum in horum monumentis suffecti consules raro nominentur. Nundina tamen bimestria magis magisque videntur invaluisse. Ut anno 156 kalendis quidem Ianuariis M. Ceionius Barbarus et M. Metilius Regulus inierunt, pridie vero idus Martias A. Avillius Urinatius Quadratus et Strabo Aemilianus magistratu fungebantur (act. Arval. a. 155), ut fasces eo anno in binos menses datos esse pateat. Idem de aetate sua affirmat Dio (43, 46) de tempore consulatuum sic scribens: *ἐκ δ' οὖν τοῦ χρόνου ἐκείνου οὐκέτι οἱ αὐτοὶ διὰ παντὸς τοῦ ἔτους πλὴν ὀλίγων πάνυ γε ὑπάτευσαν, ἀλλ' ὥς που καὶ ἔτυχον, οἱ μὲν ἐπὶ πλείους, οἱ δὲ ἐπ' ἐλάττους, οἱ μὲν μῆνας, οἱ δὲ ἡμέρας, ἐπεὶ νῦν γε οὐδεὶς οὔτε ἐπ' ἐνιαυτὸν, οὔτε ἐς πλείω διμήνου χρόνου ὡς πλήθει σὺν ἑτέρῳ τινὶ ἄρχει.* Ne tamen credas tum semper in binos menses fasces datos esse, nundina inveniuntur item ea aetate aut breviora aut longiora. Et brevius quidem fuit ultimum certe anni 155, quo ordinarii consules processerunt Severus et Rufinus, commemorantur deinde mense Maio cum collega nescio quo C. Aucidius Victor (act. Arval. a. 155), die III nonas Novembres Antius Pollio et Opimianus quidam (Or. 4370), denique ante diem III idus Decembres duo Severi (act. Arval. a. 155), ut hi per unum mensem Decembrem summum honorem obtinuisse videantur. Notum porro est imperante Commodo consules viginti quinque uno anno Cleandrum nominandos curasse (Dio 72, 12). E contrario longiora nundina anni 184 videntur fuisse. Ad acta enim Arvalium anni 183 cum adnotatum sit piaculum ob ferri elationem factum esse ante diem XV kalendas Iunias anni 184, piaculum ob inlationem ferri certo paucis diebus ante alterum factum est consulibus, sicut acta testantur, L. Cossonio Eggio Marullo, Cn. Papirio Aeliano, id est eius anni ordinariis. Hi igitur mense Aprili consulatu nondum se abdicaverant[1]), unde nundina quadrimestria etiamtum in usu fuisse sequitur. Itaque ne sub Antoninis quidem sola nundina bimestria fuerunt, sed vel ea aetate fasces interdum dabantur in menses modo plures modo pauciores, etiamsi extra ordinem id accidisse et plerumque per binos menses fasces gestos esse Dioni omnino credendum est.

---

[1]) In actis Arvalium annorum 221 (Marini 42) et 225 (id. 43) quod in illis Gratus et Seleucus ante diem VII idus Maias, in his Fuscus II et Dexter XIIII kalendas Maias consules commemorantur, inde potius explicandum est, quod ordinarii tum per totum annum notari solebant, suffectorum nomina raro citabantur. Ad acta autem anni 183 id minime pertinere alia nundina ostendunt in actis perscripta.

Denique quod scribit Lampridius (vita Alex. 43) *nundina vetera ex ordine* instituisse Severum Alexandrum, Brambachius (p. 17) ita explicat collato loco Dionis, nundina vetera bimestria esse instituta secundum ipsum a Traiano, turbata autem a Commodo imperatoribusque posterioribus. Idem proximis post Alexandrum temporibus quicquam novatum esse negat, eapropter tantum ni fallor, quod de fastis temporum quae proxime sequuntur aetatem Alexandri, nihil omnino novimus. Documentum autem quod de fastis saeculi tertii superest non tam primarium quam unicum et praeterea notissimum, quamquam nescio quo modo Brambachium fugit, fastorum Calenorum fragmentum (I. N. 3946 = Or. Henzen 6447) pertinens ad annum 289, eum quattuor recenseat paria consulum, nonnunquam certe ea aetate nundina fuisse declarat singulis annis quaterna. Sed non aequabiliter in partes quattuor annum illum divisum esse epistula demonstrat eodem anno a quindecimviris sacris faciundis ad Cumanos missa (I. N. 2558 = Or. 2263); ibi enim qui a. d. XVI kalendas Septembres consules nominantur M. Umbrius Primus et T. Flavius Coelianus in fastis Calenis secundum nundinum obtinent (cf. de Rossi inscr. christ. 1 p. XV) nec probabile est in altero utro documento errorem inesse. Videntur igitur anno 289 nundina duo priora quadrimestria fuisse, duo posteriora non item; haec utrum bimestria fuerint an propter causam aliquam ignotam consulibus nundini tertii consulibus alii extra ordinem suffecti sint, non liquet. Legitimum autem consulatuum eius aetatis tempus quominus tuto colligamus ex fastis Calenis, impedit pagina eorum altera quamvis mutila et male descripta, quae dies contineat consulatuum initorum cum fastis anni 289 non satis convenientes. Hoc sane ostendunt suffectorum nomina, quamquam ad annum indicandum iam ne publice quidem adhibebantur, tamen vel ea aetate in acta publica relata esse: qua de re sine iusta causa dubitavit Brambachius (p. 20). Qua autem ratione factum sit, ut temporis notandi causa suffectorum nomina monumentis amplius non inscriberentur, id loco modo citato exposuit Rossius.

Quae de priorum saeculorum aerae nostrae nundinis consularibus exposuimus, quo melius mutata eorum ratio appareat, tabula complexi sumus subscripta.

semestres	quadrimestres	consulatus trimestres	bimestres	menstrui
usque ad a. 59				
	69 primo nundino secundum designationem Galbae		69 sub Othone et Vitellio	
			71	
	72			
			74?	
			81	
			88	
	89			
	91			
	92			
			100	
		101		
	107			
	118?	(118?)		
			119	
			121	
	129	(129?)		
			130	
	134		156	
				155
	184			sub Commodo
			sub Alexandro	
	289?		289?	

Romae.

Gvlielmvs Henzen.

DE PROVINCIARVM ROMANARVM CONCILIIS ET SACERDOTIBVS.

Plus viginti anni sunt, ex quo Mommsenus de provinciarum Romanarum conciliis et sacerdotibus in Analectis epigraphicis n. 8. 9 quae tum nota erant docte et eleganter composuit. Inde ab eo tempore multi tituli innotuerunt ad idem argumentum pertinentes, quibus inter se comparatis omnes provincias sua concilia eaque iisdem fere legibus instituta habuisse apparet, ut non videamur errare, si, quae in una provincia observata esse legimus, in ceteris quoque in usu fuisse coniecerimus. Quod ut demonstremus, primum quae exstant de singulis provinciis testimonia non omnia quidem — hoc enim non profitemur — sed certa et potissima proponemus, deinde quae ex his testimoniis efficiuntur, breviter colligemus. Ac provinciarum quidem concilia et sacerdotia haec commemorantur:

1. Hispania citerior sive Tarraconensis. Ara Augusti iam vivo imperatore Tarracone constituta (Eckhel 1, 58. Florez *medallas* 2 t. 44. 45. Quintil. 6, 3, 77) templum eius exstructum est a. 15 p. Chr. (Tac. ann. 1, 78. cf. Spartian. Hadr. 12. Sever. 3). Inde ab hoc tempore fuit Tarracone *concilium provinciae Hispaniae citerioris* (II, 4127. 4230. 4246. 4255 cf. 4055), *curator templi* (4202), denique *sacerdotium* provinciae, de quo diligenter egit Huebnerus Hermae vol. 1, 111sqq., C. I. L. II p. 540. 541. Appellatur hic sacerdos variis nominibus: *sacerdos Romae et Aug. p. H. c.* (4248), *flamen Romae et Aug. p. H. c.* (4225), *flamen Romae et Aug.* (4224), *flamen Romae divorum et Augustorum p. H. c.* (4205. 4228. 4235. 4243. 4247. 4249. 4250), *flamen Romae et divorum Augustorum p. H. c.* (4191), *flamen divorum Aug. p. H. c.* (4239), *flamen Augustalis p. H. c.* (4223), *flamen Augustorum provinc. H. c.* (3329), *flamen p. H. c.* (4220 et saepius). Quod una cum flamine sacerdotio fungitur uxor eius *flaminica* (4198. 4233. 4236. 4241. 4242. 4246. 4252) eo demum tempore potest institutum esse, quo feminae quoque consecratae sunt (cf. O. Hirschfeld Annali 1866 p. 48), id quod primum contigit Iuliae Augustae (Suet. Claud. 11; Seneca apocol. 9, 5; Dio Cass. 60, 5), postea multis, quas enumerat Eckhel 8, 463.

2. Baetica. Sub Traiano legati provinciae Baeticae questuri de proconsulatu Caecili Classici advocatum a senatu petierunt (Plin. ep. 3, 4, 2); sub eodem flamen creatus est „*provinciae Baeticae consensu*“ (II, 2244); Hadrianus *concilio Baeticae rescripsit* (Dig. 47, 14, 1 = Coll. 11, 7, 1); denique a. 216 p. Chr. habitum est „*concilium universae provinciae Baeticae*“ (II, 2221). Sacerdotio fungitur *flamen divorum Augustorum provinciae Baeticae* (ib. 2221. 2224. 2344. 3395), *flamen Augustalis* (3271), *flamen provinciae Baeticae* (1614). Praeterea *flaminalis provinciae Baeticae* habetur n. 983; *flamen designatus provinc. Baeticae* n. 2220.

3. Lvsitaniae sunt: *flamen divi Augusti provinciae Lusitaniae* (II, 473), *flamen provinciae Lusitaniae* (35. 160. 396. 397), *flaminica provinciae Lusitaniae* (32. 114. 122. 195. 339. 397. 895). Hanc flaminis uxorem fuisse intelligitur collatis titulis n. 396. 397.

Dubitari non potest, quin Baetica et Lusitania idem genus sacerdotii habuerint ac Tarraconensis et ad has potissimum provincias referendum sit, quod Tacitus ann. 1, 78 narrat, *in templo Tarraconensi colonia exstructo exemplum datum esse in omnes provincias*. Itaque Huebnerus, cuius diligentiae hos omnes, quos attuli, titulos debemus, non recte fecit, quod quae in Hermae vol. 1 p. 111 de Tarraconensis provinciae sacerdotibus disputaverat, immutata in corpus inscriptionum transtulit, neglectis Baeticae inscriptionibus, quarum ope, quanquam numero pauciores sunt, tamen quaedam certius diiudicari possunt. Ac primum quidem flamonium provinciae non perpetuum fuisse constat ex tribus inscriptionibus:

n. 2221. — — — (*flam*)*ini divor. Aug. provinc. Baet*(*icae*). *Huic consummato hono*(*re flam*)*oni Cattio Sabino II Cornel. Anul*(*in*)*o cos. consensu concili universae prov. Baet. decreti sunt honores quantos quisque maximos plurimosque flamen est consecutus cum statua.*

n. 2344. *C. Sempronio Sperato flamini divorum Augg. provinciae Baeticae imp. Nerva Traiano Caes. Aug. Germ. III Vicerio Alariano et L. Marcio Postumo coss. Hic provinciae Baeticae consensu flaminis munus est consequutus: peracto honore flamin*(*ii*) .... *omn*(*is*) *concil*(*ii*) *ei consensus statuam decrevit.*

n. 3711. *Maecius Maecianus Quirina* (*Ia*)*montanus aedilicius, ter IIviratu functus etiam flaminatu provinciae Hispaniae citerioris ob aeternitatem honorum suorum memoriae collocavit.*

Idem docent *flaminales viri* (II, 4248) et *flaminalis provinciae Baeticae annorum LXX* (983). Nam ut duumvirales et sacerdotales, sic etiam flaminales dicuntur qui munere functi sunt. Nihil vero probant duae inscriptiones, quibus Huebnerus usus est,

n. 4190. *Aemiliae L. f. Paternae flaminicae perpetuae p. H. c.* ....

n. 4241. *Porciae M. f. Maternae. Osicerdesi.* (*fl.*) *p. H. c. et postea Osicerd*(*ensi*) *Caesar*(*augustanae*) *Tarrac*(*onensi*) *perpetuae L. Numisius Montanus uxori.*

Nam Aemilia Paterna flaminica perpetua fuit Aesone in patria sua (v. n. 4462) eique monumentum dedicavit provincia Hispania citerior, Porcia Materna

vero flaminica perpetua facta est Tarracone, postquam deineeps fuit flaminica p. H. C., Osicerdensis, Caesaraugustana. Sic saepius distinguitur inter flamonium provinciae et flamoninm perpetuum municipii, ex. e.

n. 32. *Iovi o. m. Flavia L. f. Rufina Emeritensis flaminica provinc. Lusitaniae, item col(oniae) Emeritensis perpetua et municipi Salacien. d. d.*

n. 4211. *P. H. c. L. Domitio M. f. Serg. Dentoniano iudic. dec. V. equo publico. per. Traian. IIvir. munic. Consaburon(ensis), flamin(i) perpet., — — — flam(ini) p(rovinciae) H. c.*

ut vel ex hac distinctione intellegatnr, provinciae sacerdotinm non fuisse perpetuum.

Alterum, in quo erravisse mihi videtur Huebnerus, illud est, quod, eum observasset eos provinciae sacerdotes, quornm titnli exstant, e quadraginta fere civitatibus provineiae oriundos esse, snum qnamque civitatem flaminem ad concilinm delegasse statuit, eosque flamines tanquam qnoddam collegium effecisse (Hermes 1 p. 113—116). In quo praeteriit eum flamines nunquam collegium constitnere (cf. Mommsen ad Borghesi opp. 5, 201); praeterea antem, si suum qnaeqne civitas in eoncilium flaminem misisset, ipsam civitatem eum creatnram fuisse. Atqui a concilio provinciae creabantnr flamines singuli (II, 2344 *hic provinciae Baeticae consensu flaminis munus est consequutus*) iique ex variis civitatibus, nt et honoris omnes civitates participes essent et snmptum ludorum tota provincia aeqnabiliter toleraret. Quotannis ereatos esse flamines quanqnam verisimile est tamen ex Hispanicis titulis non apparet.

4. Siciliae commune, qnod provincia antiquius est, conservarunt Romani et compluribus Verrinarum locis Cicero commemorat. V. Accus. in Verr. 2, 46, 114: *Denique nunc vide, quid inter te, cuius nomine apud Siculos festi dies aguntur et praeclara illa Verria celebrantur, cui statuae Romae stant inauratae, a communi Siciliae, quemadmodum inscriptum videmus, datae.* ib. 2, 59, 145: (imperasti), *ut iidem pro parte in commune Siciliae conferrent* 2, 63, 154: *Huic etiam Romae videmus in basi statuarum maximis litteris incisum, a communi Siciliae datas.* Cf. 2, 42, 103: *Dicit praeterea testimonium tota Sicilia, quae in communibus postulatis civitatum omnium consulibus edidit, „rogare atque orare patres conscriptos, ut statuerent, ne absentium nomina reciperentur.* 2, 59, 146: *Nam legationes omnium civitatum in postulatis communibus — etiam hoc ediderunt, ut statuas ne cui, nisi cum is de provincia decessisset, pollicerentur.* Postea huius concilii nulla fit mentio nec saeerdotinm provinciae inveni, qnanquam cum Messanae fuerint et *VIviri Augustales* et *flaminica divae Aug.* (Torremuzza *Siciliae inscr.* c. 1, 4. 24), Panormi *VIviri Aug.* (ib. e. 1, 10. 29), Lilybaei *flamen imp. Antonini et flaminica* (ib. c. 3, 5. 7), Thermis *ara imp. Caes. (Aug.) et Iul(iae Augustae) matri(s) imp. Cae(saris Tiberii Aug.?)* (ib. 4, 5), Melitae ἱππεὺς Ῥωμαίων ἀμφιπολεύσας θεῷ Αὐγούστῳ (C. I. Gr. n. 5754), deniqne in insula Gauli *flamen gentis Iuliae eiusque uxor sacerdos Augustalis* (Orell. 618), ne provinciam quidem omnem a enltu domus Augustae abstinuisse eredibile est.

5. Sardiniae *sacerdotales* reperinntur in dnabus inscr. Henzen 5969.

6. Gallia Narbonensis. Anno p. Chr. 11 plebs Narbonensis aram numini Augusti dedicavit (Orelli 2489); non multo post provinciae sacerdotium institutum est, de quo dissernit Herzog *Gall. Narb. hist.* p. 255. Sacerdotes creabantur ex variis civitatibus; reperiuntur enim *Sex. Attius Sex. fil. Volt. (Cr)eticus Vienn(ensis), omnib. honorib. in patria sua func(tus), flam. prov. Narb.* (Herzog App. n. 501); deinde duo Nemausenses *Q. Solonius — Severinus — equo publico — — flamen provinciae Narbonensis* (ib. 106); *(L. Sam)mius — — — eq. publ. (haben)s — — flam. (prov)inciae Narbonen.* (ib. 107).

De duabus autem inscriptionibus parum recte Herzogins iudicavit. Altera est n. 7: *Ex imp. M.D. tauropolium provinciae Narbonensis factum per C. Batonium, primum flaminem Aug. pro salute dominorum imp. L. Septimi Severi — — et M. Aurel. Ant. Aug. ...*, in qna non primus flamen appellatnr, sed *C. Batonius Primus* nominatur. *Primus* enim cognomen vulgare est. V. Mommsen I. R. N. 2261. 2383*g* et in indice p. 452. Altera cum recte descripta esset a Pittakisio *Eph. Arch.* p. 111 n. 59, non recte edita est a C. Keil Schcd. Epigr. p. 41. Herzog n. 267. Est autem haec: Ἡ [ἐξ Ἀρε]ίου πάγου βουλὴ καὶ ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων Κόϊντον Τρεβέλλιον Ῥοῦφον Κοΐντου υἱόν, Λαμπτρέα, ἀρχιερέα πρῶτον ἐπαρχείας τῆς ἐκ Ναρβῶνος καὶ ὕπατον Καινείνηνσιν ἱερῶν δήμου Ῥωμαίων καὶ πάσαις τειμαῖς ἐν τῇ πατρίδι Τολώσῃ τετειμημένον καὶ ἄρχοντα ἐπώνυμον ἐν Ἀθήναις καὶ ἱερέα Δρούσου ὑπάτου κ. τ. λ. Insunt in hoc titulo singnlaria quaedam, primum ἡ ἐκ Ναρβῶνος ἐπαρχεία, quae vulgo dicitur Ναρβωνῖτις vel Ναρβωνησία, hic vero appellatur eodem modo, quo ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ vel οἱ ἐκ Μακεδονίας βασιλεῖς (Polyb. 2, 40, 5); deinde ὕπατος Καινείνηνσις i. e. *summus Caeninensis*, qui quanquam in paucis, quae exstant, sacerdotum Caeninensium inscriptionibus (v. Henzen Annali 1857 p. 91) non invenitur, tamen non minus recte se habere vidstur, quam *summus haruspex* (Cic. de div. 2, 24, 55), *summus sacerdos*, *summus pontifex*, *summus magister* et qnae huins generis plura collegit Marini Arv. p. 55. Nam quod Keilius et Herzogius scripserunt ὕπατον [καὶ] Καινείνηνσιν, Trebelliumque cousulem in fastis quaesiverunt, nou animadverterunt, Trebellii cursum honorum non esse consnlis et sacerdotes provinciales ex iis hominibus creari, qni in sua civitate omnibus honoribus functi essent, id quod Trebellium quoque fecisse titulus docet. Quod vero primus sacerdos provinciae appellatnr, id ad tempus refero (cf. III, 1051. 1083. 2733); cum enim Drusi consulis sacerdos postea fuerit, Tiberii aetate vixisse censendus est. Ceterum id qnoqne memorabile est, quod Trebellius exacto sacerdotio Athenas migravit, unde intelligitur ne Narbonensis quidem provinciae sacerdotium fuisse perpetuum.

7. Tres Galliae (Liv. ep. 134; Pliu. N. H. 4 § 105), quas Caesar imperio Romano addiderat, i. e. Lugdunensis, Aquitania, Belgica, usque ad Tiberii aetatem ab uno legato Augusti administrabantnr continebantque civitates sexaginta quattuor (Tac. ann. 3, 44; Serv. ad Verg. Aen. 1, 285) sive

ut Strabo testatur 4 p. 192 sexaginta. Priorem numerum Ptolemaeus quoque sequi videtur, qui Aquitaniae 17, Lugdunensis 25, Belgicae 22 ἔθνη enumerat (cf. Desjardins *Géogr. de la Gaule* p. XXVIII; Brambach Rhein. Museum N. F. XXIII (1868) p. 263—302). Earum omnium caput erat Lugdunum, ubi kalendis Augustis anni 12 a. Chr. (Dio Cass. 54, 32; Liv. ep. 139. De die v. Sueton. Claud. 2; de anno Clinton Fasti Hell. ad a. 742. 744) ara Romae et Augusti consecrata est, quae in nummis Lugduni conspicitur. V. Artaud *Discours sur les médailles d'Auguste et de Tibère au revers de l'autel de Lyon.* Lyon 1818. 4. Boissieu *Inscr. ant. de Lyon.* Lyon 1854. fol. p. 82 sqq. Comarmond *Description du Musée des antiques de la ville de Lyon.* 2 Voll. fol. Lyon 1854—1858. Spon *Recherche des iantiqutés et curiosités de la ville de Lyon.* 2. édit. par L. Renier. Lyon 1857. 8. A. Bernard *Le temple d'Auguste et la nationalité Gauloise.* Lyon 1863. fol. In ara ipsa sexaginta vel sexaginta quattuor civitatum, quae quotannis, ut videtur, Lugdunum conveniebant, inscripta erant nomina (Strabo 4 p. 192). Sacerdotum vero non idem erat numerus, id quod crediderunt Boissieu p. 83 et Bernard p. 91, sed unum sacerdotem constitutum esse aperte testatur Livius ep. 139: *ara Caesari ad confluentem Araris et Rhodani dedicata, sacerdote creato C. Iulio Vercondaridubno Aeduo,* idque testimonium recte secuti sunt Mommsen *Annali* 1853 p. 60; Kuhn *Die Verf. des Röm. Reichs* 2, 408. Singuli igitur sacerdotes quotannis creati esse putandi sunt, iique, ut in Hispaniis factum esse vidimus, ex variis trium Galliarum civitatibus. Reperiuntur enim inter sacerdotes:

1. ex LVGDVNENSI

AEDVI (Autun) praeter eum, quem modo nominavimus, duo: ..... *Aed(uus) summis (honoribus) apud suos functus, sacerdos ad templ. Rom. et Aug. ad Confluent. Araris et Rhodani* (Boiss. p. 84 = Henzen 6966 = Mommsen Ann. 1853 p. 60) et .. *Latinius Pompt... A. Latini fil. Catapanus Aeduus sacerd. III provinciarum Galliar. officiis et honoribus omnibus functus* (Orelli 184).

CARNVTINVS (Chartres): *C. Iulius M........ Carnut. Sa(cerdos R)omae et Aug. (o)mnibus ho(noribus apud) suos functus* (Boiss. p. 607).

TRICASSINVS (Troyes): *C. Catullius Decimi(n)us, Tuti Catullii fil. Tricassin(us), omnib(us) honorib(us) apud suos functus, sacerd(os) ad templum Rom(ae) et Augg.* (Boiss. p. 88).

SENONIVS (Sens): *Sext. Iul. Thermianus sacerdos arae inter Confluent. Arar(is) et Rhodani, omnib. honoribus apud suos functus* (Renier *Comptes rendus* 1865 p. 98 = *Mém. de l'acad.* T. 26, 1 (1867) p. 130). Ad Lugdunum ipsum fortasse pertinet saeculi secundi titulus apud Boiss. p. 156, in quo est *sacerdos ad aram Caes. n.*

2. ex AQVITANIA

ARVERNI (Clermont) duo: *C. (Se)rvilius M(ar)tianus Arvernus — — sacerdos ad templum Romae et Augustorum* (Boiss. p. 85) et *sacerdos Arvern.* (ib. p. 87).

CADVRCVS (Cahors): *M. Lucter(ius) — — omnibus honoribus in patria functus sacerd. arae Aug. inter confluent. Arar. et Rhodani* (Boiss. p. 95).

LEMOVICES videntur fuisse duo: (*Q.*) *Licinius .... Tauricus — — (summ)is honoribus fun(ctus aput suos, item a t)ribus provinciis Ga(llis ornatus sacerdot)io; Q. Licinius Ven(ator), Licini Taurici fil. qui sacerdotium apud aram duo et (viginti annos natus obtinuit)* Boiss. p. 91 = Mommsen l. l. p. 60, cuius supplementa firmantur altero eiusdem hominis titulo apud Boiss. p. 92: (*Q. Licinio Venat)ori Licini (Taurici fil. qui duo et vi)ginti anno(s natus creatu)s sacerd(os est).*

MEDIOLANI SANTONVM (Saintes) natus est *C. Iulius C. Iuli Otuaneuni f. Rufus — — sacerdos Romae et Augusti ad aram quae est ad confluentem.* Boiss. p. 96.

3. e BELGICA

MEDIOMATRICVS (Metz): ..... *Celeris f. sac. Rom. et Aug.* Bernard p. 77.

NERVIVS (Bavay): *L. Osidius — — Nervius omnib. honori(bus apud) suos funct. sa(cerdos) ad aram Caes. n. (apud tem)plum Romae et (Augusti in) ter confluen(tes Araris) et Rhoda(ni).* Boiss. p. 114 = Henzen 5968 = Mommsen l. l. p. 61.

SEQVANVS (Besançon): *Q. Adginnius Urbici fil. Martinus Seq(uanus) sacerdos Romae et Aug. ad aram ad confluentes Araris et Rhodani.* Boiss. p. 5. Idem dicitur *sacerdos Romae et Aug.* p. 9.

Omisi et eos sacerdotes, de quorum origine non constat, quos v. apud Bernard p. 86 sqq. et Tiberium Sennium Sollemnem, cuius exstat maxime memorabilis titulus, positus a. p. Chr. 238 a civitate Vidocassium (Vieux), postea translatus in castellum Torigni sur Vire et inde in urbem St. Lô, quem primus egregie restituit Mommsenus *Berichte der sächs. Gesellschaft* 1852 p. 235 sqq., postea edidit Bernard p. 107, Mommseni nulla ratione habita, sed Renieri quibusdam emendationibus usus. Incisus est titulus in basis statuae tribus lateribus. Sinistrum latus continet (*E*)*xemplum epistulae Cl(audi) (Pa)ulini leg. Aug. pr. pr. prov. (Lus)itaniae ad Sennium Sol(lem)nem (sac. ad) a(r)am (R)o(mae et Aug.)*; dextrum vero latus habet hanc inscriptionem: *Exemplum epist. Aed[ini] Iuliani praefecti praet[or.] [a]d Badium Com[i]nianum [pro]c. [Augg.] et vice praesidis agen[tem]. Aedinius Iulianus Badio Com[i]niano sal. In provincia Lugdunes[e] qui[n]quefascal[is dum] agerem, plerosq. bonos viros perspexi, inter quos So[ll]emnem, istum oriundum ex civitate Viduc. sacerdote[m], quem propter sectam gravitate[mq.] et honestos mores amare coepi. His accedit, quod, cum Cl. Paulin[o] decessori meo in concilio Galliarum, instinctu quorun[dam] qui ab eo propter merita sua lae[si] videbantur, quasi ex consen[s]u provin[ciae] accusationem instituere tem[p]tar[ent], Sollemnis iste meus [p]roposito [e]or[um] restitit, provocatione scilicet inte[rposit]a, quod patria eius, cum inter c[eteros] legatum eum creasset,*

nihil de a[ccussati]one mandassent, immo contra lau[dationem]. Qua ratione effectum est, ut o[mnes] ab accussatione desisterent et q. s.

His praemissis quae de trium Galliarum concilio tradita sunt, brevi complectamur. Kalendae Augustae, quibus ara dedicata erat, non solum sub primis imperatoribus, sed etiam tertio saeculo (Dio Cass. 54, 32) trium Galliarum conventu et omni ludorum apparatu Lugduni celebrabantur, eorumque spectaculorum, quae ibi edita esse et scriptores et monumenta produnt, ludorum scenicorum, circensium, munerum gladiatoriorum, venationum, naumachiarum, non minimam partem ad huius diei celebritatem spectavisse consentaneum est (v. Boissieu p. 461 sqq.; Ruinart Acta Mart. p. 67 sq.). Accesserunt sub Caligula rhetorum quoque Graecorum Latinorumque certamina, de quibus cf. Suet. Cal. 20; Iuvenal 1, 44. Ad hanc solemnitatem n sexaginta quatuor civitatibus legati missi sunt cum mandatis, qui et in ludis certa loca habebant (Boiss. p. 467) et finitis ludis concilium provinciae constituebant. In quorum numero quod erat Sennius Sollemnis, quem diximus sacerdotem arae nominari in marmore Torignensi, inde non efficitur, omnes legatos fuisse sacerdotes. Immo, si verum Mommseni supplementum est, cui illa sacerdotis appellatio debetur, aut unus legatorum sacerdotio praefuisse aut legationem suscepisse sacerdotio consummato credendus est. Concilii vero erat primum, aedes sacras tueri et omnia sarta tecta exigere, cum et templum et cetera aedificia a provinciae civitatibus exstructa essent (Strabo 4 p. 192), deinde ludorum sacrificiorumque impensam sustinere servosque et libertos templi (*libertum trium Galliarum* habes apud Henzen n. 6393) alere. Ad hunc finem constituta erat arca, cui praefecti fuisse videntur *allector Galliarum* (Boiss. p. 259), *iudex arcae Galliarum* (Boiss. p. 278. 279), *inquisitor Galliarum* (ib. p. 265. 266). Praeterea a concilio et sacerdos arae creabatur, id quod apparere videtur e titulo Licinii (Boiss. p. 92; Mommsen Annali 1853 p. 60), *[qui duo et vi]ginti anno[s natus creat]us sacerd[os est]*; et viris de provincia bene meritis statuae decernebantur, quas omnes trium Galliarum nomine collocatas legimus (exempli c. v. Orelli 3650. 3653; Henzen 5968. 6944. 6950), et legati mittebantur ad imperatorem, qui aut desideria provinciae deferrent aut praesidem provinciae laudarent vel accusarent.

8. Alpes Maritimae. Titulus anni 181 p. Chr. qui est apud Orellium n. 2214 recte suppleri videtur *Flavio — Sabino — — IIviro foro Iuliensi (flamini) provinciae Alpium maritimarum.*

9. Germaniae. Augusti aetate, qua Romani totam Germaniam usque ad Albim non solum domuisse sed etiam in provinciae formam redegisse sibi videbantur, *ara Ubiorum* consecrata est, apud quam eo *anno, quo Germaniae descivere, sacerdos creatus est Segismundus, Segestis filius Cheruscus* (Tac. ann. 1, 57). Post cladem Varianam et provinciae illius faciendae consilium abiectum et cultus ille provinciae abolitus esse videtur, sed vel ex tenui, quae eius exstat apud Tacitum, memoria id apparere credo, sacerdotium arae Ubiorum fuisse annuum.

10. In Pannonia svperiore ara Augusti provinciae fuisse videtur Savariae (III, 4170 ibique Mommsen p. 525) ad quam ab aliis quoque provinciae civitatibus statuae collocabantur (ib. 4192. 4193). *Sacerdotales prov. Pannoniae superioris* habes ib. n. 4183 cf. 4178.

11. Provinciae Pannoniae inferioris sacerdos fuit Aquinci (III, 3485 cf. 3626).

12. Provinciae Moesiae inferioris sacerdos Troesmi (ib. 773); nam *Iulius Capito — omnibus honoribus ab ordine municipii Flavii Sirmatium honoratus — — item sacerdotalibus ab ordine coloniae Ulpiae Oescensium* non provinciae sacerdotalis fuit, sed municipii, qualis et is fuit qui n. 1207 commemoratur *P. Aelius Silvanus IIvir(alis) et sacerd(otalis) coloniae Apuli.*

13. Daciarvm trivm caput fuit Sarmizegetusa, ubi a. p. Chr. 241 habitum est *concilium provinciarum Daciarum trium* (III, 1452) fuitque *sacerdos arae Aug.* (ib. 1209. 1433. 1509. 1513) vel *coronatus Daciarum trium* (ib. 1433 = Orelli 2171).

14. Thracia. Exstat rescriptum divi Pii *πρὸς τὸ κοινὸν τῶν Θρακῶν* (Dig. 49, 1, 1).

15. Delmatiae pars ea, quae appellatur Liburnia, suam habuisse videtur aram Augusti Scardonae, ubi fuit *sacer(dos) ad aram Aug. Lib.* (III, 2810).

16. De provinciae Achaiae concilio nihildum exploratum habemus. Fuerunt in Graecia antiquitus singularum gentium communia sive *κοινά*, quae provincia instituta primum sustulerunt Romani, postea restituerunt, eaque et imperatorum rescripta accipiebant, ut Hadrianus et Antoninus Pius *τῷ κοινῷ τῶν Θεσσαλῶν* rescripserunt (Dig. 5, 1, 37. 48, 6, 5 § 1) et honores decernebant, cuius rei unum exemplum afferam ex Ephem. Arch. n. 3765 (supra p. 151): Τὸ *κοινὸν* Βοιωτῶν, Εὐβοίων, Λοκρῶν, Φωκέων, Δωριέων Μάρκον Ἰούνιον Μάρκου υἱὸν Δέκμου υἱωνὸν, Σειλανὸν ἀντιταμίαν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην. Tale concilium gentium quarundum vel fortasse omnium Peloponnesiacarum fuisse videtur *τὸ κοινὸν τῆς Ἀχαΐας*, cui praeerat etiam post Hadriani tempora *στρατηγὸς τῶν Ἀχαιῶν* (C. I. Gr. 1124), cf. n. 1307: *ἡ πόλις τῶν Ἀβεατῶν* (Abea Messeniae civitas est) *κατὰ τὸ τῶν Ἀχαιῶν δόγμα ἀνέθηκε*. Postea tamen commune Achaeorum nescio quomodo coniunctum est cum *κοινῷ τῶν Πανελλήνων*, quod Hadriani tempore vel paullo ante (Kuhn l. l. p. 72) constitutum Argos conveniebat (C. I. Gr. n. 1625, 20 *ἐν τῷ τῶν Ἀχαιῶν καὶ Πανελλήνων συνεδρίῳ ἐν Ἄργει*) sacerdotemque perpetuum habebat, cuius exstant duo insignes sed difficiles intellectu tituli. C. I. Gr. n. 1718: Ἀγαθῇ τύχῃ Τιβ. Κλ. Πολυκράτειαν Ναυσικάαν τὴν κρατίστην καὶ ἀρχιέρειαν τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, Τιβ. Κλ. Πολυκράτους ἀρχιερέως καὶ Ἑλλαδάρχου διὰ βίου τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ Τιβ. Κλ. Διογενείας ἀρχιερείας τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀχαιῶν θυγατέρα τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτυόνων καὶ τὸ κοινὸν τὸ Ἀχαιῶν ἀρετῆς ἕνεκεν; ib. n. 1124: Ἁ πόλις ἁ τῶν Ἀργείων Τ. Στατίλιον — Μεμμιανὸν — τὸν Ἑλλαδάρχαν καὶ ἀρχιερέα διὰ βίου τῶν Ἑλλάνων, στρατηγήσαντα τῶν Ἀχαιῶν γ′ — — καὶ Ἀμφικτύονα καὶ Ἑλλαδάρχαν Ἀμφικτυόνων κ. τ. λ. Obscurior etiam tertia inscriptio est, edita illa in Eph. Arch. n. 124, sup-

pleta a C. Keil Sched. epigr. p. 42: Γα. Ἰούλιον Σπαρτιατικὸν ἀρχιερέα θε[ῶν] σεβαστῶν κ[αὶ γέ]νους σεβαστῶν ἐκ τοῦ κοινοῦ τῆ(ς) Ἀχαΐας διὰ βίου πρῶτον τῶν ἀπ' αἰῶνος ὁ ἱερεὺς Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως Γαιηόχου Τι. Κλαύδιος Θεό(μνηστος) Παιανιεὺς τὸν ἑαυτοῦ φίλον. Titulus Athenis positus est et Iulius Spartiaticus appellatur ἀρχιερεὺς non τοῦ κοινοῦ sed ἐκ τοῦ κοινοῦ, ut credi possit Athenis sacerdotium habuisse, nam Athenis quoque fuit βωμὸς τῶν σεβαστῶν (Eph. Arch. n. 4001) et ἀρχιερεὺς τῶν σεβαστῶν (ib. n. 2569. 3363).

17. De Asiaticarvm provinciarvm communibus, quae, quia iisdem fere legibus utebantur, coniunctim tractari possunt, plurima exstant et scriptorum et inscriptionum et nummorum testimonia, quorum maximam partem et ipse attuli in ant. Rom. compendio III, 1 p. 267 sqq. et postea explicaverunt Kuhn l. l. 1 p. 107 sqq. Waddington in Lebas *Voyage archéol.* Inscr. T. III n. 885, quare ea omnia hic repetere non necesse est. Dubitatur etiamnunc de uno illo provinciae sive sacerdote sive magistratu, qui ab ipsa provincia nomen habet appellaturque

Ἀσιάρχης, de quo infra agemus.

Βιθυνιάρχης (Waddington n. 1142. 1178; Dig. 27, 1, 6 § 14). Commemoratur etiam in constitutione Valentiniani et Valentis (364—367) apud Harduin *Acta concil.* 2 p. 569 = Haenel Corp. leg. p. 220. Idem videtur esse qui dicitur ἄρξας τοῦ κοινοῦ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ Ἑλλήνων apud Perrot *Exploration* p. 32 n. 22 = Mordtmann *Ber. der bayer. Acad.* 1863, 1 p. 228).

Ποντάρχης (C. I. Gr. n. 4157; Waddington n 1178).

Γαλατάρχης (C. I. Gr. n. 4014 4016. 4031. 4075. 4076 cf. 4039).

Καππαδοκάρχης (Dig. 27, 1, 6 § 14).

Παμφυλιάρχης (Annali 1852 p. 179 = Waddington n. 1224).

Λυκιάρχης (C. I. Gr. n. 4198. 4274); ἄρξας τοῦ Λυκίων ἔθνους (Waddington n. 1219); Λυκιαρχικός (Waddington n. 1224).

Κιλικάρχης (*Revue Numismatique* 1854 p. 93; Waddington n. 1480).

Συριάρχης (Cod. Th. 6, 3, 1. 15, 9, 2; Cod. Iust. 1, 36. 5, 27 et saepius). V. Borghesi *Oeuvres* 4, 144.

Φοινικάρχης (Cod. Iust. 5, 27, 1; Iustin. Nov. 89, 15). [Decretum provinciae Phoenices habes III, 167.]

Ex quo indice apparet, omnes Asiae provincias habuisse suos sacerdotes ἐπωνύμους praeter Cyprum, nisi forte casu accidit, ut de Cypriarcha nihil sit proditum. Nam κοινὸν τῶν Κυπρίων et in nummis invenitur (Eckhel 4, 429) et in inscr. apud Waddington n. 2734, item ἀρχιερεὺς τῆς νήσου C. I. Gr. n. 2633. Quaeritur vero, utrum hi quos recensui sacerdotes iidem sint, qui appellantur ἀρχιερεῖς τῆς Ἀσίας (C. I. Gr. n. 2777. 2782. 3960 et saepius), ἀρχιερεῖς τοῦ κοινοῦ τῶν Γαλατῶν (C. I. Gr. n. 4016. 4031; Iulian ep. 49), ἀρχιερεῖς τοῦ Πόντου (C. I. Gr. n. 4149), τῆς Λυκίας ἀρχιερατάμενοι τῶν Σεβαστῶν (*Bull.* 1843 p. 138, cf. Wadd. n. 1266), an diversi ab illis habendi sint. Illud ipse olim probavisse mihi videor, secutique sunt Kuhn l. l. 1 p. 107; Henzen Annali 1863 p. 285; hoc defenderunt post Eckhelium Waddington l. l. n. 885; Perrot de Galatia prov. p. 150 sqq. In hac dissen-

sione id praecipue considerandum est, non agi de liberarum gentium principibus, quales antiquitus fuere apud Graecos Boeotarches vel Phocarches, apud Asianos Lyciarches, sed de eorum communium antistitibus, quae, cum antea nunquam fuissent, imperatorum Romanorum aetate constituta sunt propter cultum domus Augustae. Sic ab Asia provincia templum exstructum est a. a. Chr. 19 Romae et Augusto (Eckhel 6 p. 101), a. p. Chr. 23 Tiberio et Liviae et Senatui (Tac. ann. 4, 15); postea alia templa aedificata in aliis civitatibus: obiiciebatur enim publice civitatibus incuria caerimoniarum divi Augusti, Cyzicenique propter id crimen libertatem amisere (Tac. ann. 4, 36). Inde ab hoc demum tempore κοινὸν τῆς Ἀσίας exstitit, cuius postea saepe fit mentio, et ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας, de quo iam dicendum est. Duplex enim fuit genus ἀρχιερέων τῆς Ἀσίας, alterum municipale, alterum totius provinciae.

Pertinebat enim ad concilium Asiae certus numerus civitatum, quarum aliae pecuniam tantum in arcam concilii pro rata parte conferebant (Dio Chrys. II p. 70 R.), aliae habebant templum vel templa Asiae, i. e. templum domus Augustae vel templa singulorum Augustorum Augustarumve, Asiae totius nomine et sumptu dedicata, ad quae κοινὸν Ἀσίας i. e. communis provinciae festus dies, deinceps celebrabatur et suorum templorum ἀρχιερεῖς. Sic fuerunt

1. PERGAMI ἀρχιερεὺς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Περγάμῳ καὶ ἀρχιερεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τῆς πατρίδος (C. I. Gr. n. 3494. 3416. 3839). Eum vere cuiusque anni muneri gladiatorum praesedisse auctor est Galenus Vol. XVIII p. 567 Kühn: Καὶ μάλιστα ἐν θέρει, καθ' ὃν καιρὸν ἀεὶ παρ' ἡμῖν ἐν Περγάμῳ τῶν ἀρχιερέων τὰς καλουμένας μονομαχίας ἐπιτελούντων τοὺς κάκιστα τρωθέντας ἐθεράπευσα. Praeterea κοινὸν Ἀσίας ἐν Περγάμῳ commemoratur C. I. Gr. n. 1720. 2810*b* (vol. II p. 1112).
2. SMYRNAE ἀρχιερεὺς Ἀσίας ἀποδεδειγμένος ναῶν καὶ τῶν ἐν Σμύρνῃ τὸ β' (C. I. Gr. n. 2741), ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας ναοῦ το[ῦ ἐν] Σμ[ύρ]νῃ (Waddington n. 626), ἀρχιερεὺς Ἀσίας ναῶν ἐν Σμύρνῃ (Waddington n. 842), ἀρχιέρεια τῆς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Σμύρνῃ (C. I. Gr. n. 3211. 3508), κοινὸν Ἀσίας ἐν Σμύρνῃ (C. I. Gr. n. 247. 1720. 2809*b* [vol. II p. 1112]. 3208. 3910. 5804 [lin. 26]. 5918; Eph. Arch. n. 4096).
3. EPHESI ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ (C. I. Gr. n. 2965), ἀρχιερεὺς Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ κοινοῦ τῆς Ἀσίας (Waddington n. 755), ἀρχιερεὺς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Ἐφέσῳ (C. I. Gr. n. 2987*b*), ἀρχιέρεια Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ (C. I. Gr. n. 3415), κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐν Ἐφέσῳ (Euseb. H. E. 4, 13, 7).
4. SARDIBVS ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Λυδίᾳ Σαρδιανῶν sub Tiberio (C. I. Gr. n. 3461), κοινὰ Ἀσίας ἐν Σάρδεσι (C. I. Gr. n. 5918; Eph. Arch. n. 4096).
5. CYZICI ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Κυζίκῳ (C. I. Gr. n. 3662), κοινὸν Ἀσίας ἐν Κυζίκῳ (C. I. Gr. n. 3674. 3675).
6. PHILADELPHIAE κοινὰ Ἀσίας ἐν Φιλαδελφείᾳ (C. I. Gr. n. 1068. 3428).

A municipalibus sacerdotibus distinguendus est summus provinciae sacerdos, qualis fuit sub Nerva Scopelianus sophista, *ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας* (Philostr. V. S. 1, 21, 2). Aristides quoque in sacris orationibus, quas scripsit a. p. Chr. 175 (Waddington *Vie du rhéteur Aristide in Mém. de l'acad. d. inscr.* 1867 p. 252) sibi ipsi a Smyrnaeis *τὴν ἱερωσύνην τὴν κοινὴν τῆς Ἀσίας* oblatam esse narrat vol. I p. 531 Dind., Smyrnaeorumque legatos (*συνέδρους*) in communi concilio (*ἐν τῷ συνεδρίῳ τῷ κοινῷ*) se nominavisse, conciliumque nomen suum recepisse inter eos, ex quibus proconsul futurum provinciae sacerdotem designaret. Inprimis vero ea aetate frequens illius sacerdotis est mentio, qua, Christi doctrina magis magisque propagata, Graecornm deorum cultni interitus instare videbatur. Eo tempore Maximinus (305—313), ut est apud Euseb. H. E. 8, 14, 9 instituit *ἱερέας τε εἰδώλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα τῶν ἐν πολιτείαις ἕνα γέ τινα τὸν μάλιστα ἐμφανῶς διὰ πάσης ἐμπρέψαντα λειτουργίας*, et snb Iuliano (360—363) tres huiusmodi sacerdotes noti sunt, Theodorus, *ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας*, ad quem Iulianus scripsit epistolam 63; Arsacius, *ἀρχιερεὺς τῆς Γαλατίας*, cui idem mandat ep. 49, ut scvere coerceat omnes Galatiae sacerdotes, dicto audientes praemiis afficiat, contumaces sacerdotio expellat; denique Chrysanthius, de quo tradit Eunap. p. 57 Boiss.: Ὁ δὲ (Iulianus) *ἀρχιερέα ἀποδείξας τόν τε ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα τῆς Λυδίας* (Lydia a Diocletiano provincla facta erat), *καὶ ὑπ' ἐκείνοις ἐπιτρέψας εἶναι τῶν ἄλλων τὴν αἵρεσιν, αὐτὸς ἐπὶ τὸν Περσικὸν συνήγετο πόλεμον.* Et alio loco p. 111: *ὁ δὲ Χρυσάνθιος τὴν ἀρχιερωσύνην τοῦ παντὸς ἔθνους λαβὼν — οὐ βαρὺς ἦν κατὰ τὴν ἐξουσίαν — — οὔτε λυπῶν τινας τῶν Χριστιανῶν περιττῶς.*

Ab hoc igitur summo provinciae totius sacerdote plane diversum fuisse Asiarcham, Bithyniarcham reliquosque eiusdem generis statuit Waddington. Difficile est, tantae auctoritatis viro obloqui, sed ne me quidem aut Kuhnium temere de ea re iudicavisse apparebit ex iis argumentis, quae plenius, quam hucusque factum est, afferam. Sunt autem haec:

1. Asiae provinciae sacerdotium non diversum fuisse a ceterarum provinciarum sacerdotiis Papiniani locus docet Dig. 50, 5, 8 pr. *In Asia provincia sacerdotium suscipere non coguntur numero liberorum quinque subnixi, quod — Severus Augustus decrevit ac postea in ceteris provinciis servandum esse constituit.* Atqui in ceteris provinciis nnus totius provinciae sacerdos fnit. Contra in Asia secundo saeculo *ἡ ἱερωσύνη κοινὴ τῆς Ἀσίας* intelligebatur *ἀρχιερέως* sacerdotium (v. Aristidis l. l.) itemque quarto saeculo Chrysanthius *ἀρχιερεὺς* traditur *τὴν ἀρχιερωσύνην τοῦ παντὸς ἔθνους* suscepisse (Eunap. ll. ll.), tertio vero saeculo Modestinus scripsit Dig. 27, 1, 6 § 14 *ἔθνους ἱερωσύνη* (sic recte Politianus, „*ἱεραρχία* certe non legitur in Florentino, hoc loco evanido" Mommsen) *οἷον Ἀσιαρχία, Βιθυνιαρχία, Καππαδοκαρχία, παρέχει ἀλειτουργησίαν ἀπὸ ἐπιτροπῶν, τοῦτ' ἔστιν ἕως ἂν ἄρχῃ*, quae dissensio non video quomodo componi possit, nisi *Ἀσιάρχην* enndem fuissc atque *ἀρχιερέα* statuas. Verum est, Asiarchas usque ad eam aetatem permansisse, qua, Christi cultu introducto, neque gentilibus diis neque imperatoribus

sacra fiebant, eaque aetate munus eorum ad solam festivitatis communis solemnitatem pertinuisse (v. Mommsen Anal. epigr. n. 6 p. 70), sed ne tum quidem veteris eorum officii memoria plane abolita est; nam nec ipsi sacerdotes appellari desierunt (Cod. Iust. 27, 1) nec Christianis usque ad annum certe 400 ad „*archierosynam*" illam aditus patefactus est. V. Cod. Th. 12, 1, 112 et Innocentii papae ep. ad episcopos synodi Tolet. anni 400 apud Harduin. Conc. 1 p. 1020: *Neque de curialibus aliquos ad ecclesiasticum ordinem venire posse, qui post baptismum vel Coronati fuerint* (v. Mommsen An. ep. n. 8) *vel sacerdotium quod dicitur sustinuerint et editiones publicas celebraverint.* Mihi igitur sic statuendum videtur, provinciarum sacerdotes principio et fuisse et appellatos esse ἀρχιερεῖς, deinde autem, ut erant et Graeci et Asiani splendidorum nominum cupidi (v. Dio Chrys. II p. 148 R.), Asiarchas et Bithyniarchas se nuncupavisse, idque nomen postea, sacris gentilibus abolitis, aptius visum esse. Hoc certum est, etiam municipales sacerdotes usurpavisse Asiarcharum dignitatem, ad quam illi quidem adspirare omnino non potuerunt, ut Ephesi fuit Ἀσιάρχης τῆς πρώτης καὶ μεγίστης μητροπόλεως τῆς Ἀσί[ας] καὶ β̄ νεωκόρων τῶν Σεβαστῶν Ἐφεσίων πόλεως (C. I. Gr. n. 2090 = Waddington n. 158*a*) et *Asiarc[ha t]e[m]pl[orum] s[ple]nd[idissimae] civit[atis Ephe]s[iorum]* (Henzen 6156 = Waddington n. 1821 = III, 296).

2. De Polycarpi martyrio, quod secundum Waddingtonium factum est d. 23 m. Febr. anni 155 (Waddington *Vie du rhét. Aristide* p. 235; *Fastes des provinces Asiatiques* n. 144), epistola exstat ecclesiae Smyrnaeae, quam partim descripsit Eusebius H. E. 4, 15, integram post alios ediderunt Ruinart *Act. Mart.* p. 37 sqq.; Dressel *Patrum apostol. opp.* p. 391 sqq. In ea legitur p. 42 R. = Euseb. l. l. 4, 15, 27: ταῦτα λέγοντες ἐπεβόων καὶ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ Πολυκάρπῳ λέοντα et p. 45 R. = p. 466 Dr.: Συνελήφθη δὲ ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος Στατίου Κοδράτου. Philippus igitur altero loco appellatur ἀρχιερεύς, altero Ἀσιάρχης. Neque vero municipalis fuit Smyrnaeorum ἀρχιερεύς, nam Trallibus oriundus erat, de qua civitate Strabo 14 p. 649: συνοικεῖται δὲ καλῶς εἴ τις ἄλλη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπὸ εὐπόρων ἀνθρώπων καὶ ἀεί τινες ἐξ αὐτῆς εἰσιν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσιν.

3. Ut singularum civitatum ἀρχιερεῖς sacerdotio funguntur cum uxoribus (C. I. Gr. n. 4363. 4385. 3495), sic provincialium quoque ἀρχιερέων uxores sunt ἀρχιέρειαι (C. I. Gr. n. 3092. 3489.; Eunap. p. 57 Boiss.). Item Asiarchae fuerunt maritus et uxor, ut est C. I. Gr. n. 3342: M. Αὐρ. Ζήνων καὶ M. Κλ. Ἰουλιανὴ Ἀσιάρχαι δίς, eaque causa fuit, quod a. 336 Constantinus sanxit, ne sacerdoti provinciae i. e. Phoeniciarchae vel Syriarchae liceret ancillam uxorem ducere (Cod. Iust. 5, 27, 1; Marciani Nov. 4). Quoniam vero Asiarchae uxor et ipsa appellatur ἀρχιέρεια, ut docet titulus Πλω(τίου) Αὐρ. Γράτου Ἀσιάρχου καὶ Ἰουλίας Αὐρ. Ἀσκληπιοδώρας, τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ἀρχιερείας (C. I. Gr. n. 3677), Asiarcham quoque ἀρχιερέα fuisse coniicio.

4. Restat ut de duobus Ancyranis titulis dicam, quibus maxime nituntur ii qui discrimen fuisse inter sacerdotium provinciae et Asiarchiam arbi-

trantur. Quorum in altero (C. I. Gr. n. 4016) T. Fl. Gaianns appellatur ἀγωνοθετήσας δίς, τοῦ τε κοινοῦ τῶν Γαλατῶν καὶ τῶν ἱερῶν ἀγώνων τῶν μεγάλων Ἀσκληπιείων Ἰσθμίων Πυθίων καὶ ἀρχιερεὺς τοῦ κοινοῦ τῶν Γαλατῶν, Γαλατάρχης, Σεβαστοφάντης; in altero (C. I. Gr. n. 4031) Aelius Macedo dicitur ἀρχιερατάμενος τοῦ κοινοῦ τῶν Γαλατῶν, Γαλατάρχης, σεβαστοφάντης διὰ βίου τῶν Θεῶν Σεβαστῶν. Non dubium est, quin in priore potissimum vana insit bonorificarum appellationum cumulatio. Nam si Galatarcba fuit Gaianus, fuit etiam ἀγωνοθέτης neque id separatim prae se ferre debnit. Sed ceteras dignitates recte distinguet, qui meminerit, ad sacerdotium provinciae neminem pervenisse nisi qui in sua civitate omnibus bonoribus functus esset. Sic Enrycles ille apud Waddington n. 2741 primnm fuit ἀρχιερεὺς Ἀσίας ναῶν τῶν ἐν Σμύρνῃ, deinde designatus est ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας. Eodem modo et Gaianus et Macedo primnm fuere Σεβαστοφάνται διὰ βίου, i. e. flamines perpetui civitatis Ancyrae, deinde facti sunt ἀρχιερεῖς τοῦ κοινοῦ τῶν Γαλατῶν, id est sacerdotes templi illius celeberrimi, quod Ancyrae exstruxerat τὸ κοινὸν Γαλατῶν, talesque templi sacerdotes intelligendi sunt, qualis fuit ἀρχιερεὺς Ἀσίας ναοῦ τοῦ ἐν Ἐφέσῳ κοινοῦ τῆς Ἀσίας et ceteri, quos supra recensuimus; postremo creati sunt Galatarcbae, ut nibil in bis inscriptionibus inveniatur, quod meae sententiae opponi possit. Sed haec sufficiant de Asiaticis provinciis.

18. Creta cum Cyrenaica coniuncta fuit usque ad Diocletianum, sed suum κοινὸν babuit, cuius nomen inscriptum est nummis Cretensium inde a Tiberio usque ad M. Aurelium. Etiam post Diocletianum in inscriptionibus habetur Κρητάρχης (C. I. Gr. n. 2744), κοινὸν τῶν Κρητῶν (ib. n. 2583), δόγμα τοῦ κοινοῦ τῆς Κρητῶν ἐπαρχίας (n. 2595), δόγμα τοῦ κοινοῦ πάσης τῆς ἐπαρχίας (n. 2596. 2597). Memorabile est, quod in inscr. n. 2583 commemoratur ἱερὸς ἀγὼν πενταετηρικὸς τοῦ κοινοῦ τῶν Κρητῶν ex quo quis coniiciat, quinto quoque anno concilium Cretensium esse babitum. De Cyrenaicae concilio nibil notum est.

19. Provincia Tripolitana, quae et ipsa sub Diocletiano constituta est, nomen habet a concilio trium civitatum, ad quod pertinebant Leptis magna, Oea, Sabrata, praeterea autem oppida complura minora. Eius concilii quarto etiam saeculo meminit Ammianus 28, 6, 7: *Tripolitani — — adlapso legitimo die concilii, quod apud eos est annuum, Severum et Flaccianum creavere legatos.*

20. Ceteras Africae septentrionalis provincias, Africam proconsvlarem, Nvmidiam, Mavretaniam Caesariensem, paucis absolvere possum, postquam de earum et conciliis et sacerdotibus diligentissime egit O. Hirschfeld in Ann. inst. arch. Rom. a. 1866 p. 69—77.

Africa proconsvlaris ad concilium conveniebat Carthaginem (Cod. Th. 12, 1, 145. 176) sacerdotemque babebat, qui expleto sacerdotio in ordinem *sacerdotalium* recipiebatur (Hirschfeld p. 69 sqq.), quorum et in legibus (Gothofr. paratitl. ad Cod. Th. 16, 10) et apud scriptores (Ammian. 28, 6. 10) et in inscriptionibus frequens est mentio. V. Renier *Inscr. de l'Alg.* n. 28. 1440. 1527. 1718. 1851. 2547; Guérin *Voy. archéol.* I n. 35. Sub

Constantino etiam novum *per Africam sacerdotium decretum Flaviae genti* est (Aurel. Vict. de Caes. 40, 28), habemusque titulum Festi Hymetti, proconsulis Africae circa a. 368, cui laudi datur, *quod studium sacerdotii provinciae restituerit, ut nunc a conpetitoribus adpetatur, quod antea formidini fuerit* (Henzen 6904).

Item Nvmidiae provinciae *flamen* est in inscr. *Annuaire de Constantine* 1861 p. 237 n. 7.

Denique *Mauretaniae provinciae flamen* Renier 3915.

21. Postremo Italia quoque in provincias divisa etiam harum provinciarum sacerdotes reperiuntur, quales sunt

sacerdos (*provinciae Campaniae*) a. 387 (Henzen n. 6112)
praetor Etruriae (Henzen n. 6497)
praetor Etruriae XV populorum (Orelli n. 96. 97. 3149; Henzen n. 6183)
iuratus ad sacra Etruriae (Orelli n. 2182)
sacerdos, quem anniversaria vice Umbria dedit (Henzen n. 5580)
coronatus Tusciae et Umbriae (Mommsen An. ep. n. 9 p. 214)

de quibus omnibus non est quod post Mommsenum An. ep. n. 8. 9 pluribus disputemus.

Haec habui, quae de conciliis provinciarum afferrem testimonia, quibuscum qui coniunxerit ea, quae Gothofredus in paratitlis Cod. Th. 12, 12 et 16, 10 et qui illum secutus est, Carolus Menn *Über die Römischen Provinzial-Landtage. Köln und Neufs* 1852. 4 collegerunt, aliquanto certius, quam antea factum est, de omni hac quaestione iudicabit. Inprimis nunc exploratum esse videtur

1) concilia gentium non Diocletiani aut Constantini aetate orta, sed alia esse antiquiora provincia, alia sub primis imperatoribus exstitisse, alia procedente tempore in provinciis, quae deinceps imperio Romano accesserunt esse instituta.

2) ad concilium missos esse a certis provinciae totius civitatibus non flamines municipales, sed legatos sive συνέδρους sive κοινοβούλους, de quibus v. Waddington ad n. 1175, ab iisque creatum esse sacerdotem provinciae.

3) Sacerdotem provinciae unum fuisse crearique solitum esse ex iis, qui aut in sua civitate omnibus honoribus functi essent aut ad equestrem dignitatem pervenissent. (V. praeter testimonia supra allata Cod. Th. 12, 1, 77 et egregiam Huebneri disputationem II p. 541). Huc pertinet Cod. Th. 12, 1, 148: *Cum super ordinando sacerdote provinciae publicus esset ex more tractatus, idem nostra auctoritate decretum est, ut ad subeunda patriae munera dignissimi et meritis et facultatibus eligantur*; et Pauli Sent. 5, 30*a*: *Petiturus magistratum vel provinciae sacerdotium si turbam suffragiorum causa conduxerit, servos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus ut vis publicae reus in insulam deportatur.*

4) Concilium quotannis habitum esse sacerdotemque provinciae annuum fuisse iam antea verisimile haberi potuit, primum quod, qui sacerdotes non

sunt perpetui, annui esse solent, tum quod ius vel laudandi vel accusandi praesides, quod iam sub primis imperatoribus habebant concilia (Tac. ann. 15, 22) plane inutile fuisset, nisi quotannis concilium convenisset. Iam vero testimonio constat, Tripolitanorum concilium fuisse annuum, itemque Germaniam et Etruriam annuos habuisse sacerdotes; eandemque rem testatur etiam saeculo quinto imperatorum Honorii et Theodosii constitutio anni 418, ad septem Galliae provincias, i. e. ad dioecesim Viennensem pertinens (Haenel Corp. leg. p. 238) cuius haec verba sunt: *quum propter privatas ac publicas necessitates de singulis civitatibus, non solum de provinciis singulis ad examen magnificentiae tuae vel honoratos confluere vel mitti legatos aut possessorum utilitas aut publicarum ratio exigat functionum, maxime opportunum et conducibile iudicamus, ut, servata posthac quotannis singulis consuetudine, constituto tempore, in metropolitana, id est in Arelatensi urbe, incipiant septem provinciae habere concilium.*

5) constat, non omnia provinciae oppida ad concilium misisse legatos, sed certum numerum earum civitatum, quibus minora oppida attributa essent. Eae civitates in Galliis tribus numero fuere 64, in Etruria 15, in Lycia 23. Consentaneum igitur est, ad concilia provinciae quoque pertinuisse, quod in plerisque provinciis certus numerus civitatum constitutus fuit, in Asia 44, in Ponto Bithyniaco 11, in Ponto Polemoniaco 6, in Cyrene 5. Sed de hac provinciarum omnium communi institutione explicatius dicendi alia dabitur occasio.

I. Marqvardt.

MISCELLANEA.

1.

Magna basis rotunda marmorea paucos abhinc annos effossa in area quae nunc dicitur Palatina inter domum Tiberianam Flaviorumque aedes sita: superne excavata est in formam conchae striatae, ut sic coniunctus fuisse videatur cum lapide superstite alter olim superpositus, qui iam non extat. E duobus saxis superpositis monumentum compositum fuisse ostendunt tam summae partis lapidis qui superest scabrities quam quod tituli litterae versus primi ad summum usque marginem perveniunt eumque quodammodo excedunt. Prostat nunc in ruderibus aedis Palatinae, quam Iovis victoris fuisse dicunt.

CN · DOMITIVS · M · F · CALVINVS
PONTIFEX
COS · ITER · IMPER
DE · MANIBIEIS

Descripsi.

De vita et rebus gestis Cn. Domitii Calvini cf. Drumann *Gesch. Roms* 3 p. 3 seqq. et Orelli *Onom. Tull.* p. 226. Pontificem eum fuisse ostendunt instrumenta pontificalia repraesentata in nummis (Eckhel 5 p. 209), quos proconsul Hispaniae Oscae signandos curavit. Consulatum gessit primum a. u. c. 701 (Dio 40, 17. 45. 46; App. 2, 19; Plut. Pomp. 45 cet.), iterum a. 714 (Dio 48, 15; fasti Colot. vol. I p. 464, IV). Proconsul Hispaniam sortitus Ceretanos devicit a. 715 de iisque triumphavit a. 718 (cf. tabulae triumphales Capitol. vol. I p. 461 et Barberin. l. c. p. 478), auro autem coronario, quod triumphantibus praebere civitates solebant, usus est ad reficiendam regiam incendio deletam (cf. Dio 48, 42). Ea occasione oblata etiam in Palatino videtur dedicasse statuam quandam aliudve donarium, cum non veri simile sit ex regia basem eo translatam esse.

2.

Fragmenta effossa ad portam circi Maxentii ad viam Appiam, ubi muro inserta adhuc servantur. Pertinent ad inscriptiones duas a partibus externa et interna portae olim affixas ita diffractas, ut unam tantum Nibbyus componere potuerit.

DIVO ROMVLO N · M · V
COS · OR*d. ii* FILIO
D · N · MAXENT*ii* INVICT·
ac perpet. AVG NEPOTI
*d*I*V*I *m*AXIM*i*ANI · SEN ·
*e*T · DIVI *maximiani iu*
*ni*ORIS · AC...

Ed. Nibby *del circo volgarmente detto di Caracalla* Roma 1825 p. 9 (inde *Kunstblatt des Morgenblatts* 1826 n. 69 ex eoque Orelli 1069) et vv. 3 priores Borghesius *Antologia italiana* 1825 t. 18 p. 94. Descripsit de Rossi, contuli ipse.

Titulus spectat ad M. Valerium Romulum filium Maxentii, cos. ord. cum patre annis 308 et 309, a quo dedicati Maxentio patri et Valeriae Maximillae matri extant tituli alii duo (Henzen 5570. 5571). Decessisse videtur in ipso consulatu altero (Eckhel 8, 59; Borghesi opp. 3 p. 155) et a patre divus appellatus ac templo honoratus est (Eckhel l. c.; cf. de Rossi *Bull. crist.* 5 p. 66 seqq.): unde litterae singulares quae sunt in fine v. 1 explicantur sic: *Nobilissimae Memoriae Viro.* — Fragmentum id quod nos rettulimus ad v. 5 in., 6 in., 7 priores male rettulerunt ad v. 4. 5. 6, ut litterae VI ante AVG, T · DIVI ante AXIM collocarentur; quo admisso tota lectio pessumdata est, cum iam omnia plana sint et facile intellegantur. Maxentius *invictus et perpetuus Augustus* dicitur item in titulo Or. 1077; Romulus autem nepos fuit non solum Maximiani senioris patris Maxentii, sed etiam Galerii Maximiani iunioris patris Maximillae matris, qui in nummis socer Maxentii dicitur et divus (Eckhel 8 p. 38).

3.

Tabula aenea tribus fastigiis ornata, in quibus hinc secespita illinc patera, inter eas protome dei Solis radiis coronata sculptae sunt. In parte postica habet manubrium mobile. Inscriptio exarata est litteris satis bonis neque tamen alte incisis saeculi fere secundi exeuntis vel ineuntis tertii. Tabula quamquam Romae reperta esse dicitur, tamen, cum inscriptio ad Ostiam pertinere videatur, nescio an Ostiae potius effossa in urbemque delata sit. Servabatur Romae apud Alexandrum Castellanium, a quo in Britanniam delata in museum Britannicum fieri potest ut iam transierit.

SEX · POMPEIO · SEX · FIL
MAXIMO
SACERDOTI · SOLIS · IN
VICTI · M̄ · PATRI · PATRM
QQ · CORP · TREIECT TOGA
TENSIVM · SACERDO
TES · SOLIS · INVICTI · M̄
OB AMOREM ET MERI
TA · EIVS · SEMPER · HA
BET

Descripsit Helbigius, ipse contuli et correxi.

Patres inter septem gradus eorum qui mysteriis Mithriacis initiati erant (cf. Hieronymus epist. 107 ad Laetam) gradum altissimum occupant, *pater* igitur *patrum* summum omnium locum obtinet pro summoque Mithrae sacerdote babendus est. Siglum M̄ nomen Mithrae indicat etiam in titulo urbano (VI, 737), quem primus edidit Brunnius *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 150 seq., depingendum curavit Carolus Ludovicus Visconti in annalibus eiusdem Instituti a. 1864 in tabula adnexa N (cf. p. 177 seqq.). — Vv. 5. 6 legendum est sic: QuinQuennali CORPoris TREIECTus TOGATENSIVM. Quinquennales collegiorum ostendi alibi (*Bull. dell' Inst.* 1871 p. 148 seqq.) in quinos annos, non, ut quinquennales municipiorum, in quintum quemque annum creatos esse allato fragmento fastorum collegii cuiusdam, in quibus post quina consulum paria quinquennales sex numero ponuntur. Id collegium cum per lustra fastos suos ordinet, facile intellegitur, cur quinto quoque anno magistros mutarit, crediderimque quaecunque collegia non ad annos, sed ad lustra numerent, id quod saepe usu venire notum est, magistros babuisse quinquennales dictos et recte tam ex lustris collegiorum colligi magistros fuisse quinquennales quam ex magistris quinquennalibus temporum ad lustra descriptionem. — *Treiectus* qui commemoratur sive *traiectus* locus videtur esse, quo flumen aliquod transvehuntur scapbae, id est statio scaphariorum, ut Venetiis nomine adhuc utuntur quod est *traetto*. Iam cum inveniantur Ostiae corpus *scaphariorum et lenunculariorum traiectus Luculli* (Orell. 4109) et *q(uin)q(uennalis) treiectus marmorum* (Orell. 4106), *treiectus* quoque *togatensium* ad Ostiam videtur referendus esse, Togatenses autem scapbariorum aliquod fuisse collegium. Qui cur dicantur *Togatenses* non perspicio: videntur tamen aliquo modo coniuncti esse cum togatis; nam declinationem quae est *ensis* non ad civitatium nomina sola recte applicari monstrant formae quae sunt *Cicinenses*, *Quirinenses*, *Parianenses* (Henzen 7216), fortasse etiam *serrenses* (cf. de Rossi *Bull. di archeol. crist.* 2 p. 57 seqq.). *Togatos a foro et de sacomario* Ostiae novimus (Or. 4109). — Formula quae in fine inscriptionis est *semper habet* mihi et nova est et parum intellegitur: cogitavi primo de littera *b* loco litterae *v* posita, ita ut *habet* scriptum sit pro *avet*: sed neque baec formula aliunde nota est neque vitiosa ea scriptura convenit titulo recte et accurate perscripto.

4.

Vasculum fictile artis Arretinae repertum anno 1871 in eruderandis monumentis sepulcralibus in vinea quae appellatur Minervae medicae ad portam Praenestinam (*porta maggiore*).

In medio fundo figura pedis humani inclusum:

CAVRI · S

In parte fundi externa litteris graphio exaratis satis bonis saeculi certe aerae nostrae primi:

TYCHICI
SVTORIS
Á SPEM VE *sic*
TERE

Descripsit mihiqne dedit P. Aloisius Bruzza Barnabita: contuli imaginem photographam suppeditatam a Parkero Anglo.

De regione nrbis, cui nomen *Spes vetus*, cf. Canina in Ann. inst. arch. 1838 p. 202 seqq.; Becker topogr. p. 550; Preller *Regionen* p. 131. — De modo qno Romani locnm indicaverint, ubi habitarent, post alios dixit Jordan *Archäol. Zeitung* 1871 p. 65 seqq.

5.

Aedicula marmorea effossa a. 1872 in agro Verano ad basilicam D. Laurentii extra moenia in coemeterio construendo. Intra eam visitur statua parva sedens longa veste induta, capite velato et spicis coronato, qnae sinistra facem tenet Cereris instar, dextra pateram nunc deperditam videtur tenuisse. Nunc in museum Capitolinum inlata in repositis servatur, cum aedicula, quo melius transportaretur, diffracta sit necdum reconcinnata. Titulus in ea exaratus est hic litteris satis bonis:

TERRAE MATRI · S
A · HORTENSIVS · CERDO DEAE · PIAE
ET · CONSERVATRICI · MEAE · D · D

Dedit Tocco architectns: ipse contuli.

Numina raro dicuntur *pia*: cf. tamen *bona dea pia* Or. 1527. Dii deaeve *conservatores* vel *conservatrices* non rari sunt, formula autem hoc titulo usurpata, quae est *conservatrix mea*, mihi nova accidit.

6.

Supra p. 109 cnm Dittenbergerus ediderit restitutum a se titulnm Atticum P. Memmii Reguli cos. a. p. C. 31, eiusdem viri alium titulnm Athenis

ad aedem Divae Virginis, cui Panagiae pyrgiotissae nomen est, nnper descriptum et mecum communuicatum a Gustavo Hirscbfeld hic proponere visum est.

ΠΟΠΛΙΟΝΜΕΜΜΙΟΝΡΗΓΛΟΠ ... ΙΠ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ·ΚΑΙΣΑΡΟΣ·ΣΕΒΑΣΤΟΥΚ ... ΙΡΑΤΗΓΟΝ
ΚΑΙΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥ·ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ·ΑΘΗΝΑΙΩΝΟΕΠΙΤΟΥΣΟΠΛΙΤΑΣΣΤΡΑΤΗ
ΓΟΣΚΑΙΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΤΩΝΤΙΒΕΡΙΟΥΚΛΑΥΔΙΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥΑΓΩΝΩΝ·ΝΟΥΙΟΣΦΙΛΕΙΝΟΥΕΞΟΙΟΥ
ΤΟΝΕΑΥΤΟΥΕΥΕΡΓΕΤΗΝΕΚΤΩΝΙΔΙΩΝΑΝΕΘΗΚΕΝ

Quod exeuute v. 2 legitur Κ[αὶ ἀντι]ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ, ad finem v. 1 restituendum esse ostendit titulum πρεσβευτΗΝ, quo cum non plane expleatur hiatus iu v. 1 obvius, nescio an consulatus ibi indicatus fuerit legendnmqne sit ὕπατον. Fasces gessit Regulus anno 31, anno autem 36 legatus Augusti pr. pr. missus est ad regendas provincias Achaiam et Macedoniam et Moesiam, quibus per totum Gaii imperium et primis etiam Claudii annis videtur praefnisse (cf. Hertzberg *Gesch. Griechenl.* II p. 8 et Dittenberger l. c.). Fuit igitur legatus Augustorum trium, cum hoc titulo non enuntientnr nisi duo qui sunt Tiberius Caesar Augustus et Tiberius Clandius Caesar Augustus Germauicus. Id qnod cave eo referas, quod Regulns a Gaio Caesare Romam vocatus ad Lolliam uxorem Caesari despondendam (Snet. Cal. 25; Dio 59. 12) post huius demum mortem in provinciam redierit; nam anno certe 40 iu Graecia eum commoratum esse ex iis colligitur quae narrat Iosephus (*A. I.* 19, 1, 1). Immo nomen pessimi imperatoris consulto praeteritum est. — Nota praeterea Regulum nuncupari πρεσβευτὴν Τιβερίου Καίσαρος Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστράτηγον, verba autem καὶ Τιβερίου Κλαυδίου Καίσαρος Σεβαστοῦ subsequi, cum inserenda essent aute ea quae sunt καὶ ἀντιστράτηγον. — Statuam Reguli de suo dedicavit Ti. Claudius Novius Philini filius, cuius plura monumeuta supersunt. De eo qni nuper egit in Hermae vol. 4 p. 416 seqq. Neubauerus in eo videtur erravisse, quod putat Novinm fuisse origine Romanum postea civitatem nactum Atbenis. Quamvis enim originem Italicam indicare videatur nomen quod est *Novius*, patrem Graecnm fuisse Philiui nomeu ostendit, filium autem demum civitatem Romanam a Claudio imperatore accepisse praenomen eius nomenqne manifesto demonstrant.

W. Henzen.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

IX. ALPHABETA ETRVSCA REPERTA CLVSII.

Qui diligentissime et felicissime antiquae Etruriae parietinas explorat et illustrat F. Gamurrinius Florentinus, nuper inde protulit[1]) lapides tofaceos duos repertos in sepulcro quodam Clusino inscriptos alphabetis pluries repetitis stilo leviter exaratis, qualia etiam alibi reperta sunt modo picta in parietibus cubiculorum sepulcralium, modo vasculis cretaceis stilo inscripta[2]). Ea alphabeta cum et propria quaedam habeant et cum origine vicibusque litteraturae Latinae quodammodo coniuncta esse videantur, ab huius ephemeridis instituto non alienum visum est repetere ea breviterque illustrare.

In altero saxo cernuntur duobus versibus alphabeta duo (1. 2), quorum posterioris principium periit. Alterum uno solo versu inscriptum incipere videtur ab alphabeti litteris duabus postremis (3), quas quae praecesserunt in saxo huic olim contiguo perscriptae videntur fuisse; sequitur continuo alphabetum (4) ita integrum, ut trium postremorum elementorum non supersint nisi vestigia non satis certa. Figurae litterarum neglegenter factae a vulgari consuetudine non multum recedunt; nos eas imitati sumus, quatenus typi permiserunt. Sunt autem alphabeta quattuor haec:

1. A E C I B ◊ I K ⅃ M N Γ Φ D T
2. / / / / / / / / / K L M N F M D I Φ V Ψ 8
3. T Φ
4. A E C I B ◊ I K L M N Γ 1 / / V[3])

Dubitari non potest plura hic perturbata esse culpa scriptoris, sive discens is fuit sive operarius otiosus, maxime sub finem alphabeti, quasi qui exa-

[1]) *Annali dell Instituto* 1871 p. 156 seq. cum tabula adiecta.

[2]) Composui ea in libro de dialectis Italiae inferioris p. 1. 6. 8 seq. Latina alphabeta similia visuntur passim in parietibus Pompeianis vol. IV n. 2514—2549 *c*, item in tegula Savariensi vol. III p. 982.

[3]) *Dopo la* Γ, Gamurrinius ait, *apparisce la prima asta del* M [in tabula est 1], *dopo la quale non potevano esser segnate più di due o tre lettere.* Credit in lapide fuisse Γ M D T Φ.

ravit elementa non perdidicerit. Nam ad *p* usque exemplaria non differunt; deinde quae requiritur littera *s* adest in secundo adfuitque fortasse in quarto; at in primo intrusa est eius loco littera φ ab hoc certe loco aliena. Deinde *r t* litterae in alphabetis aut sunt aut videntur fuisse. Denique quattuor extremae litterae in solo secundo alphabeto comparent, sed ut *u* littera litteram φ non praecedat, sed sequatur. Tria reliqua litteris *u* ↓ *f* caruisse videntur itaque finivisse in φ, nisi quod primum, cum id ipsum elementum praeceperit loco litterae *s*, desinit in T.

Iam cum viderimus, quattuor illa alphabeta quomodo ordinata sint, ipsa confirmant, quae vel ex loco quo reperta sunt colligitur, originem Etruscam. Desunt enim elementa *b d o q x* ab Etruscis mature expulsa, adest elementum 8 sive *f* ab iisdem ad accepta a Graecis adiectum. Comparatione autem instituta alphabetorum Clusinorum cum Etruscis reliquis haec inveniuntur propria et notabilia.

1. Alphabeta Etrusca vulgaria cum habeant litteram *c*, omittant *k*, hic e contrario *k* adest, abest *c*. Quod quamquam novum est, tamen recte componetur cum alphabeto Etrusco vasculi Nolani prioris l. c. a me editi, ubi *c* bis repetitur et suo loco et loco litterae *k*. Denique a titulis vetustioribus Etruscis[1]) ut ab Umbris pariter atque ab hoc alphabeto abest *c*, adest eius loco *k*.

2. Cum elementum *s* in Etrusca litteratura duplex sit M post *p*, S post *r*, in alphabetis his Clusinis hoc videtur desiderari.

3. In alphabeto secundo cernitur littera *u* loco mota, scilicet ex quarto a fine loco translata in tertium; tria autem reliqua alphabeta carent litteris tribus *u* χ *f*, quae litterae in alphabeto secundo, ubi *u* antepaenultima facta est, extremae sunt. Omissio haec sine dubio redit ad solam scribentis neglegentiam; nec video, quid aliud subesse possit mirae illi litterae *u* transpositioni.

4. Scriptura quattuor alphabetorum a sinistra dextrorsum procedit more Latino.

X. FLAMONIVM. FLAMINIVM.

Flaminis sacerdotium et *flaminatum* recte dici et *flamonium* constat; *flaminium* autem, qua forma hodie vulgo utuntur, haud scio an satis Latinum non sit. Nam tituli qui extant praeter *flaminatus* vocabulum non agnoscunt, quod quidem sciam, nisi alterum *flamonii*, quod legitur in titulis Dacico uno III, 1134 = Grut. 195, 5, Hispanis quattuor II, 1936. 1939. 2195. 2221, Africanis quinque apud Renierium n. 1428. 1429. 1730. 1824 (= Henzen 5317). 3096, fortasse etiam in aliis. Apud auctores verum est *flamonii* vocabulum hodie paene oblitteratum esse; certe quantum vidi, locum suum

---

[1]) Exempla suppeditat Conestabilius in splendido opere *iscrizioni etrusche e etrusco-latine della galleria di Firenze* (Florentiae 1858) p. XCIV.

tenuit apud unum Sidonium epist. 5, 7: *invident ... flamonia municipibus*, propterea quod ad eum locum prudentissimus Sirmondus in adnotatione haec adscripsit: '*flamonii* vocem pro *flaminii* agnoscunt veteres glossae[1]) et inscriptio Albae Iuliae', scilicet Dacica supra allata. In reliquis auctoribus res aliter cessit. Etenim apud Ciceronem in Philippica 13, 19, 41 cum legamus: *Caesaris flaminium cur reliquisti?*, *flamonium* est in Tegernseeensi saec. XI, *flamminium* in deterioribus. Apud Livium 26, 23 pro eo quod editur: *flaminio abiit*, Puteanus suppeditat *flamonio*. Apud expilatorem eius loci Valerium Maximum 1, 1, 4 cum Bernensis liber vulgatam sequatur, Paridis epitoma consentit cum Puteano. Apud Tacitum ann. 4, 16 quod editur *qui id flaminium apisceretur*, item ann. 13, 2 *flaminium Claudiale*, editur refragante libro Florentino, in quo est utroque loco *flamonium*. Apud Suetonium in vita Augusti c. 31 etsi libri typis expressi omnes opinor habent *Diale flaminium*, Memmianus codex teatibus et Burmanno et Rothio (cuius manu scripta eius libri recognitio apud me est) suppeditat *flamonium*. Denique in codice Theodosiano 12, 1, 21 quod legitur *post flaminii honorem*, ei item adversatur unus liber isque vetustissimus qui eam constitutionem servavit Vaticanus scribens *flamonii*. Supersunt ex locis mihi notis duo, ubi vera forma non adsit in ipso edito apparatu critico, scilicet Gellii 10, 15: *flaminio decedit* et Tertulliani de spect. 12: *flaminia et sacerdotia*. At et in utroque auctore idonea adornatione destituimur et ut codices in his flaminii formam retineant, neutrum scriptorem ita traditum accepimus, ut in eiusmodi quaestione eius libri in calculum venire debeant, ut immo eorum tradita lectio sananda sit ad auctoritates potiores codicum proborum scriptorumque lapidum, quibus sperandum est fore ut futuri editores aliquando in hoc vocabulo obtemperent ad exemplum Sirmondi.

---

[1]) Glossas quas allegat vir moltae lectionis, aut ipsae eae sunt, quas tamquam auctarium Isidorianarum edidit Aimeloveenius (post Martini lexicon philologicum ed. Amstelaed. a. 1703 vol. II in fine: *flamonium honor qui datur flaminibus*), aut similes earum. Illas monuit Hauptius scriptas extare in codice Leidensi originum Isidori (catal. p. 374 n. 82), quo codice sine dubio usus est Almeloveenius. Idem amicus, cuius copiosa et accurata doctrina familiaribus rogantibus nullo tempore deest, adiecit similia reperiri in aliis glossariis compluribus saeculo nono decimove perscriptis, scilicet in Amploniano saec. IX (Jahn *Jahrb.* vol. 13 p. 333), Sangermanensi p. 145 Hildebr., Leidensi saec. X catal. p. 369 n. 24 (*flammonium honorem ponteficalem apud gentiles, qui datur flamminibus*), Leidensi 67 E saec. IX vel X (*flamoneum ponteficales apud gentiles honor, quo qui functus fuerit, apicem obtenit dignitatis et dicitur flaminalis*), Leidensi Vossiano saec. IX catal. p. 369 n. 26 (*flammonius honor pontificalis apud gentib.*), Leidensi 67 D (Geel p. 158 n. 498) saec. X (*flammonius honor pontificalis*), bibliothecae S. Genovefae saec. X (apud Quicheratium add. lexicis Latinis Parisiis 1862 p. 105: *flamonium pontificalis honor apud paganos*). Universa haec apparet redire ad eundem auctorem, qui potest fuisse scholasticus aliquis non antiquior saeculo octavo nonove; nam libris scriptis testibus postea demum grammatistae ignorare coeperunt Latine dici flamonium, non flaminium.

XI. ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΥΠΑΤΟΣ.

Magistratuum Romanorum vocabula credibile est mature Graecis ita innotuisse, ut in eorum linguam converterentur non pro lubitu cuiusvis, sed consuetudine recepta et usu sollemni. Nam ut mittamus auctores Cumanos et Neapolitanos, certe qui regis Pyrrhi res gestas Siculumque bellum narrabant Graeci homines summi magistratus apud Romanos certa denominatione carere non potuerunt. Iam is etsi testibus Scipionum elogiis ipso quinto saeculo consul appellabatur, neque solum hoc eius vocabulum fuisse neque antiquissimum, sed eundem aliquando dici solitum esse et postea quoque recte dici potuisse praetorem maximum idonei auctores tradiderunt (Fest. v. maximum praetorem p. 161; Liv. 7, 3). Graeci deinde si quaerimus quomodo consulem appellarint in antiquissimis quae quidem supersunt documentis, T. Flamininus cos. a. 556 dicitur in epistula ipsius scripta ad Cyretienses Thessaliae populum (C. I. Gr. n. 1770) *στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων* similiterque in titulo dedicato ei a Gythiensibus (C. I. Gr. n. 1325), nisi quod hic non additur *Ῥωμαίων*. Eadem appellatione *στρατηγοῦ ὑπάτου Ῥωμαίων* utitur magistratus is qui epistulam ad Heracleotas Cariae dedit insertam et in C. I. Gr. n. 3800 et plenius in syllogen Lebasii et Waddingtonii III n. 588, cuius quamquam nomen periit, eum fuisse Cn. Manlium Volsonem consulem a. 565 Henzenus in ann. inst. 1852 p. 140 seq. probabiliter coniecit probante etiam Waddingtonio. Quibuscum ubi componimus titulum eiusdem aetatis, nempe anni 561 (C. I. Gr. n. 3045), in quo M. Valerius praetor appellatur *στρατηγός*, inde colligemus Graecos in magistratibus maioribus Romanis appellandis vocabula expressisse praetoris maximi et praetoris, non consulis et praetoris, sive quod consulis appellatio vix potest proprie Graece verti [1]), sive, id quod magis crediderim, quod formularum Graecarum origo adscendit ad id tempus, quo consulis appellatio vulgaris magis fuit quam sollemnis. — Deinde cum brevitatis causa, tum ut consules praetoresque certius distinguerentur, in praetore maximo substantivum omitti coeptum est adiectivo solo retento. Brevioris eius locutionis in editis titulis non repperi exemplum antiquius lapidibus miliariis consulis a. u. c. 625 M.' Aquillii vol. I n. 557 = III, 479. 6093, nec repperisse se scripsit ad me peritissimus huius provinciae epigraphicae explorator Dittenberger. Ineditum autem adhuc pulcherrimumque monumentum, quo consul a. 584 A. Hostilius *ὕπατος* nude appellatur, propediem ostendet eam consuetudinem ante iam coepisse inde a saeculo urbis sexto exeunte. — Saeculo septimo plenior appellatio rarescit. Adest quidem in titulo Thebano (Keil syll. inscr. Boeot. p. 83) consulis a. 608: *[Λ]εύκιος Μόμμιος Λευκίου [σ]τρατηγὸς ὕπατ[ος Ῥω]μαίων τοῖς Θε[οῖς]*, item in Samio eo, quem supra attulimus, a. 619 [2]) et apud Polybium

[1]) Consules vertere *συμβούλους* Dionysius quidem potuit, non potuit Graecia antiqua.

[2]) Vide p. 156. Ipsi Waddingtonio postea (ad n. 588) in mentem venit pro *Στ]ελλατίνα ὕ]πατος* etiam legi posse, quod supplevi ego, *στ[ρατηγὸς ὕ]πατος*; illud tamen supplementum retinuit propter ea quae mox indicabuntur.

aetatis Gracchanae scriptorem, sed ut tam in Samio titulo quam apud Polybium plena denuminatiu στρατηγοῦ ὑπάτου breviorque ὑπάτου alternentur et apud hunc quidem plena raro inveniatur, scilicet ter tantum (1, 52, 5. 6, 14, 2, ubi cur nuperi editores στρατηγοῦ vocabulum induxerint, nun perspicio. 18, 46 [29] 5 in edicto, quo Flamininus Graeciae pupulos liberos esse iubet), cum ὕπατος nude passim legatur. Hoc proprium est Polybio et ab ipso ni fallor excogitatum ambiguitatis omnis evitandae studio, quod praetorem non στρατηγὸν nude dicit, sed aut στρατηγὸν ἑξαπέλεκυν (3, 106, 6) aut ἑξαπέλεκυν nude (3, 40, 11 al.). Contra ubi στρατηγὸς nude legitur neque appellative ponitur [1]), sed ad magistratum designandum, ibi non praetorem significari, sed consulem viri docti dudum intellexerunt [2]); ita in foedere Aetolico 21, 32, 13 [22, 15, 13]: ἐπὶ Λευκίου Κοιντίου καὶ Γναίου Δομετίου στρατηγῶν, item 23 [24], 1, 8. Uude etiam procunsul a Pulybiu non sulum ἀνθύπατος dicitur, sed item ἀντιστράτηγος (3, 106, 2. 28, 3, 1), quamquam hoc etiam de propraetore usurpavit (15, 4, 1). Apud auctores posteriures eae locutiones ibi redeuut, ubi Polybium compilarunt imitative sunt; ita Flamininus στρατηγὸς ὕπατος dicitur apud Plutarchum Tit. 10 in eu ipsu edicto de Graecia liberanda, ὕπατος στρατηγός P. Licinius consul a. 583 apud eundem in apophthegmatis reg. et imp. p. 239 Dnebn. [3]). Praeterea autem praesertim in titulis ut praetor στρατηγός, ita consul constanter appellatur ὕπατος neque amplius redit appellatiu στρατηγοῦ ὑπάτου.

Ab hac στρατηγοῦ ὑπάτου interpretatiune, quam mihi probatam aliis cumprobare studui, longe discedit ea, quam Waddingtouius exposuit ad inscriptionem supra citatam syllugae suae n. 588. Scilicet merito reiecta Bueckhii sententia illa lucutiune significari ducem eundemque consulem ipse Viscontiu adsentiens coutendit significari ita ducem summum. Στρατηγὸς ὕπατος Ῥωμαίων, inquit, *signifie 'général en chef des Romains'; les mots στρατηγὸς et ὕπατος sont employés ici dans le sens qu'ils ont chez les auteurs grecs, avant qu'ils vinssent à désigner les fonctions romaines de préteur et de consul.* At primum nusquam, quod sciam, neque Pulybius neque alius quisquam scriptor Graccus στρατηγοῦ ὑπάτου appellatiune utitur, nisi ubi consul significatur, ut neque dictator ita appellatus inveniatur neque praetor is, apud quem summa imperii sit, neque denique ἀρχιστρατηγὸς quisquam non Romanus. Porro ut concedamus summum ducem Graece recte dici potuisse στρατηγὸν ὕπατον, primum eam cogitationem iisdem plane verbis enuntiari et in titulis

---

[1]) Ita 1, 11, 3: προχειρισάμενος τὸν ἕτερον τῶν ὑπάτων στρατηγόν et alibi passim. — Dictatorem Polybius semper appellat nomine Latino, quamquam, ubi non nomen ponere vult, sed dictatoris potestatem ita definire, ut Graeci lectores eam intellegant, utitur vocabulo στρατηγοῦ αὐτοκράτορος.

[2]) Perizonius animadv. hist. c. I p. 36 ed. Amstelaedami a. 1685. Schweighaeuser vol. 9 p. 566.

[3]) Quod praeterea affert Perizonius C. Popillium consulem a. 622 secundum Plutarchum C. Gracch. 4 Gracchanos ex civitate expulisse στρατηγοῦντα, rectius opinor erroribus auctoris adnumerabitur.

diversis diversarum urbium et apud Polybium mirificum est et paene dixerim incredibile, cum is consensus recte se habeat in honoris significatione legitima diuturnoque usu recepta. Deinde quae attulimus στρατηγοῦ ὑπάτου lapidum testimonia tantum abest, ut appellativam summi ducis mentionem admittant, ut propriam magistratus denominationem necessario requirant. Neque enim video, quo iure posuerit Waddingtonius Romanum magistratum in senatus consultis quidem legitima appellatione designari debuisse, at in titulis ei dedicatis ipsisque epistulis ab eo datis sufficere quodvis non proprium vocabulum rei aptum. Immo neque Graecorum usus et multo minus Latinorum admittit, ut regem vel consulem vel quemlibet denique magistratum enunties proprio honoris nomine suppresso substitutoque in eius locum vocabulo alio ad arbitrium electo. Quam ob rem cum haec explicatio reicienda sit, redeundum est omnino ad supra propositam et defensam.

Sed restant dubitationes quaedam Waddingtonii, quibus iam respondendum est; dignae enim sunt solida eius viri doctrina, a quo etiam ubi dissentias, semper proficias. Primum quod monuit στρατηγοῦ ὑπάτου vocabulum non inveniri nisi in titulis proconsulum, non consulum, itaque vices facere ἀνθυπάτου vocabuli postea demum introducti, id ipsa re refellitur, si recte supplevimus senatus consultum de Prienensibus et Samiis a. 619 (p. 156). Praeterea etsi ἀνθυπάτου vocabulum recentioris originis est, sicut ipsum proconsulis nequaquam vetustum est, dici potuit ut *pro consule* Latine, ita Graece ἀντὶ στρατηγοῦ ὑπάτου vel ἀνθ' ὑπάτου. Quod qui improbabant tamquam insolens et a Graeco usu abhorrens, eos credibile est non abstinuisse propterea ab omni proprio vocabulo, sed confugisse potius ad usum certe Ciceronis aetate vulgo receptum (Marquardt in enchiridio 3, 1, 277 n. 1909), ut qui pro consule vel pro praetore esset, consul praetorve diceretur. Quid quod ne de tempore quidem satis constat, quo eius generis vocabula in sermonem Latinum ita reciperentur, ut qui pro magistratu esset, is legitime magistratus dici non posset. Sane etsi non licuit Ciceroni aequalibusque eius in epistulis inscribendis consulem appellare qui pro consule esset, inde non recte colliges idem non licuisse Graeciae liberatori T. Flaminino.

Gravius est, quod praeterea opposuit Waddingtonius (l. c. et in fastis provinciae Asiae p. 64 seq. ed. minoris), C. Fannium praetorem a. 705 in epistula ab ipso scripta relata apud Iosephum antiq. 14, 10, 15 dici στρατηγὸν ὕπατον, item apud eundem 14, 10, 8 Iulium Gaium nescio quem eiusdem aetatis hominem pariterque, ut videtur, praetura fungentem in epistula sua appellari στρατηγὸν ὕπατον Ῥωμαίων. Admisit Waddingtonius significari sic ducem exercitus nulla honoris commemoratione facta; at id contrarium esse consuetudini Romanae supra ostendi. Denique qui epistulae praescripsit sic: Γάιος Φάννιος Γαίου υἱὸς στρατηγὸς ὕπατος Κῴων ἄρχουσι χαίρειν, cum in nummis eo ipso anno signatis appelletur *C. Fan(nius) pont(ifex) pr(aetor)*, eum quis credet in illa praescriptione στρατηγὸν se dixisse tamquam ducem, non tamquam praetorem? Sequitur, ut στρατηγὸς ὕπατος in hisce epistulis scriptis ineunte saeculo octavo aliud significet atque vidimus significare in titu-

lis saeculi sexti ineuntisqne septimi, neque id per se offendere debet; nam ut praetoris maximi apud Latinos, ita *στρατηγοῦ ὑπάτου* vocabulum apud Graecos illa aetate plane exoleverat quique eo utebatur non doctus inter doctos, sed magistratus magistratibus scribens, credendus est non tam antiquatam verbi significationem resuscitare voluisse quam hoc dicere praetorem se esse, sed primarium et supra reliquos praetores eminentem. Quae opinio praeterea eo commendatur, quod idem Fannius in epistula publica alia eodem anno scripta appellatur *ἀρχιστρατηγός*[1]. Iam ubi circumspicimus, qui fieri potuerit, ut C. Fannius praetor Asiae a. 705 supra reliquos praetores emineret, statim succurrit notissima liberae rei publicae consuetudo praetoriis quibusdam provinciam regentibus iura et insignia proconsularia tribuendi, de qua post alios egi ad I, 641; quod quominus etiam Fannio contigerit per difficillima rei publicae tempora Asiam regenti, dubium esse vix potest. At is Fannii honor quomodo enuntiari potuerit, minus facile est dictu; nam non ut reliqui post praeturam in urbe actam pro consule provinciae praeerat, sed praeerat ei in ipsa praetura iungebatque cum honoribus praeturae honores proconsulatus. Potuit recte appellari *praetor pro consule*[2] ad exemplum *quaestoris pro praetore*; sed videtur aliter rem ordinavisse et Latine quidem continuisse se intra nudum titulum praetoris, Graece autem dixisse se *στρατηγὸν ὕπατον* sive *ἀρχιστρατηγόν*, id est praetorem maximum sive primarium, nempe habentem fasces duodecim. Iulium Gaium illum sive quo alio nomine fuit, qui paullo post Caesare dictatore Asiae praefuit *στρατηγὸς ὕπατος*, nihil impedit; quominus item statuamus eo ivisse in ipso praeturae anno iura habentem proconsulis, cum praesertim nequaquam certum sit Caesarem dictatorem legem de biennio praeturae inter urbem provinciamque distribuendo aequabiliter observasse.

XII. ANALECTA DE PISONIBVS ET CRASSIS FRVGI.

Ad ea quae supra p. 143 seq. exposui de Calpurniis Pisonibus et Crassis Frugi accreverunt quaedam cum ex mea lectione tum ex admonitionibus Richardi Schoenii mei aliorumque amicorum, quae ne pagina vacet, hic adicere placuit.

Titulus urbanus post alios relatus apud Orellium n. 3689: *hi termini XIX positi sunt ab Scriboniano et Pisone Frugi ex depalatione T. Flavi Ves-*

[1]) Iosephus 15, 10, 13: Τῖτος Ἄμπιος Τίτου υἱὸς Βάλβος πρεσβευτὴς καὶ ἀντιστράτηγος Ἐφεσίων ἄρχουσι βουλῇ δήμῳ χαίρειν. Deinde ibi est sic: *παρὰ Φαννίου τοῦ ἀρχιστρατηγοῦ κ. τ. λ.* Duebnerus quod edidit, ex coniectura ut videtur, *ἀντιστρατήγου* ferri non posse recte docuit Waddington; epistula enim scripta est mense Octobri a. 705.

[2]) *Praetor pro consule* qui invenitur in titulis etsi item uno spiritu videtur efferendus esse, non significat praetorem eodemque anno proconsulem, sed priore anno praetorem, posteriore proconsulem (v. ad I, 641).

pasiani arbitri addendus est documentis iis quae de duobus filiis natu minimis M. Crassi Frugi consulis a. 27 p. 147. 148 composuimus. Est item eo nomine memorabilis, qnod solus quod sciam superest Vespasiani privati etiamtum, item solus praenomen eius quod fuerit nos docet.

Crassorum Frugi titulos duos mibi indicavit Schoenius a me praetermissos, Tarraconensem II, 4364: *Faustus Crassi Frugi ser.* et Pompeianum I. N. 2216 = Orell. 4326: *thermae M. Crassi Frugi aqua marina et baln(eae) aqua dulci. Ianuarius l(ibertus).* Ille ad qnemnam pertineat ex familia notissima, nemo facile dixerit. Hic, qnem nota repertum esse in opere positum in villa q. d. Ciceronis extra Pompeios oppidum antiqno tempore ad ipsum litus situm, componendus est cum loco Plinii h. n. 31, 2, 5, nbi laudes aquarum in sinu Baiano scaturrientium ita finit: *vaporant et in mari ipso quae Licini Crassi fuere medioque inter fluctus existit aliquid valetudini salutare.* Nam patet intellegi ab auctore ipsas illas thermas aqua marina, qnarum programma superest. M. Licinius Crassus Frugi harum thermarum balnearnmque dominus quamquam potest fuisse consul a. 27, potius consul a. 64 videtur a Plinio intellegi, cum verba *quae Licini Crassi fuere* magis conveniant filio ante decem annos quam scripsit Plinius defuncto quam patri viginti circiter annis ante filium occiso.

Postremo quam coniecturam proposni p. 147 n. 2 de Senecae ludi loco corrupto c. 11, eandem postea admonuit me amicus praeceptam esse a Buechelero in editione eius ludi minore, quam inspicere neglexeram: scilicet pro eo qnod libri praebent *tristionias assarionem nobiles tamen* ego conieci scribendum esse *tris di boni assarios, item nobiles tamen,* Buechelerns autem temptavit *tris homines assarios, nobiles tamen.* Quam alieni inventi ereptionem ut invitus commisi, ita ipse noster fortnitus consensus in mea me de hoc loco opinione confirmavit.

PER AVCTOREM TVTOREM.

'Per tutorem' et 'tutore auctore' verba plerique peritiorum ita distinguunt, ut illud dicatur ubi solus tutor rem peragat, hoc ubi ipse pupillus rem gerat, tutor autem consilio et auctoritate negotium confirmet.

At vero repugnat notum rescriptum Decii imperatoris de possessione infanti quaerenda L. 3 C. de poss. 7, 32: 'Donatarum rerum a quacunque persona infanti vacua possessio tradita corpore quaeritur. quamvis enim sint auctorum sententiae dissentientes, tamen consultius videtur, interim, licet animi plenus non fuisset affectus, possessionem per traditionem esse quaesitam: alioquin, sicuti consultissimi viri Papiniani responso continetur, nec quidem per tutorem infanti poterit adquiri.' neque enim ut solus tutor infanti possessionem quaerat suo actu, sed tantum ut auctoritas recte interponatur, necesse est ipsius infantis 'corpore', id est apprehensione, et animo 'licet minus pleno', non solam detentionem, sed ipsam 'possessionem' 'interim' certe, id est donec tutor auctoritatem aut accommodet aut deneget, infanti iam esse quaesitam. et ita primus, quod sciam, Alexander Constantinus Sendrea Romanus in dissertatione de possessione per alium adquirenda (Berolini 1865) pag. 37 rem expedivit.

Sed utut haec rectius quam antea intellecta ac disputata fuerint, tamen eiusmodi locutionis adhuc defuere testimonia. neque enim negari potuit 'per tutorem' tunc demum fieri videri ubi solus tutor agat, non ubi pupilli agenti auctoritatem dumtaxat accommodet: L. 1 3 20 D. de poss. (41, 2) L. 5 C. quando ex facto tutoris (5, 39).

Gratus igitur supervenit Bingensis titulus sepulcralis editus nuper in ephemeride archaeologica Berolinensi[1]) indubitate ita legendus: 'C. Vescius C. lib(ertus) | Primus lanius h(ic) s(itus) e(st). | C. Vescius C. f(ilius) Severus | et Peregrina C. | Vesci filia fecerunt per auctorem | tutorem C. Vescio | C. lib(erto) Vaaro.' nam ibi 'per tutorem' pro 'tutore auctore' dicitur idque apparet non solum ex appositione, verum etiam ex ablativis.

---

[1]) A. 1869 vol. 27 p. 70 ubi Mommsenus significavit sibi eam locutionem ortam videri ex duarum formularum imperita confusione.

RVDORFF.

Formis Academicis (G. Vogt).

DE SACRIS QVIBVSDAM IN HEMEROLOGIO FRATRVM ARVALIVM COMMEMORATIS.

Aedium sacrarum urbis Romae catalogum ex fastornm annaliumque potissimum reliquiis recomponere nisi topographi neglexissent, ut neglexerant nomiua vicorum, cantum esset ne quibus quasi in transcursu de singulis ageudum est iterum itcrumque in errores inducautur. Velnti qni nnper hemerologii Arvalium reliquias enarraverunt Henzenus (*Scavi* p. 88 s.) et Mommsenus (*Eph.* 1, 36 s.) non mirum est quod Opis opiferae nomen ibi novum comparere dixerunt: neglecta enim obscurataque iacent scriptorum qui eam commemoraverunt verba. habet autem hemerologium illud ad d. 23 Aug. talia:

Aug. 23 c		NP VOLCANO
	in circo Flam. Iuturnae et nymp	HIS·IN·CAMP·OPI·OPIFER
	ad lacum Iuturnae?,	QVIR · IN · COLLE · VOLK
	. . . . *in*	COMIT

Primum igitur de Opis opiferae et nomine et aede luculentum testimonium olim extabat in editionibus Plinii nat. hist. 11, 174 hoc: *Metellum pontificem adeo inexplanatae* (linguae) *fuisse accipimus, ut multis mensibus tortus credatur dum meditatur in dedicanda aede Opiferae dicere.* ita enim boni codices omnes, nisi quod optimus rescriptns *opifaerae opiferae.* correxit haec Urlichsius scribendo *aede Opis verba dicere* eumque secuti sunt Ianus et Detlefsenus. atqui nota erant etiam anto recuperata hemerologii fragmenta verba Augustini de civ. dei 4, 11, ubi inter Lucinam et deum Vaticanum Opem infantium patronam sic insernit: *ipse* (Iovem dicit) *opem ferat nascentibus excipiendo eos sinu terrae et vocetur Opis.* itaque tecte quidem verum satis clare significat praeter Consiviam Opem notam omnibus coli Opiferam. nnuc quin ipse Urlichsins coniectnram suam abiecerit non dubito: apparet scribendum esse *Opi opiferae.* sed inter Metellos cum duo inveniantur, quos constet collegio pontificum adscriptos fuisse, L. Caecilinm Metellnm cos. a. 503. 507 et L. Caecilium Metellum Delmaticum cos. a. 635 cens. a. 639 (utimur enim egregio sacerdotum elencho quem C. Bardt nuper confecit, *die Priester der vier grossen Collegien*, progr. schol. Berol. 1871), de illo quidem cogitari

non posse apparet, quippe quem et Plinius idem (7, 140) *optimum oratorem* vocet et fuisse alii testentur. dedicavit igitur Opis opiferae aedem L. Metellus alter, quem Bardtius (p. 7 s.) inter annos 631 et 640 pontificem maximum factum esse et decessisse circa a. 654 demonstravit. notum est eundem Castoris aedem ad forum de manibiis Delmaticis (triumphavit autem *de Delmateis* a. 637) refectam dedicasse (Cic. in Verr. 1, 59, 154 pro Scauro 46 cum scholiis Asconii). quae res nescio an alicuius momenti esse possit ad indagandam Opiferae aedis ab eodem a solo, ut putaverim, factae sedem indagandam. constat Iuturnae nympharumque partes quasdam esse in iuvando mulierum partu Iuturnamque a Varrone a iuvando aegros putari dictum: lacum autem Iuturnae huius opiferae ut ita dicam nemo nescit fuisse post aedem Castoris, ut facile quis dixerit Metellum post a. 637 una cum hac aede dedicasse aedem *Opi opifer(ae)* | [*ad lacum Iuturnae*] vel [*Diuturnae*], quae verba optime conveniunt mensurae partis lapidis deperditae. sed ad certiora pergo.

Sacro Opiferae quae praecedebant Henzenus et Mommsenus egregie sic restituerunt: *Volcano* | [*in circo Flam(inio), Iuturnae et nymp*]*his in campo.* de nympharum sacro non constabat, constabat do Volcano fastorum Vallensium testimonio: *Volcano in circo Flaminio.* meminit huius templi Livius cum inter prodigia a. 538 rettulit (24, 10) *tacta de caelo atrium publicum in Capitolio, aedem in campo Vulcani.* in confinio igitur campi et Flaminii circi aedem positam fuisse coniecit Mommsen *Eph.* 1, 36. Beckerus, qui Livii verbis usus est p. 287, postea p. 620 eorum immemor fuit: negavit enim iniuria aedem in circo Flaminio praeter hemerologia memorari. at omnes, nisi fallor, obliti sunt Ciceronis, qui in Verrinis loco a nemine non lecto 2, 61, 151 *quid,* inquit, *statuae equestres inauratae volunt, quae populi Romani oculos animosque maxime offendunt propter aedem Vulcani? nam inscriptum esse video quandam ex his statuam aratores dedisse* et deinde 69, 167 Verri dicit non posse fidem haberi Siculorum se contemnere existimationem autumanti: *eripiunt enim tibi istam orationem . . . statuae illae equestres, quas tu paulo ante quam ad urbem venires poni inscribique iussisti, ut omnium iniquorum tuorum animos accusatorumque tardares.* qui huius testimonii rationem nullam habuerunt nescio abi statuas illas populi Romani oculos offendisse crediderint: an Syracusis, ubi ne constat quidem Ἡφαίστου fuisse aedem (v. Holm, *Geschichte Siciliens* 1 p. 395)? ego his testimoniis comprobari video, Ciceronis tempore Romae aedem extitisse Vulcani unam solum, factam ante a. 538 *in campo* sive *in circo Flaminio,* nullam fuisse in area Volcani ad comitium, id quod rectissime statuit Beckerus p. 287. Plutarchi enim auctoritate mire abusus est Detlefsenus, cum aedis eam in Volcanali factae et postea sublatae mentionem facere sibi persuasit (*Annali* 1860 p. 149). nimirum Quaestionum R. c. 47 ille quaerit cur Romulus ἔξω πόλεως aedem Volcano fecerit: utrum propterea quod ipse Martis ex Venere filius illum σύνοικον et ὁμόπολιν facere noluerit, an quod ibi cum Tatio et senatu statim ab initio loco ab urbe secreto commode consultare posse crediderit, an quod deum incendiorum ab urbe arcere voluerit?

vides haec omnia dicta esse de aede extra urbem posita. deinde quod idem Plutarchus Rom. 27 narrat secundum quosdam Romulum ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἡφαίστου a senatoribus occisum esse, eo loco iam Sachsius 1 p. 77 ita usus erat, ut aedem in Volcani area re vera fuisse recte negaret, Plutarchum de ea cogitare falso adfirmaret. nam quicumque ineptias istas excogitavit is Romulum in campo perisse negare non poterat; finxit autem senatum ante portam convenisse in ea aede, quae postea ibi facta est, ut similiter fictum esse ducui quod de senatu in aede Iani ad theatrum Marcelli facto apud Festum legimus ex nescio quibus annalibus excerptum (v. *Hermes* 4, 234 *Top.* 2, 267 s.). ansam praebere potuisse talibus commentis senaculum eum Volcanali coniunctum et Sachsius l. c. vidit nec ignoravit ipse Detlefsenus l. c. p. 151. —' ignoramus quo tempore facta sit aedes Volcani: crediderim tamen esse unam de multis, de quarum origine, si Liviani operis libri inde ab undecimo ad vicesimum extarent, constaret. eos libros qui epitomarunt raro dedicationes templorum, quorum magna pars postea aut interierunt aut certe parum cognita fuerunt, lectoribus suis prodere operae pretium duxerunt: eo magis dolendum est, quod ad rara haec fastorum sacrorum vestigia topographi non satis attenderunt. veluti frustra apud eos quaesiveris memoriam aedis Palis a M. Atilio a. 487 votae, de qua Florus 1, 15, 20: *et in hoc certamine pretium templum sibi pastoria Pales ultro poposcit,* Scholia Bern. ad Verg. Ge. 3, 1 (*magna Pales*): *templo ei a Regulo constituto Sallentini victi sunt.* Brundisii imperatorem Romanum hoc templum fecisse quis credet Prellero (*Myth.* p. 365)?

Relinquuntur sacra huius dici bina *Quir(ino) in colle, Volk(ano)* [*in*] *comitio.* comitium aetatis illius, ne abripiar alieno loco in quaestiones difficillimas, satis sit monuisse non esse ipsam Volcani aream, sed Volcanali subiectum. in comitio igitur, ubi Quinquatribus salii cum pontificibus et tribunis celerum faciebant, sacrum Volcano tum fiebat. haud procul a comitio in ipso foro audimus deae cum Volcano coniunctissimae a plebe Romana ignes esse accensos. nam ita Festus p. 317: *Statae matris simulacrum in foro colebatur. postquam id † collastravit ne lapides igne corrumperentur qui plurimi* (*plurimis* cod.) *ibi fiebant nocturno tempore, magna pars populi in suos quisque vicos rettulerunt eius deae cultum.* corruptum illud *collastravit* Huschkius correxit scribendo *Cotta stravit.* at quis est ille Cotta sic nude nominatus? et cur non potius scribitur *Sulla stravit?* modo ne cum Prellero (*Myth.* p. 530) Cottam Sullamve forum lapidibus stravisse putes, ne ignes Statae accensi lapidibus nocerent. vides illum quisquisque fuit stravisse huc est deposuisse statuam, ut arbores aliaque id genus sterni dicuntur, quo facto vicatim dea illa coli coepta est. notum est eam religionem ab Augusto imperatore instauratam esse. ceterum forum lapidibus stratum fuisse ante a. 458, quo viae publicae in urbe sterni coeptae sunt, consentaneum est. remoto igitur a fori area simulacro deae populari religione et more eo, qui nunc quoque per aestivos menses Romae obtinet, cultae, in ipso comitio aut mansit aut instauratum est coniugi eius sacrum. sed nullo cum Volcani religione vinculo Quirini in colle sacrum conexum

esse Henzeno et Mommseno visum est. hoc, licet non pugnaret contra sacrorum usum, tamen ita esse vix crediderim: etiam minus placet quod Henzeno visum est, esse hoc sacrum Quirini natalicium aedis eius nescio quo tempore refectae. refectarumne aedium praeter factarum natales celebrabantur? priusquam igitur de sacri Quirino facti natura disseram hanc totam quae est de aedium sacrarum natalibus quaestionem video mihi de integro retractandam esse.

Ex hemerologiis Augustae aetatis unum Praenestinum Verrii Flacci disertis verbis templorum natales indicat hac formula: *hoc* (vel *quod eo*) *die aedis .... dedicata est* (Ian. 27 Mart. 1. 19. Apr. 10. 28) adiectis *cos.* in solis templis arisve Augusto dedicatis (Ian. 8. 16. 30. Apr. 28); cetera hemerologia praeter haec ipsa templa, de quibus similiter referunt (Iul. 4 Aug. 10. 18. 28), reliquorum natales sola sacri deo deaeve facti indicatione occultant, perpaucos *n(atales)* habet Philocalus (Ian. 3 Aug. 5. 13 Sept. 11). iam licet multa deorum sacra a natalibus templorum profecta esse et traditum et nunquam ignoratum sit, tamen non solum ferias antiquissimas in horum numero esse non posse Mommsenus docuit C. I. L. 1] p. 376, sed etiam de multis ex posterioris aevi sacris certe dubitari potest. quibus dubitationibus raro scriptorum testimoniis liberamur. ac mirum est quod, cum aliquot natales sparsi inveniantur in antiquioris historiae libris, velut Capitolii (Liv. 7, 3), Castoris (2, 42 ubi tamen erratum), Mercurii (2, 21), Dii Fidii (Dionys. 9, 60), in ea annalium parte, in qua per singulos annos rerum sacrarum vicissitudines constanter enumerantur, Livianas dico decadas a tertia ad quintam, ne unus quidem servatus est. quod expedire non possum nisi sumpserim auctores Livii usurpasse librum aliquem, in quo ex pontificum annalibus dedicationes templorum relatae essent detractis tamen diebus nataliciis, quippe qui in kalendariis adnotati extarent. in annalibus autem illis aut certe in annua pontificis tabula *per singulos dies*, ut ait Serv. ad A. 1, 373, hoc est adscripta diei nota, haec quoque exposita fuerunt (cf. Huebner *Jahrb. f. Phil.* 1859 p. 420). ex his igitur sinceris fontibus aut ex kalendariis antiquioribus Varro aliique, quibus usus est Ovidius, natalium memoriam repetierunt, quorum testimoniis adiuti Augusteorum hemerologiorum ambiguitatem aliquotiens expedire possumus. ubi talia testimonia deficiunt putatur res redire ad dierum notas. ita Merkelius per tota prolegomena fastorum passim contendit natales templorum et maxime eorum, quae Augustus dedicaverit sola ℕᴾ nota insignita esse, ubi alia inveniatur, aut natalem non esse aut errasse kalendarii auctorem: veluti Iovis tonantis aedes dedicata est kal. Sept., qui dies in Amit. notatur F. sed illam Merkelii disputationem ex parte Mommsenus refutavit p. 366. 377. alia dubitatio oritur de binis pluribusve aedis unius natalibus. nam ubi bina plurave numinis eiusdem sacra notantur, quae natales esse videantur, quaesitum est sintne ei diversarum aedium an earundem factarum refectarumque. fluctuant et Merkelii et Mommsenii iudicia (v. huius adnot. de Quirini et Castoris aedibus C. I. L. 1 p. 385. 395). sed huius dubitationis causa praecipua fuit quod quid sit aedem reficere non extra dubitationem

positum est. primum igitur *restituere* et *reficere* aedificia ullo notionis discrimine differre non videntur, id qnod maxime curis *Capitolii restituendi* de qua infra dicemus cum triumvirum *aedibus reficiendis* et quinquevirum *muris turribusque reficiendis* (Liv. 25, 7) conlatis apparet. sed usus fere ntrumqne vocabulnm ita discrevit, nt qui refectum aedificium dedicarent non refecisse id sed restituisse se testarentur, ut testantur aedium sacrarum tituli, contra ipsam operam in restituendo collocatam reficiendi vocabulo appellare mallent, ut fecit ipse Augustus in rerum gestarum indice. nullo igitur qnantum quidem noverim indicio comprobatnr reficiendi operam intra angustiores quam restitnendi fines sese continere. sed quem ad finem hoc restituendi reficiendivi munns pertineat certo exemplo Capitolium ter restitutum docet, bis ita nt *de solo* reficiendnm fuerit. nam et Q. Catulum *Capitolii restituendi curatorem* Varro testatur (apud Gell. 2, 10) aream templi propter favissas non potnisse deprimere et eisdem vestigiis qua vetus fuerit novam fecisse Dionysius (4, 61) et columnas materiamque omnem undique magnificentissimam asportasse alii, quorum testimonia diligenter L. B. Suphan (de Capitolio Romano, diss. Hallensi a. 1866) composuit. rursus ipsa fundamenta vetere forma non mutata iacta esse ab imp. Vespasiano, qui *curam restituendi Capitolii* in L. Vestinum cotulerit, auctor est Tacitus hist. 4, 53. eodem modo ab Domitiano num *restitutum Capitolium* sit — nam ita inscriptum est nummis eius — ignoramus. iam aedes sacras, quae quidem templa fuerint, ita facta esse constat, ut regionibus ab augure in solo publico finitis consecrarentnr a pontificibus, consecratae dedicarentur a magistratibns eisve qni ad id ipsum nominatim creati essent: nam ita loquuntur Livius Cicero alii; quo die autem dedicatae essent eum ipsum tanquam natalem dei domini aedis snae in fastos relatnm supra vidimns. nec si pro dedicatione, qnam Verrius Flaccus constanter nominavit, alii veluti Festus p. 257 consecrationem snbstitnunt, qnicquam de re ipsa mutatur ant cogitari potest do consecratione soli quam a consecratione aedificii diversam esse infeliciter Luebbertus secrevit eo exemplo nsns qnod infra tractabimus. non tetigit hanc rem Nissenns (*Templum* p. 188 s.) cum dixit natalibns aedinm regiones earnm ad solis ortum directas esse deorumque natales vocavit conditarnm aedinm natales vocabulo nsns ambigno (*Gründungstage*). haec difficultas non video quo artificio solvi possit (qnamquam solvere non menm est) nisi statnamns eo ipse die, quo templnm factnm hoc est effatnm liberatumqne ab auguribus regionesque finitae essent, post annorum singulorum plurinmve decnrsum aedes dedicatas esse. ac sane in annales relatum invenimns inter votam coeptamve aut locatam aedem ac dedicatam quot annorum spatium interfuerit, at quibns diebus fieri coeptae sint admodum raris et nisi quid me fugerit tribus fere exemplis proditum est. quae exempla uno ore clamant diversos esse potuisse natales si ita dicere licet utrosqne. primum enim aram Pacis Angnstao *constitutam* esse die Inl. 4 a. 740, *dedicatam* die Ian. 30 a. 745 fasti testantur. deinde Capitolii restituendi cansa area lustrata est ab imp. Vespasiano die Iun. 21 (Tac. h. 4, 53), cnm natalem Iovis mansisse diem 13 Sept. non dubitari

possit: quamquam de hoc exemplo quid statuendnm sit infra accuratins quaeretur. denique habemus de Fortunae muliebris sacri origine narrationem longe gravissimam apud Dionysium 8, 55 s. senatns igitur populusque Romanus in honorem matris Coriolani Fortunae muliebri aedem eo loco, ubi illa filium placaverit, faciendam censuerunt *τέμενός τε ὠνηθὲν καθιερωθῆναι τῇ θεῷ* (hoc est *lucum consecrandum* sive *dedicandum*) *καὶ ἐν αὐτῷ νεὼν καὶ βωμὸν ὡς ἂν οἱ ἱερομνήμονες ἐξηγῶνται συντελεσθῆναι.* Valeria creatur sacerdos, mulieres sacra prima faciunt *ὑπὲρ τοῦ δήμου* (*pro populo*) . . *ἐπὶ τοῦ κατασκευασθέντος ἐν τῷ τεμένει βωμοῦ* (*constitutam* dici *aram* nota) *πρὶν ἢ τὸν νεὼν καὶ τὸ ξόανον ἀνασταθῆναι*, *kalendis Decembribus*, *αὕτη γὰρ ἦν ἡ λύσασα τὸν πόλεμον ἡμέρα· ἐνιαυτῷ δὲ ὕστερον δευτέρῳ μετὰ τὴν πρώτην θυσίαν ὁ κατασκευασθεὶς ἐκ δημοσίων χρημάτων νεὼς συνετελέσθη τε καὶ καθιερώθη*, *pridis nonas Quintiles.* deinde c. 56 narratur alterum deae simulacrum (*ἄγαλμα*) mulieres de sua pecuuia fecisse: *ἀναθέντων δὲ ἀμφοτέρων ἐν τῇ πρώτῃ τῆς ἀνιερώσεως ἡμέρᾳ θάτερον τῶν ἀφιδρυμάτων ὃ κατεσκεύασαν γυναῖκες ἐφθέγξατο πολλῶν παρόντων φωνὴν εὐσύνετον καὶ γεγωνόν . . . ὁσίῳ πόλεως νόμῳ γυναῖκες γαμεταὶ δεδώκατέ μοι*, deinde *ἐν μείζονι φωνῇ τὸ αὐτὸ ξόανον ἐφθέγξατο τὴν αὐτὴν λέξιν ὥστε μηδὲν ἔτι εἶναι τὸ ἀμφίλογον.* qua re comperta et senatns censuit *θυσίας ἄλλας καὶ σεβασμοὺς* facere et mulieres decreverunt ne bis nuptae coronas deae darent eamve tangerent. invenerat igitur Dionysins binas narrationes: alteram praeterea servarunt bipertitam Festus (p. 242. 243): *via Latina ad IIII miliarium* (signum) *Fortunae muliebris nefas est attingi nisi ab ea quae semel nupsit*, et Valerius Maximus (1, 8, 4): *Fortunae etiam muliebris simulacrum quod est Latina via ad IV miliarium eo tempore cum aede consecratum, quo Coriolanus ab excidio urbis maternae preces reppulerunt, non semel sed bis locutum constitit, prius his verbis: rite me matronae dedistis riteque dedicastis* (ubi *prius* ab homine qui totam rem non intellexerit insertum esse viderat Torr., *priscis* quod substituit Halmius non intellego: quid enim prisci sermonis in verbis illis?). huius narrationis vim Dionysius pessum dedit suo marte ita, ut deam non ibi a mulieribus consecratam faceret, ubi iterum verba illa locuta esset (nam hnius ipsius rei ergo totam rem narrari docet Valerius exemplo eo quod praecedit), sed alterum simulacrum fingeret bis loqui, iterum *ἐν μείζονι φωνῇ ὥστε μηδὲν ἔτι εἶναι ἀμφίλογον*: scilicet cum primum loqueretur mulieres de more inter se garrientes ad divinam vocem non attendisse! has ineptias esse Dionysii nec potuisse scribi in commentariis pontificiis, apparet. qnare cum dicit: *τὴν ἐπιφάνειαν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ δίς* (sic Urbinas) *ὡς αἱ τῶν ἱεροφαντῶν περιέχουσι γραφαὶ* . . . indicat eadem illa quae breviter Valerius habet (et nota congrua apud illum verba *non semel sed bis*) paullo prolixius narrata apud annalium scriptorem nescio quem, qui pontificiorum librorum mentionem iniecisset, legisse et ex parte non intellexisse, ex parte ita ut dixi immutasse, ne pugnare viderentur cum altera illa templi originis historia ex alio fonte petita, cuius auctor de constituto ibi simulacro ubi iterum esset locutum nihil tradiderat. sed is de diebus accurate rettulerat, ut dubitari non possit Fortunae muliebri in via

latina ad m. IV *constitutam* esse aedem aramve 1 Decemb. et *dedicatam* esse Iul. 8, utroque autem die non secus atque ad aram Pacis Augustae sacra fieri solita esse.

Quodsi haec recte disputata sunt, iam satis stabilitum erit id quod Mommsenus suspicabatur bina sacra singulorum deorum in fastis adscripta posse quidem ad constitutam dedicatamque eorum aedem referri, neutiquam vero id sacrum quod primum ad constitutam aram factum sit habitum esse pro natali aedis die, quem dedicatae esse fastorum documentis supra demonstravimus. nec minus certum videtur hunc diem natalem non potuisse loco moveri restitutione templi, potuisse hanc quoque, quoniam cum dedicatione iterata necessario sit coniuncta, secundario aliquo sacro statoque et sollemni celebrari. vidimus restitui reficive etiam eas aedes dici quae de solo reficiendae essent eisdem quibus ante fuissent vestigiis. scilicet *etiam diruto aedificio locum sacrum manere* Marciani illud Digg. 1, 8, 6, 3, rectissime H. Degenkolb meus (*Platzrecht und Miethe* p. 122) ita enarravit ut conlatis Traiani ad Plin. 71 verbis his *nam si facta est* (aedes), *licet conlapsa sit, religio eius occupavit solum*, demonstraret, deum aedis cum solo possessionem etiamsi illa perisset retinere. poterat addere conlapso aedificio nec natalis eius diei sacra inrita fieri nec nomen cognomenve eius perire, immo senatui ex pontificum decreto necessarium munus iniungi restituendi ea quae ad tempus cessarent vel perissent deique sive deae genium iunonemve placandi. quo restituendi munere absoluto eidem deo de novo refectam aedem sollemni ritu dedicatam esse de Capitolio traditum est. nam primum Q. Catulum Plinius 29, 23 ait *cum Capitolium dedicaret* umbram in theatro fecisse, deinde cum iterum post mortem Vespasiani conflagrasset fratres arvales ad. 7. id. Dec. a. p. C. 80 *in Capitolio in aedem Opis convenerunt ad vota nuncupanda ad restitutionem et dedicationem Capitoli ab imp(eratore) T. Caesare Vespasiano Aug(usto)* (nam ita est in actis t. 23, 10 cf. Marin. p. 206 ss.), quam dedicationem a Domitiano a. 83 peractam esse tam nummi huius anni quam Suet. Dom. 8 comprobant. itaque aedem eam quoque quam Vespasianus a solo fecit similiter dedicatam esse certum est, licet quae sacra Tacitus commemoret pertineant ad solam areae lustrationem, fundamenta facienda, materiam templi conlapsi avehendae, ne profaneretur privato usu. de aliis aedibus refectis similia tradi non memini me legere, sed causam nullam video cur dedicatas esse negem, immo gravissimum argumentum habeo cur adfirmem, nomen eius qui refecerit dedicaveritve aedi inscriptum non minus quam eius qui fecerit. fidem fortasse denegabis Dionysio 9, 60 qui Sp. Postumium dedicasse aedem Dii Fidii a Tarquinio superbo factam sic narrat: *καθιέρωσε (τὸν νεὼν) κατασκευασθέντα μὲν ὑπὸ τοῦ τελευταίου βασιλέως, τῆς δὲ νομιζομένης παρὰ Ῥωμαίοις ἀνιερώσεως οὐ τυχόντα ἀπ' ἐκείνου. τότε δὴ τῇ βουλῇ δόξαν ὁ Ποστόμιος ἔλαβεν αὐτοῦ τὴν ἐπιγραφήν*: at fidem faciunt ea quae de nomine Q. Catuli Capitolinae aedi inscripto et de imperatorum nominibus ob singularem modestiam aedibus a se refectis non inscriptis compluries prodita legimus. sed haec omnia non eo pertinent ut iterum dedicatae

aedis mutatus sit natalis. et iam veniamus ad exempla ambigua — nam certa non extant mutationis illius — quae admodum pauca sunt. ab altera parte igitur Capitolium quater dedicatum a. u. 247. 685 p. C. 70. 82 natalem suum qui fuit Sept. 13 mutasse anteqnam hemerologia seriberentur negari potest, post Augusti aetatem mutasse certe nullo documento probari. idem valet de aede Castoris quinquies dedicata a. 270. 637 (v. supra) 759 (a Tiberio, *suo fratrisque nomine de manubiis*, teste Suet. Tib. 20, sed inscripsisse aedi *Ti. Iulium Claudianum* narrat Dio 55, 27 cf. Mommsen C. I. L. 2, 1660), deinde a Claudio (Dio 60, 6) et a Domitiano (v. catalogus operum eius). dedicatam hanc esse a. 270 die Iul. 12 Livius quidem 2, 40 auctor est, sed ut in aperto sit Regillensis pugnae diem errore natalem aedis fecisse. itaque qnem natalem in Verriano kalendario habemus Ian. 27, eum ad tempus finiendum quo illud scriptum sit, omnino nihil conferre apparet et notandum est hanc aedem rursus eisdem vestigiis refectam esse. id quod eruta fundamenta nunc manifesto docuerunt. idem non valere putaverim de aede Concordiae Augustae: cuius dedicationis d. Ian. 16 a. 673 factae mentionem eum in Praenestino hemerologio postea additam esse Mommsenus testetur de visu p. 295, hanc aedem ab Augusto coeptam nec perfectam omnino novam, hoc est alio quo antea fuerit loco factam esse, ob eamque causam novam natalem accepisse ut novum nomen (pro novo est enim Augustae cognomen adiectum) existimo. sed ambigua qnae dixi exempla quaeque ita vere dici possint non novi praeter eam aedem, ob quam haec omnis disputatio est instituta, Quirini, et Minervae in Aventino. putatur utraque binis natalibus uti, utraque utrum in novarum aedium, qualis Concordia Augusta fuit, numero habenda sit, an in refectarum, licet de solo refectarum, dubitatur: constat, si novae fuerint, factas esse in vicinia eorum locorum, quibus eorundem numinum templa olim extiterint. dixeris rem decisam esse eo quod ipse Augustus in indice r. g. 4, 5 ss. testatus sit haec: *aedes in Capitolio Iovis feretri et Iovis tonantis, aedem Quirini, aedes Minervae et Iunonis reginae et Iovis libertatis in Aventino, aedem Larum in summa sacra via, aedem deum Penatium in Velia, aedem Iuventatis, aedem Matris magnae feci* . . . (secuntur profana aedificia) 4, 17: *duo et octoginta templa deum in urbe consul se[xtum ex decreto] senatus refeci nullo praetermisso quod [eo] temp[ore refici oporteret]*, esse igitur inter novas Quirini et Minervae aedes, quorum illa etiam ἐκ καινῆς facta a Dione appelletur, qua formula Merkelius observaverit factas a refectis constanter distingui. nihilominus graves dubitationes oriuntur an faciendi ille vocabulo ita usus sit, ut necessario cogitandum sit de aedibus non eisdem quibus vetustae vestigiis impositis. nam si id re vera fecit, necessario eo delabimur ut praeter Iovis tonantis aedem ceteras omnes gemellas ὁμωνύμων templorum esse statuamus, quae in eisdem regionibus aut sine vestigio interierint aut iuxta novas refectae manserint lateantque inter refectas LXXXII, quorum laterculum utinam adscribere dignatus esset! nam si Livius oculatus testis 4, 20 Iovis feretrii aedem in Capitolio *vetustate dilapsam* Augustum narrat (ante a. 729) *refecisse*, et testis

item oculatus Dionysius (post a. 747) refectam stetisse eisdem quibus vetusta vestigiis — nam hoc dicit, cum affirmat Romulinni templi τὸ ἀρχαῖον ἴχνος etiam tum comparuisse 2, 34 cf. *Hermes* 7, 201 — quis negabit hanc esse eam aedem quam *fecisse* testetur Augustus? iam si hoc certum est neque ullis dubitationibus obnoxium, cur idem pertinere negaveris ad *aedem deum Penatium in Velia*, quam hoc nomine et in Argeorum sacris circiter sexto saeculo conscriptis (v. *Top.* 2, 268) et in catalogo prodigiorum talium rerum teste fidissimo ad aa. 587. 589 (Liv. 45, 16 Obseq. prod. 13) nominatam invenimus? cur non ad *aedem Larum in summa sacra via*, quam non solum ibi fuisse Ovidius f. 6, 791 dicit — quamquam is Augusti monumentum vidit — verum etiam idem prodigiorum catalogus ad a. 648 commemorat (Obseq. c. 41): *in aede Larum flamma a fastigio ad summum columen penetravit innoxia*. scilicet futilis est opinatio hanc esse ab ea quam novimus diversam. denique scimus Iuventatis aedem in circo maximo et Matris magnae in Palatio eodem a. 563 dedicatas esse (Liv. 36, 36), ut caecus sit oportet quin videat has quoque ab Augusto refectas et hoc loco propter natalem eundem olim acceptum sociatas esse. praeter Iovem tonantem igitur, quod nomen ab Augusto primo consecratum videtur esse, relinquuntur, de quibus possit dubitari, Quirini et Minervae cum suis Iove et Iunone. sed de hoc ipso Aventinensi quod putant Capitolio paulo aliter existimo: nego deos Capitolinos ibi una aede tripertita cultos esse, primum quod Augustus non *aedem* sed *aedes* dixit, deinde quod trium numinum aedes in Aventino ante Augustum fuisse et diversos natales habere constat, Minervae autem aedem post Augustum non cellam sed aedem fuisse superstes ipsius forma docet. tenuis sane est memoria *Iovis libertatis*: sed tamen facile eo adducor ut credam, huic ipsi deo, quem *Iovi fulguri* hemerologii Arvalium alii compararunt titulique aetate liberae rei publicae cultum esse docent, Gracchum a. 516 cos. aedem parasse, Libertatis autem nomen pro pleniore sive Livii 24, 16 sive librari incuriae deberi, cum praesertim Libertatis atrium toties commemoratum errorem facile procreare potuerit. deinde *Iunonis reginae* aedem Camillianam in Aventino omnes norunt (Liv. 5, 21. 22. 23), quamquam aliquotiens huius aedis historiam cum Iunonis Reginae in circo Flaminio condita a. 575 confusam deprehendi, ut apud Beckerum p. 452. ad hanc enim aedem a. 575 dedicatam pertinent prodigia aa. 592. 620. 621. 655. 657 ab Obsequente c. 16. 27. 46. 48 relata, quibus attente examinatis eam aedem magis magisque quasi effloruisse invenies, cum Aventinensis delubri memoria saeculo septimo delitescat. natalem Iovis Iunonisque in Aventino eundem fuisse hemerologium Arvalium videtur testari ad 1 Sept.: *Iovi Iunoni in Aventino*. (quae verba in litura posita sunt subiuncta his *Iovi tonanti in Capitolio*). nam falso Iovis natalem dixisse Beckerum Aug. 13 vidit Mommsen ib. p. 399. restat aedes Minervae condita ante a. 547 (Fest. p. 333 cf. Liv. 27, 37). in formarum urbis Romae fragmentis Capitolinis t. I Bell. extat imago aedis peripterae hexastylae cui adscriptum *Minervae:* adiacet porticus magna cui adscriptum *Cornificia* . . hanc esse [*domum*] *Cornificia*[*e*] regione XII ad confinium primae sitam praeter alios

recte statnit Viscontius (*Bull. dell' I.* 1859, 14 cf. librum m. *Topogr.* 2, 108). iam nisi Severi tempore binas in Aventino fuisse Minervae aedes rursus sine causa sumpseris, concidit illa opinio de Minerva culta in aedis tripertitae cella. accedit quod Notitia regionum scripta editave tempore Constantini R. XIII templum *Minervae* nominat, quod vix fieri potuisset, si Capitolina nnmina ibi coninncta fuissent. deniqne vidimns sacra *Iovi Iunoni in Aventino* 1 Sept. fieri, *Minervae in Aventino* kal. Amit. et Esq. diem Iun. 19 adsignant, cum natalem diem esse Ovidius f. 6, 728 aperte dicit: *coepit Aventina Pallas in arce coli* nec ipse sibi refragatur cum Quinqnatribus d. 19 Mart. die antiquitus Marti sacro ferro et sanguine abstinendum esse dicit *quod est illa nata Minerva die* (3, 811 s.). persequitur enim artificum qui hoc die feriati sunt genera, quo facto deae templnm commemorat ad Caelium situm: *parva licet videas Captae delubra Minervae quae dea natali coepit habere suo* (837 s.). his verbis satis cautnm est ne Mommseno adsentiamnr suspicanti (C. I. L. 1 p. 395) aedem Aventinensem ab Ovidio dici 'constitntam' quidem die 19 Iun., dedicatam autem 19 Mart. certe non negare. neque enim illa *coepit coli* et *coepit habere delubra natali suo* aliud dicunt quam natalem Aventinensis deae esse d. 19 Iun., Captae d. 19 Mart. suspicio autem illa inde nata est, qnod de Aventinensi ab Ovidio Verrius Flaccus dissentire visus est, quippe qui de Qninqnatribus haec dixerit apud Fest. p. 257: *Minervae autem dicatum eum diem existimant quod eo die aedis eius in Aventino consecrata est*, hoc est, nt vidimus, *dedicata*. inde eiusdem lacera verba in kal. Praen. ad 19 Mart. sic snppleta sunt: *artificum dies*, [*quod Minervae*] *aedis in Aventino eo die est* [*dedicata. Sali*] *faciunt* c. q. s. at vide num comparato altero Festi loco p. 333 scribi possit *artificum dies* [*quibus Minervae*] *aedis i. A. e. d. est* [*attributa*]. certe offendit formula *quod Minervae*] . . . *est* [*dedicata* pro solita *eo die* vel *quod eo die* . . *dedicata est* nec facile annales et hemerologia antiqniora de natali Aventinensis nedis ita discrepasse putaverim, ut mero errore alii natalem Aventinensis cnm Captae confuderint. quodsi medela nostra displicuerit, nihil relinqni videtur nisi nt Ovidium sequamur, Verrium deseramus, totam rem ita diiudicemus: Minervae in Aventino aedes facta ante a. 547 d. 19 Iun., quae sacra ad Augusti nsque tempora manserunt nec mntntn sunt post aedem ab eo refectam; Minervae Captae ad Caelinm Faleriis dirntis facta a. 513 (cf. *Hermes* 4, 244 et *Huschke, Jahrb. f. class. Phil., Suppl.* 5, 1872 p. 821 ss.) natali eius d. 13 Mart. instituta snnt Qninqnatribns Marti sacris: postqnam is dies Minervae sacris celebrari coeptns est, ad aedem einsdem deae maiorem eodem die sacra instituta sunt, hnins autem natalis minusculae Quinqnatrus vocari. et ita fere Huschkius (*das röm. Jahr* p. 356). — hoc constare videtur dnplicem natalem sive constitutae et dedicatae, sive factae refectaeqne, Aventinensem aedem non habnisse.

Venio ad aedem Quirini. rursus cavendnm ne Ovidium sibi ipsnm refragnri sine causa statuamus. is igitur die Quirinalium Febr. 17 ait f. 2, 509: *templa deo fiunt*, cnm eo die praeter *Quirinalia* in kal. Farn. ad-

scriptum sit *Quirino in coll(e)*. idem ille die Iun. 29 f. 6, 796: *cum data sunt trabeae templa Quirine tuae*. in solo kal. Venus. adscriptum: *Quirino in coll(e)*. Ovidii verba bacc non magis ambigua sunt quam illa de Minerva: loquitur de templis duobus. accessit nuper de quo agimus hemerologii Arvalium testimonium quo Volcanalibus *Quir(ino) in colle* factum esse constat. iam annales ut fere unius Minervae in Aventino memincrunt neglecto sacello Minervae Cuptae, ita unam in colle Quirini memorant, neglecto quod fuit eius *proxime portam Quirinalem sacellum*, cuius meminit Fest. p. 254*a* conl. epit. p. 255 et fortasse Varro do l. l. 5, 20. ad hoc *fanum* Quirinalibus sacra Quirino facta esse recte statuit Merkel p. CXLII. praeter hoc fanum unam ut dixi novimus aedem Quirini dedicatam a Papirio Cursore dictatoris filio a. 461 (Liv. 10, 46). ante hunc annum *in aede Quirini* senatum babitum esse qui rettulit (Liv. 4, 21) eum a commenticia narratione pendere post alios dixi *Top.* 2, 267. nemo dixit Papirianam aedem interisse, 'Quirini aedem' (*τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν*) conflagrasse a. 705 Dio 41, 14 narrat, mox in 'aede Quirini' a. 708 imaginem ex s. c. positam 43, 8, post (a. 738) de Augusto: *τὸν τοῦ Κυρίνου καθιέρωσεν ἐκ καινῆς οἰκοδομήσας* (54, 19). hanc esse eam aedem quam se *fecisse* Augustus testetur, iam pro certo babemus, item pro certo illud *fecisse* posse referri ad aedem vestigiis antiquis regionibusque de solo refectam, unde sequitur ut Dio non putandus sit aedem alio quo antea fuerit loco factam dicere aut, si dixerit, male interpretatum esse quod latine scriptum invenisset, *aedem Q. de solo factam*. huic aedi Augustum porticum LXXVI columnarum fecisse idem Dio testis est: vidit ergo Augustanam aedem Vitruvius, qui eam dipteron octastylon fuisse narrat 3, 1, 7. edidit autem libros suos circa a. 740, non ut Lachmanno visum est ante a. 727, ut Dionem erroris arguere nulla sit causa — et videtur banc sententiam Mommsenus abiecisse ad Mon. Anc. p. 53, cum antea C. I. L. 1 p. 395 probaret. denique Plinius eo loco quo infra utar praeter unum Quirini quod ponit inter antiquissima delubrum nullum novit (15, 120) idque mansit tempore Constantini regione VI. itaque nisi natalium dierum ratio habenda esset nemo opinor Augustanam aedem in vestigiis Papirianae anno 708 integrae factam negaret. iam Papirianae aedis natalem quaerimus eumque ab Augusto immutatum esse nisi necessitate coacti non putabimus. atqui *templa Quirini trabeae data* esse d. 29 Iunio vidimus, eumque diem ante dedicatam ab Augusto aedem Quirino dicatum esse docet Venusinum bemerologium a. 727 scriptum. qui dies cum a. 709 adiectus sit a C. Caesare sitque *a. d. III k. Iul.*, non video cur non idem dies qui ante fastos a Caesare ordinatos fuit Iun. 27 baberi possit pro natali aedis Papirianae, cui tum fortasse adscriptum esset ɴᴘ, unde postea factum ғ: etiam Iovis tonantis natalis bac ipsa nota insignitus est. relinquitur igitur sacrum Quirino in colle Volcanalibus oblatum, quod cum supra docuerim cum Volcanalis religione coniunctum esse, non dubito quin secundarium sit eius dei sacrum et fortasse ad aedem Augustanam iussu Augusti factum.

Nam — ut nunc tandem redeam ad naturam huius sacri explicandam — sacra Volcano in comitio, Quirino in colle uno die facta nequaquam videntur nulla religionis communione esse coniuncta. memineris in comitio factum putari foedus inter Romulum et Titum Tatium, quo icto nata sit res publica populi Romani Quiritium; in contigua Volcani area eiusdem populi senatum primum coisse, dedicasse Romulum lotum aequaevam urbi, ut quidquid statueris de Volcani numinis origine — neque vero solam eum incendiorum arcendorum curam suscepisse certum est — ferias eius pertinuisse ad celebranda Romulianae rei publicae initia satis in aperto sit. atqui Augustum alterius Romuli personam induisse notum est (cf. Rubino *Untersuchungen* 1, 104): quem cum anno 738 divi Romuli aedem restitueret, quid magis consentaneum quam sacra fieri ad eam iussisse eo die, quo in comitio fierent Volcano conditae urbis testi? et constat Arvalium hemerologium post a. 738 confectum esse. praeterea nescio an nullius momenti sit ad hanc Quirini et Volcani coniunctionem probandam quod Cn. Flavius supra comitium in Graecostasi sive in Volcani area Concordiae aedem dedicaverit, quodque ante Quirini templum myrti sacrae altera patricia altera plebeia steterint: *inter antiquissima namque delubra habetur Quirini, hoc est ipsius Romuli* e. q. s. (Plin. 15, 120). quodsi Augusti iussu sacrum illud institutum est, inde non sequitur, ut refectam hanc aedem eodem die dedicaverit. sic posse explicari tria Quirini sacra in fastis adnotata nemo negaverit, debere minime contendo. at contendo ne his quidem sacris demonstrari praeter illud sacellum plures fuisse Quirini in colle aedes, plures singularum aedium natales, idque spero hac mea disputatione dubitationibus esse exemptum.

H. Jordan.

DE TITVLIS ATTICIS AD RES ROMANAS SPECTANTIBVS.

---

6. Basis lapidis Pentelici inventa in arce septentrionem versns ab Erechtheo. Ed. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 104. Contulit Koehler. Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου [βουλὴ καὶ | ἡ βουλὴ τῶν ἑξακοσίων [καὶ | ὁ δῆμος Μᾶρκον Ἄννιο[ν | Ἀφρεῖνον ὕπατον ἀρετῆς [ἕνε]κεν καὶ τῆς πρὸς τὴν πόλιν ε[ὐνοίας. Lectio certa est; v. 3 Pittakis exhibet ANINIO//; atque hoc Latinum qnidem nomen esse titnlorum testimoniis constat (*P. Aninius C. f.* I, 1251. *L. Aninius Pudens* V, 1052), sed tamen Koehlerus in lapide Attico ANNIO// scriptnm esse expressis verbis testatnr.

Atque ille consul hucusque non quidem omnino ignotus fuit; imo non dubinm est, quin idem significetur in titnlo Pompeiano IV, 1544 (M. VINICIVS VITALIS EXÎT PR NONAS IVLIAS AFRINO ET AFRICANO COS.) et in nnmmo Pessinnntio imperante Clandio cnso, cui inscriptum est ΕΠΙ ΑΦΡΕΙΝΟΥ (Borghesi Opp. VIII p. 150). Sed ex titulo Attico primnm innotescit plenum nomen; deinde confirmatur etiam qnod Borghesius dicit nnmmo illo comprobari, Th. Mommsenum in titnlo Pompeiano recte legisse AFRINO, eum Avellinus AFRIINO legisset, quae lectio etiam in Corpus Inscriptionum recepta est. Certissimis autem exemplis hanc nominis formam comprobari vix est qnod dicam. Nam nt in universum *Afrinus* ab eo quod est *Afer* eodem modo derivatur qno *Macrinus* a *Macer,* ita ne id quidem vernm est, ab iis cognominibns qnae proprie ethnica sint, non formari alia in *-inus* exenntia. Cuins rei iam Th. Mommsenus I, p. 178 cnm contra Rossium disputaret, exemplnm attulit *Graecinus*; alterum accedit *Tuscinus* II, 1468, a *Tuscus*, quod ethnicum frequenter cognominis loco nsnrpatnr.

Qnnm igitnr in nomine *M. Annii Afrini* consulis nihil dubii relinquatnr, dnbinm etiamnnnc remanet tempns. Cui definiendo Borghesius qnidem idonenm pntabat alterius consnlis *Africani* nomen, cnm probare studeret (Opp. VIII p. 4sqq.) et hunc alinm esse non posse ac *T. Sextium Africanum* consnlem suffectnm Nerone imperatore, et huius consulatum incidere in annum 59 p. Chr. Ex quibns hoc confirmntum est tabula collegii fratrnm Arvalium postea reperta (Henzen, Scavi nel bosco dei fratelli Arvali p. 17), illud autem eodem monnmento refutatnm, cum ibi T. Sextii Africani collega recenseatnr non M. Annius Afrinus, sed *M. Ostorius Scapula.* Itaque et qnae fuerint cetera Illius Africani nomina, qui cum Annio Afrino fasces

gessit, et cuius anni hi consules sint, incertum est. Ea vero temporis indicia, quae in titulo Attico insunt, nullius momenti sunt, quia nimis latum spatium relinquunt. Multo accuratius definitur aetas nummo Pessinuntio, quum ex eo Afrinum Claudio imperante legatum pro praetore provinciae Galatiae fuisse appareat. Atque Borghesius quidem illum nummum testimonio esse dicit, illo tempore Galatiam a legatis *praetoriis* administratam esse. Recte, siquidem tum sententia de consulatu anni 59 p. Chr. nondum refutata erat: nam qui Nerone imperatore demum consul factus est, sub Claudio provinciam administrare non potuit nisi praetorius. At nunc res aliter se habet, neque quum incertum sit quando Afrinus consul fuerit, ex nummi inscriptione diiudicari potest utrum praetorius an consularis legatus fuerit. Quamquam aliis de causis illud verisimilius videri quam hoc concedo. Nihil igitur definiri potest nisi *M. Annium Afrinum* cum *Africano* quodam alioqui ignoto consulem suffectum fuisse aut Claudio imperante aut aliquo ex primis Neronis annis.

7. Basis marmoris Pentelici inventa in orientali arcis parte. Exscripsit U. Koehler.

///ΟΥΛΙΟΝΓΑ
ʼΚΑ.ΤΛΑΝΦ
ƧΝΑΝΔΡΣ
Κ^Α'ΧΡΥΣ
ΕΥΣΕΩΣ
ᵛ'//ΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΗΣΚΕΡ/ ᴵ ᵛ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚ
ΤΙΤΟΥΑΙΛΙΟΥΑΔΡΙΑΝ
ΝΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥΕΥΣΕ
Ο‿..ΓΝΓΝΟΝΥΠΑΥ‾
ΟΝΚΥΙΝΤΟΣΦΑ
ΜΙΟΣΘΑΛΗΣΚ
ΥΣΤΟΝΕΑΥΤΟ
ΙΣΑΜΕΝ''Σ‾

Quae ita supplenda esse videntur: Γ. Ἰ]ούλιον Γα[ίου υἱ|ὸν] Σκάπλαν Φ.....|.., τρι]ῶν ἀνδρῶ[ν χαλκοῦ, | ἀργύρου] καὶ χρυσ[οῦ συγ|χων]εύσεως [καὶ χαρά|ξεως], χ[ε]ιλίαρχον [λεγ. δω|δεκάτ]ης κεραυν[οφόρου, | ταμίαν] Αὐτοκράτορος Κ[αί|σαρος] Τίτου Αἰλίου Ἀδριαν[οῦ Ἀν|τωνεί]νου Σεβαστοῦ Εὐσε[βοῦς, | ἀπ]ο[δε|δει]γμ[έ]νον ὑπ' αὐτ[οῦ, ἀγο|ρανόμ]ον Κύιντος Φά[βιος | Σεπτί?]μιος Θαλῆς Κ[υδα|θη|ναιε]ὺς τὸν ἑαυτο[ῦ εὐερ|γέτην ψηφ]ισαμένης τ[ῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. De supplementis pauca addam: v. 2 cognomini Σκάπλαν alterum eiusdem hominis cognomen a litera F incipiens adiunctum erat, quod quum alibi nusquam eiusdem hominis mentio fiat, suppleri non potest[1]). V. 3—5 trium-

1) Quamquam, ut Th. Mommsen me admonuit, fieri etiam potest ut φητιᾶλιν scriptum fuerit, quod etiam alibi cursui honorum praemittitur.

viratus monetalis significatio facile agnoscitur, sed in singulis vocabulis restituendis aliqua difficultas est, praesertim cum tituli alii Graeci in hac re vel maxime varient, Latinorum autem plurimorum propter compendia scripturae A. A. A. F. F. fere constanter adhibita nullus usus sit. Id quidem dubitari non potest spatii rationibus diligenter perpensis, quin χρυσοῦ ultimo loco ex tribus metallorum vocabulis positum fuerit. Atque omnino uterque ordo in usu fuisse videtur, ita ut aut a vilissimo ad pretiosissimum escenderetur, aut vice versa ab hoc ad illud descenderetur. Contra non puto licuisse *aes* aut *aurum* medio loco ponere[1]). Atque idem quidem ordo, quem nostra inscriptio habet, est in titulo Samio apud Waddingtonum *Fastes des provinces Asiatiques de l'empire Romain* p. 195 τριῶν ἀνδρῶν χαλκοῦ ἀργύρου χρυσοῦ χαρακτηριάσαντος et apud Ciceronem de leg. 3, 3, 7 *aes argentum aurumve publice signanto* et Pomponium Dig. 1, 2, 2, 30. Inversus ordo est in inscriptione Attica L. Silani, de qua Mommsenus exposuit supra p. 63: τριῶν [ἀνδρῶν] κατασκ[ευ]ῆς χρ[υ]σοῦ καὶ ἀργύρου [καὶ χαλ]κ]οῦ, et in titulis Latinis apud Orelli-Henzen 6502. 6915[2]). Contra ordo a Cicerone observatus ad fam. 7, 18 *auro aere argento* nullius tituli testimonio firmatur, ut aut cum Mommseno hic locus ex illo qui est in libris de legibus emendandus aut neglegentia sermonis epistolarum excusanda sit. Difficilius autem erit diiudicatu, quid post χρυσοῦ scriptum fuerit; atque alibi quidem id quod est Latine *flando feriundo*, Graece *uno* vocabulo exprimitur, ut in Silani titulo Attico substantivo κατασκευῆς, in Samio participio χαρακτηριάσαντος, permiro sane et omnino soloeco. Quod quum usus nummorum *flandorum* iamdudum abolitus esset, mirandum non est. Tamen in nostro titulo id fuisse non potest, quum inter ΕΥΣΕΩΣ et Χ[Ε]ΙΛΙΑΡΧΟΝ decem aut plures literas periisse ceteris versibus comparatis pateat; quas literas ad triumviratus monetalis significationem etiam pertinuisse patet. Itaque duo vocabula scripta fuisse veri simillimum est, quorum prius in -εύσεως exiret. Atque ea quidem quin et significatione et ordine responderint Latinis *flando feriundo* eo minus dubito, quia frustra quaesiveris verbum Graecum in -εύω vel substantivum in -ευσις, quod Latino *ferire* respondeat, cum in *flandi* significatione usitatum sit συγχωνεύω vel καταχωνεύω. Verum quidem est, hoc non accurate respondere sententiae vocabuli Latini, nam in triumvirorum monetalium significatione vocabulum *flandi* ad priscum morem nummorum fabricandorum referri sine dubio recte Mommsenus l. l. dixit. At Graecum συγχωνεύειν vel καταχωνεύειν non tam flando efficere nummum aut artificium aliquod, quam e contrario conflare, i. e. flando delere significat. Sed tenendum est, ipsius rei usum compluribus saeculis antea apud Romanos

---

[1]) Ne nos quidem si accurate et diligenter dicere volemus hoc ordine utemur: *Gold-, Kupfer- und Silbermünze.*

[2]) Horum exemptorum Latina exhibet Mommsenus Hist. rei nummariae Rom. p. 366 not. 2, Graeca addidi, ea potissimum de causa ut perspiceretur in *hac* quidem re usum Graecorum plane consentire cum Latino.

in desuetudinem venisse, solum vocabulum mansisse, ita ut Graecos cum id sua ipsorum lingua exprimere studerent, veram eius vim non assecutos esse veri dissimile non sit[1]), praesertim cum duorum aliorum titulorum exemplo comprobetur, in *hac* re non obtinuisse apud Graecos sollemnem quendam usum ac morem formulae Latinae interpretandae, sed eam rem in arbitrio uniuscuiusque, qui titulum componeret, positam fuisse. Quod multo infelicius etiam quam Atheniensi nostro, Samio illi cessisse vidimus, qui titulum supra allatum scripsit. — V. 7 *κεραυν[οφόρου* supplevi quod ea sola nominis forma tradita est (Dio 55, 23); sed haec vox spatium excedere videtur[2]), quare fortasse potius *κεραυν[ωτῆς* scribendum erit, quod Latino *fulminatae* accurate responderet. V. 11 vocabuli *ἀποδεδειγμένον* vestigia certissima sunt; atque id cum sequentibus coniungendum esse, non cum iis quae antecedunt, patet. Nam *quaestor principis* semper ab ipso principe designatur, quare *ἀποδεδειγμένον ὑπ' αὐτοῦ* additum molestissimam tautologiam efficeret. Contra si ea verba ad [*ἀγορανόμ*]*ον* quod sequitur referamus, non solum eum a principe aedilem nominatum esse indicatur, sed etiam tum cum titulus poneretur, *designatum* quidem fuisse, sed nondum magistratum iniisse[3]); atque re vera hic ultimus et summus magistratus est, qui in titulo perscribitur, quum statim eius qui statuam posuit nomen subiungatur. Pro [*ἀγορανόμ*]*ον* suppleri potest [*δήμαρχ*]*ον*, sed illo vocabulo spatium melius expletur. De nomine eius qui titulum dedicavit pro certo dici potest, inter praenomen et cognomen, quae integra sunt, duo nomina gentilicia scripta fuisse[4]); prius

---

[1]) Multo aptius esset simplex *χώνευσις*, quum *χωνεύειν* eam vim habeat quae hic desideratur, sed eo spatium non expletur.

[2]) Quamquam non ea est in hoc titulo aequabilitas scripturae, ut duarum literarum discrimini multum tribuendum sit.

[3]) Tamen hanc rem haud ita levibus dubitationibus obnoxiam esse Th. Mommsenus me admonuit: 'Primum legitimus sermo requirit *aedilem designatum*, non *designatum aedilem*. Deinde magistratus designati ubi inveniuntur, nunquam additur designatos esse ab imperatore, neque recte addi potuit, cum creatio magistratum urbanorum exceptis consulibus ad senatum pertineret. Magis crediderim verba *ἀποδεδειγμένον ὑπ' αὐτοῦ* referenda esse ad quaestorem candidatum Augusti. Verum est ea verba ita parum accurate verti; nam quaestor candidatus Augusti ab imperatore nominatur magis quam designatur; sed ea sermonis legitimi differentia haud scio an reddi Graece omnino nequeat. Verum item est adhuc nullum titulum inventum esse quaestoris Augusti, qui idem diceretur candidatus Augusti; quod sine dubio non casu accidit, sed propterea quod quaestores, qui Augusto praesto essent, semper deligebantur ex quaestoribus ab ipso nominatis, ut illo posito hoc quoque re ipsa comprehenderetur. Sed potuit sane utrumque simul enuntiari maxime in titulo Graece scripto'.

[4]) Ut idem homo duobus nominibus gentiliciis utatur, id iam primorum imperatorum tempore non raro fieri notissimum est. Hominum Graecorum alterius ac tertii saeculi exempla eiusmodi sunt Α. Ἐρέν[νιος] Σεπτίμ[ιος] Ἡλιόδωρος C. I. 3204. Α. Σεπτίμιος Αὐρήλιος Στέφανος 3205. Γ. Ἀντώνιος Σεπτίμιος Πόπλιος 3208. In quibus titulis sane Septimiorum nomen a Septimio Severo repetendum esse videtur; sed etiam antea homines Graecos hoc nomen gessisse per se patet.

Φάβιος esse veri simillimum, alterum *Σεπτίμιος* supplendum esse certe non improbabile est. De totius tituli clausula a me snppleta nihil est qnod addam.

Iam de eo qui hoc titulo honoratur qnaerentibus occnrrit *C. Iulius C. f. Scapulais*, cuius honores in duobns titulis Ancyranis C. I. Gr. 4022. 23, at alio in Trachonitide reperto, quem Mordtmannus edidit Mns. Rhen. XXVII p. 149, recensentnr. Quorum titulorum nullus integer est, sed ex omnibns integra honorum series componitur. Atque nomina qnidem plane eadem sunt, praeterquam qnod in nostro titnlo cognomen Φ... additur, quo illi carent. Sed neque singuli hoores sibi respondent neque temporum rationes. Ille enim Scapula post praeturam et proconsulatum Achaiao legatus pro praetore *Hadriani* imperatoris fuit, hic iam qnaesturam *Antonino Pio* imperante gesserat. At illum huius patrem fuisse verisimile ac paene certum est. Nam non solum nomina et temporum rationes eo ducunt, sed alia gravior causa accedit: C. Inlius Scapula iunior tum cum titulus poneretur aedilis designatus erat, quaesturam autem administraverat non provincialem, sed imperatoris. Qnare in eius honoribus certe nullam causam positam videmns, cnr Athenis potissimnm statua erecta honoraretur. At Scapulam maiorem tituli indicant[1]) proconsulem Achaiae fuisse; qnum autem sciamus non modo proconsules ipsos sed etiam eorum liberos saepe statuis honoratos esse (Friedländer, *Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms* III p. 164. Cfr. etiam qnae de Memmio Regulo dixi supra p. 111.) ex ea ipsa re coniciemus Scapulam iuniorem proconsnlis filinm fuisse.

8. Basis marmoris Pentelici inventa in arce orientem versns a Parthenone, ubi nnnc etiam est. Ed. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. n. 363. Bursian, *Ber. der sächs. Ges. der Wissensch.* 1860, p. 218. Contulit Koehler.

Τριπολιτῶν τῆς | Φοινείκης τῆς ἱερᾶς καὶ ἀ|σύλου καὶ αὐτονόμου | καὶ ναυαρχίδος οἱ ἄρχον|τες καὶ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος | Αἰμίλιον Ἰοῦγκον πρεσβευ|τὴν Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστρά|τηγον τὸν ἑαυτῶν πολεί|την καὶ εὐεργέτην εὐχαριστ|ίας ἕνεκεν διὰ πρεσβευτοῦ | Γαίου Ἰουλίου Προκληϊανοῦ | ἀνέθηκαν ἐπιψηφισαμένης | τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς | καὶ τῆς βουλῆς τῶν Φ καὶ τοῦ | δήμου τῶν Ἀθηναίων | ἐπὶ ἱερείας Φλ. Φαιναρέτης.

Certissimum temporis indicium est senatus quingentorum, quem numerum non ante Hadrianum restitntum esse ioter omnes constat[2]). Neque desnnt aliae res quae non magno certe temporis spatio ante Hadrianum titulum compositnm demonstrent. Praenomen eius qui honoratur omissum a primi certe p. Chr. saecnli more alienum est. Deinde Tripolis Phoenices vocatur *ναυαρχίς*. Quo nomine ornata in nummis quidem haec nrbs non

[1]) ἀνθύπατον Ἀχαΐας non servatum est nisi in titulo Mordtmanniano, quum in duobns reliquis ἀνθύπατον ex parte servatum sit, provinciae autem nomen totum perierit.

[2]) Non dixi *Hadriani tempore*, sed *non ante* Hadrianum propter Neubaueri coniecturam, qui id Antonino Pio imperatore factum pntat. Qnamquam enim assentior Hirschfeldio Neubaueri sententiam improbanti, tamen qnia ex hoc ipso demum titulo eius rei argumentum repetam, nunc id in medio relinqnendum est.

invenitur ante Elagabali tempus (Eckhel D. N. III p. 375). Sed erret si quis dicat propterea titulum nostrum usque ad illud tempus detrudendum esse. Nam hoc vocabulum cum in nummis non est, propterea non necessario sequitur, illo tempore urbem eo nondum praeditam fuisse. Quod alius urbis exemplo comprobatur. Quum enim in basi statuae[1]) Hadriani ab Laodicensibus Athenis in Olympieo vivo etiamtum imperatore erectae scriptum sit ἡ πόλις Ἰουλιέων τῶν καὶ Λαοδικέων πρὸς Θαλ[ά]σσῃ, τῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου καὶ αὐτονόμου ναυαρχίδος, hoc vocabulum in nummis Laodiceae, qui exstant ab Augusti tempore usque ad Caracallam, nusquam comparet, ita ut Eckhelius IV p. 309 ne commemoret quidem Laodiceam inter urbes nauarchidas. Itaque etiam Tripolis quominus eo multo ante usa sit, quam in nummis invenitur, nihil impedit. At id certe dicere licebit, titulum Atticum antiquiorem esse non posse iis temporibus, quibus eius vocabuli primum omnino vestigium cernitur. Atque omnium prima Sidon Phoenices eum honorem adepta esse videtur, in cuius nummis iam commemoratur anno 85 p. Chr. imperante Domitiano (Eckhel III p. 368). In aliis civitatibus ab Hadriani principatu incipit. Quare etiam haec res eo ducit, ut titulum Atticum Hadriano non antiquiorem iudicemus. Ex altera parte quod ante tempus compositus sit definiri non potest. Iam de Aemilio Iunco videamus. Quum in titulo amplissimo non ut in aliis eius aetatis omnes honores recenseantur, sed unum legati Aug. pro praetore officium commemoretur, eo ipso tempore, quo is hoc munere fungebatur compositus sit necesse est. Atqui quomodo factum est ut tum Athenis erigeretur, quamquam neque ab Atheniensium civitate neque a privato homine Atheniensi, sed a Tripolitanis Phoenices positus est? Inter permultos enim titulos honorarios perpauci sunt Athenis ab aliis civitatibus positi, si exceperis statuas in Hadriani honorem in Olympieo ab eo aedificato positas, quas huc non pertinere manifestum est. Privatorum igitur duas eiusmodi inscriptiones novi, Ἐφ. ἀρχ. 3363 a Gytheatis in honorem Ti. Claudii Attici positam, et Ἐφ. ἀρχ. 3765 (v. supra p. 151) ubi commune Phocensium Locrensium Doriensium Euboensium eo honore afficit M. Iunium Silanum pro quaestore. Quorum exemplorum prius manifesto inde explicandum est, quod Atticus ille, Herodis Attici pater, et origine Atheniensis erat et Athenis magnam partem vitae degebat. Alterum autem eo pertinet, quod Silanus magistratum propter quem honore afficitur in Graecia gesserat ideoque Athenis, in celeberrima atque splendidissima Graeciae urbe statua erigitur. Atque haec ratio unica est, quae in Aemilium Iuncum quadret; itaque eum propterea Athenis aut certe in Graecia munere legati functum esse putandum est. Sed quid legato Augusti pro praetore cum Achaia provincia senatoria? Ne id quidem difficile est diiudicatu. Inde ab Traiani enim temporibus in provincias proconsulares nonnullas mitti solebant ab imperatoribus legati pro praetore ad corrigendum

---

[1]) Ediderunt titulum Rhusopulos Ἐχ. ἀρχ. πρ. 2 ἀρ. 50. U. Henzen Bulletino dell' Instituto 1862 p. 135, Kumanudis Φιλίστωρ II. p. 432.

sive ordinandum statum liberarum civitatum, quae iurisdictioni proconsulum subditae non essent. (Cfr. quae de ea re exposuit Borghesi Ann. Inst. XXV (1853) p. 211sqq. sive Opp. V p. 412sq.) Inter liberas urbes Achaiae autem principem locum tenebant Athenae, ita ut hic potissimum illos legatos commoratos esse consentaneum sit; quare ne id quidem casu factum videtur, quod in titulo Africano Pactumei Clementis quem Borghesius affert (Orelli-Henzen 6483) Athenae principem locum tenent (*legatus Divi Hadriani Athenis Thespiis Plateis item in Thessalia*). Iam si etiam Aemilium Iuncum eiusmodi legatum Augusti pro praetore ad corrigendum statum liberarum civitatum in provinciam Achaiam missum statuemus, optime explicabitur, cur statua Athenis collocata sit.

Quae omnia comprobantur titulo C. I. Gr. 1346 Ἁ *πόλις* Τιβ. Κλαύδιον Ἁρμόνεικον Πολιστοξένου, *λαβόντα τὰς τῆς ἀριστοπολειτείας τειμὰς κατὰ τὸν νόμον καὶ ἀπὸ τοῦ δήμου, καθὰ καὶ ὁ θειότατος* Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Τραϊανὸς Ἁδριανὸς *καὶ Αἰμίλιος* Ἰοῦγκος *ὁ δικαιοδότης περὶ αὐτοῦ ἐπέστειλαν*. De quo cum Borghesius exponeret Opp. V p. 70sq., *δικαιοδότην* interpretatus est *legatum pro praetore provinciae Achaiae*, i. e. proconsulis legatum (*πάρεδρον*), quia tum nullum alium noverat vocis *δικαιοδότης* usum nisi eum qui apud Strabonem est 797 C., ubi significatur ea voce *iuridicus Alexandriae*. Qui cum alterum locum dignitatis inter Romanos in Aegypto versantes tenuerit, proximum scilicet post praefectum Aegypti, Borghesius putaverat eodem modo etiam eum qui in Achaia proximo post proconsulem loco fuerit, i. e. legatum proconsulis, ita vocari potuisse. A qua sententia postea (VIII p. 428sq.) cum titulos C. I. Gr. 4236. 37. 4240 cognovisset, in quibus *legatus Augusti pro praetore Lyciae et Pamphyliae* sic vocatur, ita recessit, ut vocabulum accurate respondere diceret Latino *praeses*. Quod inde conclusit, quod Graeco *ἁγνὸν δικαιοδότην* accurate responderent *praesidi abstinentissimo, praesidi integerrimo* quae in titulis honorariis Latinis inveniantur. Quare aut *proconsulem Achaiae* aut, quod Sparta libera urbs ei subdita non fuerit, *correctorem liberarum civitatum provinciae Achaiae* intelligendum censet. Atque de vocabulo *δικαιοδότης* quidem et priorem et posteriorem Borghesii sententiam recte se habere existimo; scilicet duplex eius vis distinguenda est. Nam *δικαιοδοτεῖν* vocabulum ubi de magistratibus Romanis usurpatur, respondere Latino *ius dicere*, Iulii Antonii proconsulis epistola apud Iosephum Ant. Ind. XVI, 6, 7[1]) demonstrat. Itaque *δικαιοδότης* utique significat eum cuius iurisdictio est; sed aut proprium magistratus vocabulum est, ubi Latino *iuridicus* accurate respondet, aut in universum magistratum Romanum eum, penes quem aliquo modo iurisdictio est indicat, sive is proprio nomine proconsul sive legatus Augusti pro praetore sive aliter vocatur. At ex his duabus significationibus hanc solam in titulo Spartano admitti posse inde patet, quod nunquam in provincia Achaia ma-

[1]) Ἰούλιος Ἀντώνιος ἀνθύπατος ἔγραψεν Ἐφεσίων ἄρχουσι βουλῇ δήμῳ χαίρειν. Οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ἰουδαῖοι εἰδοῖς Φιβρουαρίοις δικαιοδοτοῦντί μοι ἐν Ἐφέσῳ ὑπέδειξαν etc.

gistratus Romanus fuit qui proprio ac legitimo nomine *iuridicus* vocaretur. Quare nemo intellegi potest, nisi aut proconsul Achaiae, aut legatus corrector. Non vero illum, sed hunc fuisse cum Borghesii ipsius argumentum probabile reddit, quod illius iurisdictio ad Spartam civitatem liberam non pertinuerit, tum omnis dubitatio expellitur titulo Attico, quo *πρεσβευτὴς Σεβαστῶν καὶ ἀντιστράτηγος* vocatur. Nam quin uterque Aemilius Iuncus idem sit iam nemo dubitabit. Qui quum Hadriani aetate fuerit, iam id quoque explicari potest, cur titulus uterque in munere Aemilii Iunci indicando nominibus tam late patentibus, qualia sunt *πρεσβευτὴς Σεβαστοῦ καὶ ἀντιστράτηγος* et *δικαιοδότης* (atque ne eodem quidem nomine uterque) utantur. Scilicet proprium et solemne eius muneris vocabulum tum nondum fuit omnino, sed ipso munere multo recentius est. Quum enim Maximus, qui Traiano, et Pactumeius Clemens, qui Hadriano imperatore eo munere functus est, solo legatorum nomine multo latius patente significentur, ei, quibus proprium vocabulum *corrector* (*ἐπανορθωτὴς*) adiungitur, multo recentiores sunt. Quos enim noverat eiusmodi homines Borghesius, *Egnatium Proculum* (C. I. 1341, Spartae) et *L. Egnatium Victorem Lollianum* (C. I. 1624, Plataeis), ex iis illum Commodo, hunc Septimio Severo aut Caracalla imperatore eo munere functum probavit. Neque antiquioris temporis esse videntur duo alia exempla *ἐπανορθωτῶν* provinciae Achaiae, quae recentiore tempore in lucem prodierunt, *Ti. Claudii Callippiani Italici* (Bullettino 1862 p. 119) et *Cn. Claudii Leontici*[1]) (Ἐφ. ἀρχ. 3797). Nam quum iam eiusmodi nomina in hominibus ad summos honores evectis magis tertio quam alteri p. Chr. saeculo convenire videantur, aliae rationes accedunt: Callippianus Italicus enim in titulo dicitur *πρεσβευτὴς τῶν Σεβαστῶν καὶ ἀντιστράτηγος*. Quem pluralem quamquam etiam de compluribus Augustis qui se invicem exceperint usurpari demonstravi (I p. 110), tamen hic propter ipsam muneris extraordinarii naturam id veri simile non est; non potest igitur ante M. Aurelium et L. Verum titulus compositus esse, ita ut Pactumeio Clemente et Aemilio Iunco, qui nomine *ἐπανορθωτὴς* (*corrector*) nondum utuntur, utique multo recentior sit Callippianus Italicus; mihi autem veri similius est, *Σεβαστοὺς* hic Septimium Severum et Caracallam intellegendos esse. Certius etiam iudicium de Cn. Claudii Leontici aetate ferri potest. Cuius titulus cum ita se habeat: *τὸν λαμπρότατον | ὑπατικὸν καὶ | ἐπανορθωτὴν | Γν. Κλ. Λεοντικὸν | Πο.] Ἑρέννιος Πτολ[ε]μαῖος τὸν ἑαυτ[οῦ] καὶ τῆς πόλεως | εὐεργέτην*, quamvis titulus Megaris collocatus est, dubitandum non est, quin hic Herennius Ptolemaeus idem sit cum P. Herennio Ptolemaeo Atheniensi homine summae in re publica dignitatis, patre P. Herennii Dexippi scriptoris nobilissimi (C. I. Gr. 380. Ross. Dem. 75). Quod si ita est, fieri non potest, ut titulus tertio saeculo antiquior sit. Hucusque de eo solo munere, quod in Graecia gessit Aemilius Iuncus, dixi. Sed ut

---

[1]) Pittakisius quidem legit ΓΝΚΛΛΕΟΝΤΙΚΟΝ, sed in Velseni schedis est ΓΝΚΛ*ΛΕΟΝΤΙΚΟΝ.

eius tempus accuratius definiatur, paucis monendum est, a Borghesio in disputatione de Iuvenalis poetae aetate (Opp. V p. 49sqq.) demonstratum esse *Aemilium Iuncum* et *Iulium Severum* consules, ad quorum annum Ulpianus (Dig. XL, V, l. 28 § 4) senatus consultum Iuncianum referat, fasces gessisse ultimis mensibus anni 127 p. Chr. (880 u. c.). Scilicet in diplomate militari tertio mensis Octobris die, cum Hadrianus imperator tribunicia potestate XI esset (i. e. 127 p. Chr.) composito bis perscripta sunt consulum nomina; utroque loco admodum mutilata sunt, sed Borghesius gravissimis argumentis effecit L. AEMILIO IVNCO SEX. IVLIO SEVERO scriptum fuisse. Ad hunc annum igitur etiam Iuvenalis locum XV, 27 „*consule Iunco*" referendum esse. Hic autem quin idem fuerit cum illo qui in Achaia munere legati correctoris functus est, neque Borghesius dubitavit neque quemquam alium dubitaturum puto. Iam si definire volemus quo tempore eam legationem susceperit, quaerendum est, utrum ante consulatum ea functus sit an postea. Atque cum viderimus praeter eum ipsum sex innotuisse eiusmodi legatos correctores liberarum civitatium, ad id attendendum est, quod ex his ii duo qui Traiano et Hadriano imperatoribus fuerunt, *Maximus* et *Pactumeius Clemens*, eo munere ante consulatum functi[1]) sunt. Contra quattuor illi recentiores qui iam correctoris nomine utuntur quorumquo nemo Commodo antiquior est (*Egnatius Proculus*, *L. Egnatius Victor Lollianus*, *Ti. Claudius Callippianus Italicus*, *Cn. Claudius Leonticus*) ad unum omnes in titulis ὑπατικοί vocantur. Quare quin ea res Antoninorum tempore inantata sit, dubium non est. Imo etiam cur initio praetorii missi sint, explicari posse mihi videtur. Cum enim res ipsa plane nova atque inusitata esset, in provincia senatoria praeter proconsulem imperatoris legatum eadem atque illum potestate esse[2]), imperatores id certe cavisse videntur, ne dignitatem senatus nimis imminuerent, si hominem consularem eo mitterent, cum proconsul Achaiae non esset nisi praetorius. Postea autem, quum illud manus desiisset novum atque insuetum esse, imperatores eius rei rationem non amplius habendam putabant. Sed utcumque hoc se habet, ex Maximi et Pactumei Clementis exemplis iure colligere licet, etiam Iuncum *praetorium* in Achaiam missum esse[3]), ita ut non post annum 126 p. Chr., qui consulatum antecessit, titulus uterque et Atticus et Spartanus compositus esse possit. Quod haud parvi momenti est propter quaestionem de senatu Attico quingentorum et sexcentorum.

---

[1]) *Maximum* praetorium fuisse cum in Graeciam mitteretur demonstrant Plinii verba 8, 24, 7: *onerat te quaesturae tuae fama quam ex Bithynia optimam revexisti, onerat tribunatus, praetura atque haec ipsa legatio quasi praemium data. Pactumeius Clemens*, si ordinem munerum in titulo perscriptum sequimur, adeo *tribunicius* ea missus est. Num aliud exstet exemplum legati Augusti pro praetore nondum praetura functi ignoro.

[2]) Nisi quod huius potestas ad liberas civitates, illius ad reliquam provinciae partem pertinebat.

[3]) praesertim cum aliter ὑπατικόν in titulo Attico vix omitteretur.

9. In urce inveutu sunt duo frugmeuta murmoris Eleusinii; alterum (*b*) edidit Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 3827, utrumque exscripsit Koehler. Utrumque composui ueque quemquam dubitaturum puto, quin iure coniunxerim.

a	*b*
ΗΒΟΥΛΗ	ΣΑΡΕΙΟΥ··Α
ΛΗΤΩΝ›	ΙΟΔΗΜΟΣΛΟΥΕΙ
ΜΕΣΣΑΛ	ΙΟΥΕΙΨΤΑΝΟΥΜΕ∟
ΥΠΑΤΙΚϹ	ΥΙΟΝΑΡΕΤΗΣΕΝΕ
ΚΑΙΕΥΝϹ	ΙΑΣΤΗΣΕΙΣΤΗΝΠ
	ΝΕΘΗΚΕΝ

Ἡ βουλὴ [ἡ ἐξ] Ἀρείου πά[γου καὶ ἡ βου]λὴ τῶν χ [κα]ὶ ὁ δῆμος Λ. Οὐει[ψτανὸν | Μεττάλ[αν], Οὐειψτανοῦ Μεσ[σάλα | ὑπατικο[ῦ] υἱόν, ἀρετῆς ἕνε[κεν | καὶ εὐνοίας τῆς εἰς τὴν π[όλιν | ἀ]νέθηκεν.

Vipstani Messallae duo commemorantur, natu maior tribunus militum hello Vitelliano a. 69 p. Chr. (822 u. c.), cuius praeuomen uusquam traditum est, nutu miuor consul ordiuarius 115 p. Chr. (868 n. c.) Lucius praeuominc. Ille neque ante annum 45 p. Chr. uatus esse potest, quia Tacitus hist. IV, 42 eum auno 70 p. Chr. noudum senatoria aetate fuisse dicit, ueque post anuum 51 p. Chr. propter tribunatum supra commemoratum. Hic vero, si ex cousulatus tempore coniecturam facere licet, anno 80 p. Chr. uut paulo uute nutus sit. Quure quin hic illius filius fuerit non dubito, praesertim cum his solis ex Vipstanis cognomen Messalla commuuo sit. Quum uutem muiorem Vipstauum Messallam Tucitus hist. III, 9 *claris maioribus* fuisse dicat, uh aliquo ex illis Vipstauis qui Iuliae et Claudiae gentium temporibus ad summos honores perveuerunt, origo eius repeteudu erit; atque veri simillimum quidem videtur eum *L. Vipstani Publicolae* cos. 48 p. Chr. filium fuisse. Cui coniecturae cum temporum ratioues aptissimae suut, tum praeuomen avi et uepotis consentiens eum confirmat.

Iam quaereuti titulus uoster quo refereudus sit duae rutioues se mihi ohtulerunt. Quum is qui houoratur *L. Vipstanus Messalla* Vipstani Messallue alicuius filins dicatur, aut cousul 115 p. Chr. ipse iutelligendus est, aut eius filius eodem pruenomine nsus, sed adhuc plane iguotus. Nam tertium, de quo qnis cogitaverit, Vipstanum Messallam nutu maiorem, trihuuum 69 p. Chr. intelligendum esse, non quidem praenomiue excluditnr; quum enim cius praenomeu ignotum sit, quidni eum quoque Lucium vocutum fuisse statuumus? Sed expressis verbis indicutur etiam eius cui titnlus positus est putrem Messullue cognomeu gessisse. Quodsi ad illa duo redimus, ex seuatn Attico sexceutorum hic diiundicari uihil potest. Quum enim hic numerus per magnam partem priucipatus Hadriani munserit, Messala cousul 115 p. Chr. filium adnltum habere potuit, priusquam priscus quingentorum numerus restitueretur. Ne eo quidem, quod pater eius qni houoratur *consularis* dicitur, res diiudicatur. Verum quidem est, Vipstauum Messallum natu maiorem non reperiri iu fastibus consularihus. Sed id qnoque uotissimum est, multorum consnlum suffectorum nomina ignorari. Saue non vi-

detur ad senectutem pervenisse; mirum enim esset, hominem cum aliis rebus tum artis oratoriae laude insignem in Plinii epistolis nusquam commemorari, si etiamtum superstes fuisset. Quod tamen non impedit quominus eum prioribus Domitiani annis ad consulatum pervenisse et non ita multis annis post mortuum statuamus. Maximi momenti esset, si sciremus quid v. 3 medio scriptum fuerit. Nam siquidem post Μεσσάλαν praenomen patris sequebatur, fieri non potest, quin titulum ad consulem 115 p. Chr. referamus. Ante Οὐειψτανοῦ enim linea I superest, quae si omnino praenominis est, nullo modo pater *Lucius* vocatus esse potest; imo illa linea vix alius literae quam M (Μάρκου) esse potest. Sed quid si illa linea ad ultimum N accusativi Μεσσάλαν pertinuit, patris vero praenomen omnino scriptum non fuit? Quae praenominis omissio cum ab eo ipso tempore, certe in titulis Graecis, incipiat, tamen *hic*, ubi pater a filio distinguendus erat, ei nullum locum fuisse dixerit quispiam. At nec eius quidem rei exempla desunt, veluti Οὐαλερίο[υ] Ἀσιατικοῦ υἱῷ in titulo Samio (Waddington, *Fastes des provinces Asiatiques* p. 195). Quare in medio relinquendum est, utrum is qui honoratur hoc titulo L. Vipstanus Messalla cos. 115, pater vero Vipstanus Messalla tribunus 69, an ille filius alioqui ignotus, pater autem consul 115 p. Chr. sit.

10. In stoa Hadriani exstat tabula marmoris Pentelici ab omnibus partibus mutila cum hac inscriptione, quam exscripsit Koehler:

ΙΟΥΙ
ΙΜΟΝΝΑΤΑΙ
ΝΟΥΗΡΟΝΤΡΙ
ΝΧΙΛΙΑΡΧΟΝΤ
ΩΝΟΣΠΡΩΤΗ
ΔΙΑΣΙΔΝΙΚΗΦ
ΥΑΔΡΙΑΝΟΥΚΑ
ΥΤΩΚΑΙΡΩΠΡΙ
ΥΠΑΤΡΟΣΑΝ
ΙΟΙΚΗΣΕ

Quae quamvis mutila tamen certissime ad L. Minicium Natalem iuniorem referri atque ex eius titulis Latinis suppleri possunt. Ex quibus titulis integer exstat unus Tiburtinus (Orelli-Henzen 6498) ceteri omnes plus minusve mutili sunt[1]). Quare illius verba hic exscribam. *L. Minicio. L. f. Natali. Quadronio. Vero. cos. procos. prov. Africae. auguri. leg. Aug. pr. pr. provinciae Moesiae infer. curatori operum publicorum et aedium sacrar. curat. viae Flamin. praef. alimentor. leg. Aug. leg. VI victr. in Britannia praetori trib. pleb. candidato. quaestori candidato. Divi. Hadriani et eodem tempore legato prov. Africae dioeceseos Carthaginien. proconsulis patris suI. trib.*

[1]) Praeter illum quinque in lucem prodierunt, Hispani tres II, 4509 (= Or.-H. 5450). 4510. 4511, Viterbiensis (Borghesi, annali dell' Inst. 1849 p. 223) et Tiburtinus alter (Orelli 1551).

mil. leg. I adiut. p. f. item leg. XI Cl. p. f. item leg. XIIII gemin. Martiae victric. IIIviro monetali a. a. a. f. f. patrono municipii curat. fani. Herc. V. decuriones Tiburt. ex aere collato q. q. maximi exempli.

Quibus collatis apparet titulum Atticum sic restituendum esse:

Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρε]ίου [πάγου
Λ. Μινίκι]ον Νατᾶλ[ιν Κουα-
δρώνιο]ν Οὐῆρον, τρι[ανδρον με-
νητᾶλι]ν, χιλίαρχον [πλατύση-
μον λεγε]ῶνος πρώτη[ς ἐπικούρου,
κα Κλα]υδίας, ιδ νικηφόρου, τα-
μίαν Θεο]ῦ Ἀδριανοῦ κα[νδιδᾶτον,
καὶ τῷ αὐ]τῷ καιρῷ πρ[εσβευτὴν
τοῦ ἑαυτο]ῦ πατρὸς ἀνθ[υπάτου
Ἀφρίκης δ]ιοικήσεως [Καρχηδο-
νίας et q. s.

De supplementis vix est quod dicam; v. 4 πλατύσημον (*laticlavium*) scriptum fuisse spatii rationes certissime demonstrant. Latini quidem tituli Minicii id omittunt, et sane in eius modi homine senatorii ordinis ad summos honores evecto supervacaneum est, sed etiam alibi additur, ubi facile eo carere possumus, veluti C. I. Gr. 1133 (=1327). Magis fortasse quis miretur quod τρί[ανδρον μονητᾶλιν] supplevi. Nam id quidem, quod non additur *aere argento auro flando feriundo* (quibus spatium non sufficere patet), minime mirum est, cum etiam in Latinis titulis, quamvis raro, id factum videamus (Orelli-Henzen 6503. 6512[1])); at vox τρίανδρος pro eo quod est *triumvir* non insolita modo sed ne Graeca quidem videri possit. Quod ita concedo, ut eam cum recta et severa linguae Graecae ratione ac lege pugnare putem, non autem abhorrere ab illorum temporum usu in quibus haec disputatio versatur. Nam non modo δυανδρικός dicitur, quod cum derivatum sit, multo minus offendit[2]), sed etiam *quindecimvir* Graece exprimitur πεντεκαιδέκανδρος, atque his quidem in eodem titulo (C. I. 4029) eodem tempore, quo is de quo agimus, composito. Simillimum est illud, quod ex plurali δέκα πρῶτοι formatur singularis δεκάπρωτος in titulo Amorgi insulae *Annali dell' Instituto 1864 p. 97.* Quare eo minus τρί[ανδρον repouere dubitavi, quod τριῶν ἀνδρῶν μονηταλίων, de quo supplemento solo praeterea cogitari potest, omnino reiciendum est. Nam neque linea obliqua post I conspicua

---

[1]) Uterque quidem titulus multo recentior est, quam Atticus ille. Sed etiam alibi idem observare licet, eiusmodi licentiam prius invadere solere in titulos Graecos, quam in Latinos.

[2]) Nam eodem iure quo optimis Graecae linguae temporibus ex Μεγάλη πόλις non fit Μεγαλόπολις, sed Μεγαλοπολίτης, etiam ex δύο ἄνδρες dixerit quis non quidem licere δύανδρος formari, sed licere δυανδρικός. Quod vocabulum scriptum est in titulo C. I. Gr. 3979, ubi Frantzius quidem δυανερικός exhibet; sed cf. Annales Inst. 1852 p. 156.

literae Ω esse potest, aeque spatium sufficit. — Quum honores in titulo Attico (contra atque in Tiburtino) ita perscripti sint, ut a minimo ad maiores escendatur, neque propter lapidis mutilationem diiudicari possit, quam multa etiam post legationem Africanam scripta fuerint, dubium videri possit, utrum omnes honores maiores iam in hoc titulo enumerati fuerint, an is Tiburtino illo aliquanto antiquior sit. Quod tamen diiudicatur ex v. 7, ubi Θεο]ῦ Ἀδριανοῦ scriptum fuerit accesse est. Itaque duodecim fere aut etiam pluribus annis post consulatum (qui fere in annum 127 p. Chr. incidit) titulus dedicatus est, omnesque iidem honores qui in Tiburtino etiam in hoc scripti fuisse videntur.

11. Basis inventa in Parthenone. Ed. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 781.

ΟΔΠ
ΓΑΙΟΝΜΑ
ΜΑΡΚΕΛΛΟΝΠΡΕ
ΚΑΙΣΑΡΟΣΣΕ/////
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕ/////
ΚΑΙΕΥΕΡΓΕΣΙΑ//ΤΙΣ

In hoc titulo restituendo id unum incertum videri potest, quale nomen gentile v. 2 ponendum sit. Ex iis autem gentibus quarum nomina a literis MA incipiunt, una est, in qua Marcellorum cognomen imperatorum aetate fuisse sciamus. Consul anni 80 p. Chr. in titulo Orelli-Henzen 5428 vocatur C. Marivs Marcellvs *Octavius Publius Cluvius Rufus*, ita ut etiam praenomen indicare videatur, hunc eiusdem familiae esse cum illo qui in titulo Attico est. Praeterea II, 1004 *Maria M. f. Marcella* invenitur. Quare quin supplendum sit

Ὁ δῆ[μος
Γάιον Μά[ριον
Μάρκελλον πρε[σβευτὴν
Καίσαρος Σε[βαστοῦ
ἀρετῆς ἕνε[κεν
καὶ εὐεργεσίας τῆς [εἰς ἑαυτόν.

eo minus dubitandum est, quod ex ea ratione qua versuum initia disposita sunt de eorum magnitudine satis certa coniectura fieri potest. Haec de supplementis sufficiant: iam de tempore videamus. Qua in re omnia pendent ex v. 3 Καίσαρος Σε[βαστοῦ. In officio legati Augusti pro praetore indicando solet quidem solum nomen Σεβαστοῦ adhiberi; sed non raro omnia aut primaria certe eius imperatoris cuius legatus est nomina enumerantur. Nusquam autem inveni Καίσαρος Σεβαστοῦ eo modo coniuncta, ut in universum principem significarunt, nomine proprio non addito. Contra *Octavianum Augustum* proprio nomine Καῖσαρ Σεβαστός vocatum esse quis est qui nesciat. Atque *C. Marius* quidam Augusti aetate in nummis comparet; quos nummos Th. Mommsenus hist. rei nummariae Rom. p. 742 ante annum 15 a. Chr. (739 u. c.) cusos esse probat. Tamen quum is cognomine

non solum non utatur, sed etiam tribum (TRO[*mentina*]) nomini adiungat, id quod in eis fieri consuevit qui cognomine omnino carent, eum a *C. Mario Marcello* tituli nostri distinguendum censeo.

12. In fine huius commentatiunculae paucis verbis de titulis duobus exponam, de quibus non recte editor Graecus statuisse videtur. Alter editus est a St. Kumanude in libello Ἐπιγραφαὶ Ἑλληνικαὶ — — *ἐκδιδόμεναι δαπάνῃ τῆς ἐν Ἀθήναις ἀρχαιολ. ἑταιρίας.* Athenis 1860, *ἀρ.* 39, eiusque verba ita se habent: Ὁ δῆμος | Γάιον Ἀσίνιον | Γαΐου ὑὸν | στρατηγὸν | ἀποδεδειγμένον | ἀρετῆς ἕνεκα | καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς ἑαυτὸν | ἀνέθηκεν. Hunc Asinium Pollionem Kumanudes esse vult nobilem „politicum et historicum“, quamquam is apud scriptores *Gnaei* filius dicatur, cum in nostro titulo scriptum sit Γαΐου ὑόν. Sed ea ipsa de causa non de Asinio Pollione intellegendus est titulus, sed ad huius filium *C. Asinium Gallum* cos. 8 a. Chr. referendum esse verisimillimum est; ita inscriptio, quippe quae eum praetorem designatum vocet, anno 12 aut 11 a. Chr. composita sit necesse est. Sed potest etiam cogitari de huius filio *C. Asinio Pollione* iuniore cos. 23 p. Chr. Alter titulus a Kumanude in eodem libello *ἀρ.* 40 et a Pittakisio in Ephemeride archaeologica n. 4080 editus Ὁ δῆμος | Πόπλιον Κορνήλι|ον Ποπλίου ὑὸν Δο|λαβέλλαν στρατη|γὸν ἀρετῆς ἕνεκεν. Atque Pittakisius quidem nihil omnino de eo titulo dicit, Kumanudes vero, homo et diligentia et doctrina insignis, hunc Dolabellam collegam Antonii in consulatu (44 a. Chr.) et generum Ciceronis esse vult. Qua in re tamen erravit: nam illum praetorem non fuisse, sed omissa praetura statim ad consulatum pervenisse Appiani et Dionis testimoniis constat (cf. Mommsen, *röm. Staatsrecht* I p. 443). Quare Dolabellam *praetorem*, qui in titulo Attico est, potius consulem anni 10 p. Chr. esse puto, quem illius filium fuisse veri simile est. Post eum non solum qui unus ad consulatum pervenit Cornelius Dolabella (86 p. Chr.), qui illius nepos sine dubio fuit, *Servii* praenomen gessit, sed etiam huius patrem, illius filium eodem praenomine usum esse, ex titulo Orelli-Henzen 5999 apparet, ubi consul anni 86 vocatur *Ser. Cornelius Ser. f. P. nep. P. pron. P. abn. Dolabella Metilianus Pompeius Marcellus.* Quum igitur consul anni 10 p. Chr. recentissimus esse videatur, qui in hac gentis Corneliae stirpe *Publius* nominatus fuerit, ei titulus Atticus adscribendus erit.

DITTENBERGER.

FELICIS FELICIANI VERONENSIS OPVSCVLVM INEDITVM.

Inter homines Italos qui de optimis litterarum figuris quaesiverunt earumque recte et venuste pingendarum praecepta ediderunt, etiam is qui novissimus de his scriptoribus dixit Sotzmannus (Naumann et Weigel *Archiv für die zeichnenden Künste* 1856 II p. 275sq.) neminem antiquiorem novit fratre Luca Paciuolo. Qui cum opus celeberrimum quod est de divina proportione, terminatum illud d. 14. m. Dec. 1497 (vd. fol. 23ʳ), duodecim annis post editurus esset, adiecit viginti capita ad architecturam pertinentia. His pro appendice est series litterarum accurate circini et regulae ope pictarum, cuius mentionem epistolae dedicatoriae a. d. V Id. Ian. 1509 ad Petrum Soderinum datae inseruit; explicatius de eius ratione in ipso opere exposuit, quem locum (De div. prop. pars prima fol. 28r.) totum adscribendum esse duxi: *Costumase per molti in dicto pilastro ponere lettere per diuersi ordinate che dicano e narrano loro intento, belle Antiche con tutta proportione e cosi in altri frontespicii e fregi e monumenti loro epytaphii quali sença dubio molto rendano venusto lo arteficio. E pero a questo fine ho posto ancora in questo nostro volume detto dela diuina proportione el modo e forma con tutte sue proportioni vno degno alphabeto Anticho mediante el quale potrete scriuere in vostri lauori quello ve acadera e sirano sença dubio da tutti commendati. Auisandoue che per questo solo mi mossi a disponerlo in dicta forma acio li scriptori e miniatori che tanto se rendano scarsi a demostrarle li fosse chiaro che sença lor penna e pennello, le doi linee mathematici curua e recta o volino o non, a perfectione le conducano comme ancora tutte laltre cose fanno conciosia che sença epse non sia possibile alcuna cosa ben formare.*

Non erat omnino novum et a fratre minoritano primum inventum, emendatas litterarum figuras circini et regulae usu commode describi; antiqui tituli cum Graeci tum Romani satis demonstrant ne quadratarios quidem illorum temporum ab hac ratione abhorruisse, extatque eiusmodi curae in litterarum figuram impensae etiam tenuis scripta memoria in Bekkeri Anecd. p. 784 *Διὰ τοῦτο δὲ καὶ οὐκ ἄλλοις χαρακτῆρσι χρώμεθα τῶν στοιχείων ἀλλὰ τοῖς Ἰωνικοῖς, ὡς μὲν Ἀσκληπιάδης ὁ Σμυρναῖος λέγει διὰ τὸ κάλλος καὶ ὅτι πλεῖστα τῶν συγγραμμάτων τούτοις ἐγέγραπτο τοῖς χαρακτῆρσιν· ὡς δὲ Διόδωρος καὶ Ἀπίων ἐν τῷ περὶ τῶν στοιχείων, ὅτι πλεῖστοι συγγραφεῖς καὶ οἱ ποιηταὶ*

ἀπὸ τῆς Ἰωνίας τούτοις τοῖς τύποις ἐχρήσαντο. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Μεσσήνιος ἐν τῷ περὶ ἀρχαίων γραμμάτων φησί τινας λέγειν ὅτι Πυθαγόρας αὐτῶν τοῦ κάλλους ἐπεμελήθη, ἐκ τῆς κατὰ γεωμετρίαν γραμμῆς ῥυθμίσας αὐτὰ γωνίαις καὶ περιφερείαις καὶ εὐθείαις. Extitit nutem etiam inter Italos illius aetatis quae n renascentibns litteris nomen duxit, qui nnte Lucam Paciuolum litterarum figuras ad exemplum antiquorum titulorum emendare et ad certas regulas revocaro studeret, scilicet Felix Felicianus Veronensis; de cuius studiis ad inscriptiones antiquas conversis superiore saeculo Maffeius (*Verona Illustrata* II p. 98 sq. ed. 1781) et Tiraboschius (*Storia della lett. Ital.* VI 1 p. 181 sq. ed. Rom.) dixerunt, nuper Henzenus (*Monatsber. der Berl. Akad.* 1868 p. 382) et Mommsenus in praefationibus complnrium capitum voluminis quinti Corporis inscriptionum latinarum exposuerunt. Cuius Feliciani libellus

[*Felicianus.*]

A

Suole lusnnza antiqua cauare ln littera di tondo o quadro, la summa do le qnal forme ascende al numero LII, del qual si cnua il numero perfecto[1]) cho e .X. e cossi uol esser la tua littera grossa la X^a. parte delalteza et per qnesto modo hanere tanto del tondo quanto del qundro et uolsi causarc la sopraseripta littera doue si tagliano le linie . +. cola circonferentia; et questo e quanto per misura io Felice Felic[iano] h[abi]a nelle antique caractere ritrouato per molte pietre marmoree cossi nelalma Roma quanto negli altri [siti?].

B

Ln littera sopra scripta uole, come e dieto, esser grossa la X^a. parte, et na piu amplo el corpo inferiore uno decimo che quello superiore; e nota ingrossar la dicta littern dentro e di fuora per mitade, e questo quanto aspecti a suoi corpi tondi.

C

Sappi la presente littera non passar di grossezn lordine de laltre littere, cioe uno decimo, et ingrossa dentro e di fuore la sua circonferentia come tu uedi, ne nol passar le sue teste doue si crea la linia che si taglia col tondo et quadro, saluo che quella di sotto passa pin oltre, come tu uedi.

---

[1]) De numero perfecto haec Vitruvius III 1, 5: *nec minus mensurarum rationes quae in omnibus operibus videntur necessariae esse, ex corporis membris collegerunt, uti digitum palmum pedem cubitum, et eas distribuerunt in perfectum numerum quem Graeci τέλειον dicunt: perfectum autem antiqui instituerunt numerum qui decem dicitur.*

(Bibl. Vatic. 6852) in quo litterarum figurae ad exemplum antiquarum inscriptionum exaratae variisque coloribus illitae extant, cum mihi per eiusdem Mommseni humanitatem innotuisset, facile impetravi a Francisco Rühl, ut litterarum imagines ab idoneo artifice delineandas curaret, cetera ipse in meum usum describeret. Cumque videretur haec Feliciani opera nonnihil utilitatis habere ad illustrandam studiorum epigraphicorum historiam, iam constituimus opusculum exiguae molis cum lectoribus huius ephemeridos ita communicare, ut litterae ad minorem modulum redactae coloribus neglectis in peculiari tabula (tab. II) exhiberentur, cum praeceptis autem a Feliciano excogitatis Lucae Paciuoli praecepta componerentur quo facilius de ratione quae inter utraque intercedit, iudicari posset[1]).

[*Paciuolus.*]

A

Questa letera A si caua del tondo e del suo quadro: la gamba da man drita uol esser grossa delo none parti luna de lalteza. La gamba senistra uol esser la mita de la gamba grossa. La gamba de mezo uol esser la terza parte de la gamba grossa. La largheza do dita letera cadauna gamba per mezo de la crosiera, quella di mezo alquanto piu bassa commo uedi qui per li diametri segnati.

B

Questa letera .B. si compone de doi tondi e quello de sotto sie lo piu grando de li none parti luna, cioe uol esser li cinque noni de la sua alteza per diametro. E quella de sopra uol esser li quatro noni medesimamente per diametro comme qui desopra proportionatamente negli ochi te fa presente.

C

Questa lettera .C. se caua del tondo e del suo quadro ingrossando la quarta parte de fore e ancora de dentro. La testa de sopra finesci sopra

1) Feltciant verba ex Röhlii apographo, Lucae Paciuoli ex exemplo quod amicissimus mihi M. Jordanus commoduvit, accurate exprimenda curavi, ita tamen ut neque nexus litterarum neque ceteras notas quarum quidem explicatio certa esset retinerem; item ne tegendi difficultatem sine utilitate augerem, verba fere ad nostram consuetudinem distinxi. Ceterum in Jordani exemplo operis Paciuoli desiderautur litterae quae sunt L et Z; quae ne hic quoque desiderarentur, frater meus bibliothecas Urbis perscrutatus est. In unico autem quod repperit exemplo bibliothecae Corsinianae Z littera non minus quam in Jordaniano intercidit ideoque nihil nisi ea quae ad L litteram pertinent, fratris beneficio hic inserere potui. — Quae aut addenda aut corrigenda viderentur usitatis signis indicavi. Nonnullos Feliciani libelli locos felicissime emendavit Adolphus Tobler, cui quae debeantur facile lectores perspicient.

D

La sopra scripta littera si fa a bene placito in dui modi ouenche la pigli tutta la circonferentia oucuchel suo quadro si crea doue si taglia [la] linia + con la circonferentia e sta bene ad ogni modo. Nota non te domenticar far tutte le littere grosse la parte .Xª.

E

Questa porta in se gran facilitade come tu poi uedere, saluo che la trauersa superiore passa mezo decimo di mezo el quadro; quella di mezo non passa niente, quella di sotto si passa uno decimo.

F

La littera sopradicta si reggie secondo lordine de la littera E. ne piu ne meno, saluo chel si riserua la trauersa inferiore.

G

In questa littera .G. si serua tutto lordine de la littera .C., riseruado (*sic*) il collonello il quale termina a la linia oue si tagliano la linia croce col tondo, e ua alto uno terzo de tutto el quadro.

H

Nascie la littera .H. dal termine oue si tagliano le linie .+. con la circonferentia grande et se ingrossano dentro la Xª. parte.

I

Qui non e molta mesura ne arte, basta la sua figura simplicie de la parte decima et esser testata di sotto e di sopra.

K

Tira dal mezo del colonello dela littera K una linia, la quale termini al extremo del quadro nel angulo di sotto; poi ingrossa la dita zancha uno decimo dentro, el qual termini al dicto mezo del colonello; poi alargati

la croci del diametro e circonferentia. Quella de sotto passando la croci mezo nono a presso la costa del quadrato comme apare in la figura e cauase comme uno O.

D

Qnesta letera .D. se caua del tondo e del quadro. La gamba derita uol esser de dentro le crosere grossa de noue parti luna, el corpo se ingrossa commo deli altri tondi. La apicatura desopra uol esser grossa el terzo de la gamba grossa & quella de sotto el quarto ouer terzo.

E

Questa lettera .E. se caua del tondo e del suo quadro. La gamba grossa uol esser de le noue parti luna. La gamba de sopra uol esser per la mita de la gamba grossa, quella de sotto per simile. Quella de mezo per terza parte de la gamba grossa comme quella de mezo del .A. e la detta lettera uol esser larga meza del suo quadro & sic erit perfectissima.

F

Questa littera .F. se forma a qnel modo come la littera .E. ne pin ne mancho, excepto che .F. si e senza la terza gamba: comme denanci hauesti diffusamente alluoco de ditto .E. cum tutte sue proportioni; pero qui quello te basti.

G

Questa letera .G. se forma commel .C. del suo tondo e quadro. La gamba deritta de sotto nol esser alta un terzo del suo quadro: e grossa de le noue parti luna de lalteza del suo qnadrato.

H

Qnesta lettera .H. se caua del tondo e del suo quadro, le sue gambe grosse se fanno per mezo le crosiere cioe doue se intersecano li diametri del tondo e suo quadro. La grosseza de ditte gambe uol esser de le noue parti una de lalteza. E quella de mezo se fa per mezel diametro; la sua grosseza nol esser la terza parte de la gamba grossa commel trauerso del .A.

I

Questa lettera .I. se caua del tondo e del quadro; la sua groseza uol esser de le noue parti luna, cbe facil fia sna formatione fra laltre.

K

Queste lettera .K. se caua del tondo e del suo quadro tirando una linea per diametro del quadro; in questa linea se ferma e termina le due gambe per mezo la gamba grossa. La gamba de sotto uol esser grossa

pnre la dicta Xa. parte uerso el trauerso sutile di sopra e tira un altra linia la qnal termini nel angulo inferiore e testala poi[1]). E nota chel trauerso di sopra non nol passar il termine, doue si crea la linia, che taglia il quadro el tondo.

L

La presente littera ne piu ne meno si forma che si fazi la littera .I., ma tn faraj la gamba di sotto longa tanto che passi il mezo del quadro nno decimo e testala come tu nedj in cxemplo, et e facta.

M

Per qnanto io, Felice, habia atrouato nelle pietre marmoree, ti dico il piu de lo uolte la littera M pigliare tutto el quadro di sotto et anche piu nno decimo, e nota la littera superiore nascer in tntto da la littera .V., la qnal forma si causa done si tagliano le linie + con la circonferenza secondo che piu auanti ti mostraro nella littera .V., e nota ingrossare dentro e di fuora come ti mostro in exemplo.

N

Non ti alargar pin che sia da la prima linia del qnadro fino one nascie qnella che crea [la] linia + con la circonferenza; poi nelle pnncte di qnesto signo + tira la linia et ingrossala la parte Xa. di sopra e di sotto e stara bene come tu uedj.

O

Firma nel centro il tuo compasso e circnisci dintorno, poi ingrossa dentro e di fuora come tn uedj la Xa. parte pigliando piu parte dentro che fnora in forma di due lune, come tn ucdj e stará bene.

[1]) Verbis quae sunt *e tira un altra linia la qual termini nel angulo inferiore e testala poi* idem iterum dici videtur qnod ineunte hoc capite dictum est. Non delevi quoniam nisi prorsus fallor, exemplum tenemus ab ipso auctore profectum.

comme laltre gambe una parte de le noue. Quella de sopra la mita de la grossa comme la sinistra del .A. Quella de sotto uol esser longa fin ala crociera ouer di fora. Quella de sopra dentro la crociera.

L

Questa lettera .L. se caua del toudo e del suo quadro. La sua grosseza uol esser de le noue parti una del altezza. La sua largheza mezo quadro cum questi toudi soprascripti; la gamba sutile de sotto uol esser per la mita de la grossa comme quella de .E. et del .F.

M

Questa lettera .M. se caua del toudo e del suo quadro; le gambe suttili uogliano esser per mezo de le grosse comme la seuistra del .A., le extreme gambe uogliauo esser alquanto dentro al quadro, le medie fra quelle e le intersecationi de li diametri, lor grosseze grosse e sutili sereferescano a quelle del .A. comme di sopra in figura aperto poi comprendere.

N

Qnesta lettera .N. se caua del suo tondo et etiam quadro. La prima gamba uol esser fora de la intersecatione de li diametri. La trauersa de mezo uol esser grossa de le uoue parti luna presa diametraliter. La terza gamba uol esser fora de la crociera. Prima gamba & Vltima uogliano esser grosse la mita de la gamba grossa cioe duua testa.

O

Questo .O. e perfectissimo.

O

Questa lettera .O. se caua del tondo e del suo qnadro, se diuide in quatro parti cioe in crocè per mezo le quatro linee; el corpo suo uol esser grosso de le noue parti luua, el corpo suo de sopra uol esser per mezo del suo grosso. Le sue pauce una uol peuder iu su laltra in giu, el sutile del corpo uol esser per la terza parte de la sua pancia. E per che di lui souno doi opinioui, pero diuanze te uo posto un altro amio piacere perfectissimo e tn prendi qual te pare e di loro formarai el .Q. comme di sotto iuten-derai a suo luoco.

P

Questa littera uien da la littera .I. saluo nel quadreto superiore, il qual tu ciugi dintorno eol tuo compasso et ingrossi dentro e fuora la X^a. parte; ma fa ehe la puncta di sotto non tocchi la gamba come tu uidj.[1])

(R[2])

La piu difficil parte di questa littera ... la coda perche non ui si troua alchun tracto di compasso perfecto; regilo secondo ehe locchio ti consiglia.

R

La soprascripta littera seguita lordine del .p. in gran parte, e fassi la coda del R in parte per praticha piu che per rasone, siche ti bisogna piu uolte experimentare a farla bene.

Q

La littera sopradicta si regie secondo lordine del .O., ingrossando dentro e di fuora la X^a. parte come tu uedi. Ma el ti bisogna a questa littera agrandire el quadro $\frac{1}{2}$ uerso la parte del S[3]) et oue la croce e firmata, tira el compasso fina a quel altra croce del Q e per quel modo uiene a formare la coda inferiore alaquale anche pratica gli uole quanto rasone.

S

A uoler formar la littera .S. fa duj tondi uno sopra laltro e tiralj con praticha ingrossandolj di sotto e di sopra la X^a. parte e tira la testa di sotto piu fuora che quella di sopra e fala magiore e stara bene.

---

[1]) Quae de littera P aperta praecipit Felicianus, diligentem antiquae litteraturae observationem produnt; litteram P apertam memini videre etiam in antiquissimis saeculi decimi quinti titulis qui Romanam litteraturam sequuntur.

[2]) Haec omnia erasa sunt, ita tamen ut legi non nequeant; punctis significavi vocabulum prorsus evanidum.

[3]) *uerso la parte del .S.* i. e. dextrorsus; Felicianus videtur animo sibi informare seriem litterarum a sinistra ad dextram continuatam.

P

Questa lettera .P. si caua del tondo e del suo quadro. La sua gamba grossa uol esser de le noue parti luna, la forma del tondo uol esser grande comme quella del .B. da basso, e la sua grosseza de la pancia uol esser tanto quanto la gamba grossa e si uol principiar ditta lettera da le crociere del tondo grande cioe da le intersecationi de li diametri & sic erit perfectissima.

Q

Questa letera .Q. comme disopra dissi se caua del .O. terminando sua gamba tre teste de sua altezza sotto el quadrato cioe de le noue parti le tre del suo quadrato ouero diametro del suo tondo commo qui appare proportionata, guidando le pance groese e eue sutili opposite a poncto comme del .O. fo dicto. E la sua gamba uol esser longa noue teste cioe quanto el suo quadrato arectangulo, e la fine uol esser alta la poncta in su un nono de laltezza sequendo la curuita de la penna con la degradatione de la sua grossezza.

R

Questa lettera .R. se caua de la lettera .B., el suo tondo sie de sotto dal centro una meza gamba. Tutta questa lettera uol esser dentro de le croci excepto la gamba storta uol uscir for de le croci fin al fin del quadro. Dicta gamba storta uol esser grossa de le noue parti luna, terminata sutile in ponta nellangulo del quadro amodo de curuelinee ut hic in exemplo patet.

S

Questa lettera .S. se caua de octo tondi & questa sie la sua Ragione ut hic in exemplo apparet; li quali per le sue paralelle trouando lor centri trouerai quelli de sotto esser magiori de li do sopra un terzo del nono del suo quadro. La pancia de mezzo uol esser grossa el nono aponto de lalteza. Le sutili un terzo de la grosseza terminando le teste con sua gratia.

T

La littera .T. si puo apropriarc al .I. saluo chel suo tranerso sopra posto, il quale descende dal (al?) pnncto inferiore e termina one si tagliano le linee + con la circonferentia.

V

Parmi ne pin ne meno esser la littera .V. qual si sia la littera .A., nascendo done la circonferentia si taglia con la .+. salno che questa littera na ressupinata.

X

Considera one le dne linie si creano per lo tagliare de la linia + con la circonferenza et in qnei puncti tira la littera .X.; mai poi ingrossa uno decimo di fuora e dentro e testa la littera, cossi farai del trauerso sntile secondo lexemplo.

Y

Questa littera biforme nascie da la littera .I. et X et ha cieschadnna di queste la mitade et e denominata la littera di Pythagara[1]). Nota che le sne corne di sopra si tausano [*sic*; *l.* cansano] oue si crea le due linie tirate da la + et circonferenza, ne piu ne meno che tu faci del .X., ma ingrossale dentro.

Z

Tira la linia dale due puncte degli angnli del quadro come tu nedj; poi ingrossa la littera a destro et a sinistro la X^a^. parte. E lo trauerso di sotto terminj fino a lextremo del qnadro, e lo trauerso di sopra non passi la linia one si taglia + con tondo e stará bene.

Ç

Qnantunqne di rado si atrouj qnesta littera in nna fignra come tn uedj, pnre confesso io, Felice, negli antiqui epigraphi gia reperti nel diuersorio del nostro Hortodoxio dino Zenone padre et protcctore del suo popnlo

[1]) Locos veterum scriptorum qui ad 'litteram Pythagorae' pertinent, tantum non omnes congestos legi apud Langium (*Vermischte Schriften* p. 154), Hauptius me docuit; qui praeterea conferri iubet quae Jahnius ad Persii sat. III 56 adscripsit.

T

Questa lettera .T. se cana del suo quadro e tondo. La gamba grossa uol esser a poncto comme del .I. fo detto. Quella trauersa nol esser grossa per la mita de la grossa comme quelle so d[i]sopra al .E. & .F. e uol terminare mezza testa per lato da le coste del suo quadro e fia ala uista gratissima.

V

Qnesta lettera .V. se cana del suo qnadro tutto intero. La gamba senistra nol esser grossa el nono del suo qnadro presa diametraliter comme la dextra del .A. e trauersa del .N., la dextra la mita de la grossa pur diametraliter presa comme la senistra del .A. e termina pontito nella basa del quadro in fin del diametro del tondo.

X

Questa lettera .X. nol tutto el suo qnadro incrociando sue gambe nella intersecatione de li diametri. E lnna nol esser grossa la nona parte de laltezza, laltra la mita prese diametraliter, terminando sue gambe com debita gratia secondo la forza de li tondi piccoli.

Y

Qnesta letera .Y. nol tutto el quadro; le gambe dextra e sinistra nogliano esser grosse comme la proportione de qnelle del .V. salno che le terminano a poncto in sn la intersecatione de li diametri, e da inde in gin se tira lor coniunctione ala base del quadrato, grossa el nono del qnadrato; le teste de sopra finescano snli soitondi (*sic*) comme uedi.

Z

(*deest*)

Veronese me ricordo in due marmoree tabule di C. Ganio et L. Novellio et Gania Cornelia hauerla atronata; similiter nellantiquo delubro di sancta Iustina nella citá di Patauio et in sancto Hilario oltre Benaco[1]). La rason et forma de dicta littera non atrouo uelle mesure antique perche nou si costuma.

Ordine a masinare oro et argiento sutile per modo che tu ne scriuj.

Habij il uedio (*sic*, *l.* vedro) pulito e neto et agomalo alqnanto con aqua agomada forte, e tienlo sopra el fogo tanto che alqnanto premendo col deto si senti el stridor. Poi poni nno foglio di oro batnto et forte preme col deto tanto che si asutigli qnanto possi, e cossi sempre ua giongiendo oro e rompendo col deto di mezo de la man destra e qnando alqnanto fusse forte troppo, giongilj sempre nna goza di aqua de goma, poi masinato che sia, lanalo gin [in] una copellina di nietro con aqna pura, poi lo cola con una peza neta de lino doppia e laualo de nouo per qnatro fiade, e suga poi fnora la dita aqua et temperalo con aqua rosa agomata dolze e poi ne scriuj con la penna, e quando le littere serano siche e tu le bruniscie col dente di leone oner lnpo o cane, e staranno bene. El simile si fa delargiento e questo e il modo di me, Feliciano, il quale io soglio usare nel mio scriuere. Ne (uè) trouo il meglio fra tante experientie gia apronate.

A far optimo e bnono uerzino.

Radi el legno epouilo in aceto bianco fortissimo e lassalo amole (a molle) per V. zornj ponendolj in compagnia alquanto delume de roza; e qnando el dicto uerzino e stato per V. o sei zornj, falo bulire tanto che calj $\frac{1}{4}$, poi premilo fuore ueto e getalj dentro cozze marine in polnere e lassalo cossi per uno o dui zornj tanto chel pigli el colore a suo modo et qnanto a te piace, in poi ne scriuj, e non li poner goma.

A fare uerzino per spacio di meza hora.

Batti el chiaro de ono e spongalo molto bene e poi poni el dito chiaro de ono in una coza marina, el ligno raso insieme, tanto chel chiaro sopra

[1]) Tituli hi reperiri nun potuerunt. C. Gavii cuiusdam titulus (V, 3627) Veronae ad S. Proculi olim collocatus et Feliciano notus hanc nutam nun habet. — Nun magis eam habet titulus L. Novellii (V, 3679), qui fuit Veronae ad S. Zenunis, relatus item apud Feliciauum; quamquam quae in eo invenitur littera ⊣ in R⊣ODAN cum illa confundi putuit. — Gaviae Corneliae titulus nullus hodie nutus est. — Patavii ad S. Iustinae extat quidem titulus cum ea de qua agitur nota (V, 2963), sed Felicianus eum non refert. — S. Hilarii vicum 'ultra Benacum' ipsum reperire non potuimus, nedum titulum ibi collocatum.

hnbundi nn poco, e cossi lo lnssa amole (a molle) per spacio de una hora e sern bono et optimo per scriuere, ma el ti conuien scriuer presto, per che passato el spacio de due o tre hore el dicto nerzino si guasta.

A scriner zalo et a colorire.

Poni el zaffarn in fitto uel qnal sia chiaro de ouo batnto e lassalo per hore .4., poi di qnello scriuene e será bello e bono. E se tu uoi lanorar di penello, lauora: poi che e snto, dagli lumbra del uerzino e stara bene.

A scriuer di Verde.

Primn tronn del mese di Marzo osin di Aprille el fior gaznolo e qnelle tre foglie pendente pista molto bene e premi fuora el sugo e ponilj deutro lalnme de rozzn e poi melilj le peze de lino e bambase primn lnuade nella lescinia, e fa che de ln dita lesciuia siano alquanto molle e gietale nel dicto liquore nel qnale fa che stiano per zornj X in XII e sugale poi al uento, e quaudo uorai caunre el colore uerde, habij una coza con un poco de liscinio et chiaro spongato e molto bene premi la dicta peza tauto che ne esca fuora il dicto colore; fusse troppo chinro, strengilo nn poto al sole e poi ne scriuj.

A tingier Carte in colore pauonazo.

Radi prima el bergameno dalun lato e dn lnltro, poi lnualo con aqua chiara insieme con semola e fa che qnando sono bene limpide o nete, siano tra duj extremi, hoc est tra humido et sicco. Et habij preparato il colore di Oricello sfiorado e fricha molto bene il dicto pergameno conla mano soprn spnrgieudo il colore e questo fa tanto assiduo che la carta piglia buona tinta e poi la tira sopra il circulo e radi col cortello il superfluo del colore e lassalln siccare a lombra et e facta.

El simile si fn di quelle che si tiogono in nerzino et nel uerde, facendo el uerzino et il uerde secondo il modo sopra dicto. Et cossi di ogni altro colore.

A scriuer littere nigre in carta nigra.

Tiugie la carta di nigro de ossi di persica combusti tritj ncompagnati con endico, e poi che la dicta carta e sicca, serinilj de inchiostro nigrissimo de sopra, il qual sia facto secondo lordine che seguita e uota stemperare el dicto nigro con colla facta di rasature di pergameno secondo che si usa di fare la dicta cola.

A far perfecto e buono incbiostro nigro.

Vnž ij de galla in poluere
Vnž ij de Vedriolo in polnere
Vnž ij de goma in poluere
Vnž ½[1]) de Vallania (*sic*; *ital.* vallonea) in polnere.

E poni le sopra dicte polnere in una bochala grande de nino bianco uecchio bono et optimo osia di malnasia, e fa cbe sia tanto scemo el dicto nino oner bocchale, che tu possi batter ogni cosa insieme, per modo cbe lo si fazi in uno spinmazo, e cossi battere e rompi(?), forte messedando la dicta bochala cbe per spacio de una bora tu non manchi mai, e tien il collo del boccale obturato con straze e poi lassalo ripossare al sole per un zorno e sera bono e nentagiato per scriuere.

Modo da far Incbiostro Antiqno secondo la ricepta del nostro Plinio Veroncse.[2])

Trida sul porpbido la limatura de ferro con aceto bianco fortissimo, e poni da parte. Trida un poco di caligine con aceto e poni da parte. Trida un poco di zaffran in poluere e ponj da parte. E poi brusa el vedriolo in modo chel toruj rosso quanto un cinaprio, poi tridalo con aceto e ponj da parte. Habij poi una pignata di terra cotta inuedriata. E ponj dentro ogni cosa insieme e fa bolire con aceto e sempre messida con nn ligno, e qnando e calado circa ¼, proua sel ti riescie, e sel colore e troppo chiaro, agiongilj un poco di nitriolo combusto e tanto ua facendo chel tornj a tno modo e poi torna di nono a bulire un pocho e colalo per una peza grossa, e tornalo nella dicta pignata cbe sia ncta sopra el foco e ponilj dentro quella goma che a te pare bastante e lassalo fato al foco non bugliendo, cbe la dicta goma si dissolnj e sempre messida col bastone; poi leualo dal foco e lassalo ripossare e ponj in uno corneto di nietro quando uoi scrinere e messida sempre con lo ligneto e scriui e sera bello lncido e sereno.

A far Buom uerdo oscuro.


Prima[3]) troua del mese di Marzo o sia daprile el fior gaznolo e quelle tre foglie pendente E proi (*sic*) tno di la Ruta zoe di le foglie, pista molto Bene, E premi fnora el snge e poni dentro lalumo di roza. Et come Cie ditto di sopra Et Cetera.

---

[1]) Nota numeri fracti in codice non satis distincte scripta esse videtur.


[2]) Cfr. Plin. XXXV 41—43; sed ibi non leguntur quae cum Feliciano prorsus congruant.

[3]) Quae seqnuntur, ab alia manu scripta sunt; Ramusii autem epigramma a prima manu exaratum est.



mod. 1/3.

Felix Felicianus.



mod. 1 L. Paciolus. mod. 1 A. Dürerus

Pauli Ramusij Arimineosis[1]).
Scribitur antiquis ut pagina qu[a]eque figuris,
Hoc Augustini[2]) nobile pandit opus.
Hunc igitur tacita teneat sub mente libellum
Quisquis Romuleas optat habere notas:
Sic uagus Ausonias poterit transire per urbes
Tutus et ingentes spernere diuitias.

Venetijs MccccLxxxi
XV. Iulij.

Lucae Paciuoli verba qui cum iis quae Felicianus disseruit, confert, facile opinor sibi persuadebit, haec Paciuolo non ignota fuisse. Non dico celebrem geometren nihil de suo proferre; immo proportiones litterarum ad alium modulum atque Felicianus expressit, liberiores litterarum tractus ad geometricas rationes revocare studuit, nonnullarum litterarum etiam formam emendavit. Sed quae de litteris quae sunt A B C D F G H dixit, Feliciani praeceptis tam similia sunt ut nonnunquam verbum verbo respondeat. Eiusmodi consensus casui tribui nequit, sed docet Lucam Paciuolum pro illorum temporum consuetudine ea quae ab alio recte excogitata reppe-risset, sine ulla dubitatione in suum usum convertisse.

Neque aliter statuendum de pictore inter nostrates facile principe, qui si quis alius animam ubique prodidit candidissimam, Alberto Dürero. Is cum in libro quo de circini et regulae usu exposuit[3]), seriem litterarum pulcre delineatarum proponeret, non solum litteras ipsas fere tales delineavit quales apud Paciuolum reperimus, sed etiam eisdem vel simillimis atque hic rationibus geometricis in litteris conformandis usus est. Ne haec quidem res iam verbosa disputatione indigere videtur postquam in tabula III Paciuoli et Düreri litterarum idoneum specimen proponere licuit; ex quo Paciuoli librum Dürero notum fuisse satis opinor clare apparet. Pictorem Norimbergensem aliis Italorum libris mathematicis usum esse certo scimus; sane adservatur hodieque in bibliotheca Guelferbytana exemplum elementorum Euclidis Venetiis a. 1505 latine editorum quod Dürerus a. 1507 Venetiis se emisse sua manu primo folio inscripsit. Quod si Paciuoli opus ipse secum Venetiis domum reportasse statui non potest, quoniam post eius discessum typis descriptum et editum est, nihil obstat quominus librum apud Italos celebrem alia via Norimbergam allatum esse putemus.

Berolini. R. Schöne.

---

[1]) De Paulo Rannusio sive Ramusio iuriscousulto vd. Tiraboschi *Storia della lett. Ital.* VII 1 p. 239 ed. Rom.

[2]) Augustinum quemnam dicat non assequor.

[3]) '*Underweysung der Messung mit dem Zirckel und Richtscheyt*'. Adhibui editionem anni 1525. De his Düreri studiis cfr. A. von Zahn *Dürer's Kunstlehre* p. 97.

OBSERVATIONES EPIGRAPHICAE.

XIII. DE TITVLO REGINAE PYTHODORIDIS SMYRNAEO.

Zenonis rhetoris Phrygii Laodiceni, qui patriam urbem fortiter defendit adversus Parthos et Labienum, cum posteri sedem regiam in Cilicia Ponto Bosporo Armenia occuparint, pertinet ad rerum eius temporis cognitionem plena et accurata eius familiae notitia. Eam adhuc imperfectam et parum certam nova luce illustravit titulus repertus m. Dec. a. 1868 Smyrnae in fundamentis moenium urbis antiquae, quem adservatum ibi apud Gonzenbachium edidit primus Richardus Bergmann (*Bullett. dell' instituto* a. 1871 p. 79), deinde pro inedito Gelzerus (in musei Rhenani vol. XXVII a. 1872 p. 463) sic:

Ο ΔΗΜΟΣ
ΖΗΝΩΝΑ ΒΑΣΙΛΛΙΣΣΗΣ *sic*
ΠΥΘΟΔΩΡΙΔΟΣ ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΟΣ
ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΟΛΕΜΩΝΟΣ
ΥΙΟΝ ΘΥΓΑΤΡΙΔΗ ΔΕ ΤΗΣ ΕΥ
ΕΡΓΕΤΙΔΟΣ ΑΝΤΩΝΙΑΣ
ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ

Zeno is, quem Smyrnaei honorant, commemoratur apud Tacitum ann. 2, 56 ad a. p. C. 18: *regem illa tempestate non habebant* (Armenii) *amoto Vonone: sed favor nationis inclinabat in Zenonem Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia instituta et cultum Armeniorum aemulatus venatu epulis et quae alia barbari celebrant proceres plebemque iuxta devinxerat. igitur Germanicus in urbe Artaxata approbantibus nobilibus circumfusa multitudine insigne regium capiti eius imposuit: ceteri venerantes regem Artaxiam consalutavere.* Obiisse regem Artaxiam a. p. Chr. 35 idem scribit ann. 6, 31. Item Strabo c. XII, 3, 29 p. 555: τοὺς δὲ Τιβαρηνούς, inquit, καὶ Χαλδαίους μέχρι Κολχίδος καὶ Φαρνακίας καὶ Τραπεζοῦντος ἔχει Πυθοδωρίς, γυνὴ σώφρων καὶ δυνατὴ προΐστασθαι πραγμάτων: ἔστι δὲ θυγάτηρ Πυθοδώρου τοῦ Τραλλιανοῦ, γυνὴ δ' ἐγένετο Πολέμωνος καὶ συνεβασίλευσεν ἐκείνῳ χρόνον τινά, εἶτα διεδέξατο τὴν ἀρχὴν τελευτήσαντος ἐν τοῖς 'Ασπουργιανοῖς καλουμένοις τῶν περὶ τὴν Σιν-

δικὴν βαρβάρων. δυεῖν δ' ἐκ τοῦ Πολέμωνος *ὄντων υἱῶν καὶ θυγατρὸς ἡ μὲν ἐδόθη* Κότυϊ *τῷ* Σαπαίῳ, *δολοφονηθέντος δὲ* (ante a. p. Chr. 19 Tac. ann. 2, 65. 66) *ἐχήρευσε παῖδας ἔχουσα ἐξ αὐτοῦ· δυναστεύει δ' ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν. τῶν δὲ τῆς* Πυθοδωρίδος *υἱῶν ὁ μὲν ἰδιώτης συνδιῴκει τῇ μητρὶ τὴν ἀρχήν, ὁ δὲ νεωστὶ καθίσταται τῆς μεγάλης* Ἀρμενίας *βασιλεύς· αὐτὴ δὲ συνῴκησεν* Ἀρχελάῳ *καὶ συνέμεινεν ἐκείνῳ μέχρι τέλους* (tangit Archelai regis Cappadociae evocationem in nrbem a. p. Chr. 14 mortemqne a. p. Chr. 17; cf. Tac. ann. 2, 42 et Cliuton fast. Hell. 3 p. 438), *νῦν δὲ χηρεύει, τά τε λεχθέντα ἔχουσα χωρία καὶ ἄλλα ἐκείνων χαριέστερα, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐροῦμεν.* Quae cnm egregie conveniant cnm titulo Smyrnaeo, nunc demnm addiscimns Pythodoridem natam esse ex Autonia et ab hac ipsa Antonia generis splendorem potissimnm proficisci. Aliter enim explicari nequit, quod et Antonia illa appellatur *εὐεργέτις* agnomine regio et filia *φιλομήτωρ* (quod agnomen item gerit in titnlo Attico edito post alios a Bergmanno *Bullett.* l. c. p. 82 hoc: *ὁ δῆμ[ος] βασίλισσαν* Πυθοδωρίδα *φιλομήτορα*) et nepos *θυγατριδοῦς* Antoniae praeteritis avis dnobus aviaque paterna. Denique quod in parentibus Zenonis enumerandis mater regina patrem regem praecedit, eo significatur opinor regnum Ponti ita coniuges simnl tenuisse, ut ad Pythodoridem potius spectaret qnam ad Polemonem. Equidem certe aliam eins collocationis rationem idoneam nullam perspicio; nam quamqnam fieri potest, ut quo tempore statua Zenoni dedicata est, Polemone mortno Pythodoris sola regnarit, propter eam causam, qnod pater mortuus erat, mater autem in vivis, pater matri postponi non debuit. Contra generis splendor et ipsum quodammodo regnnm si proficiscebatnr ab Antonia Pythodoridis matre, et hoc intellegitur, cur marito defuncto non filius ei successerit, sed uxor etiam antea suo iure regnans postea sola regnarit, et marito cur praeponatur. Quam ob rem haec Antonia quaenam esse potuerit, videamns.

Aetatem Antoniae quodammodo defininnt quae de filia Pytbodoride einsque progenie tradita habemus. Filinm Pythodoridis natu minorem Zenonem snpra vidimus a. p. Chr. 18 florentem iuvenem in venationibus epulisqne versari, filiam nuptam Cotyi regi Thraciae circa idem tempus interfecto habentemque liberos a. p. Chr. 19 nondnm adultos, ut tntor eorum loco regnum interim tractaret (Tacitns ann. 2, 67). Quapropter cum filii Polemonis et Pythodoridis ante annum certe 750 nati sint et numero tres fuerint, ipsius Pythodoridis natales ante annum certe 727 reiciuntur, immo probabile est ad annum c. 720 eos adscendere. Ita qno tempore Strabo scripsit quinquagesimum fere annum agebat vitamqne protrahere potuit ad a. n. c. 791 = p. Chr. 38, qno Polemo ultimns rex Ponti regnare coepit[1]). — Quod si Wad-

---

[1]) Quamquam postquam Waddingtonius docuit hunc in nummis anni sui tertii vultum gerere pueri annorum fere qnindecim itaque pro filio Pythodoridis haberi non posse, fortasse inter eum ultimumque Polemonem interponendus est Polemo Pythodoridis filius maior is, quem aliquamdiu cum matre regnum administrasse Strabo scribit. At cum Strabo significet eum matre viva regnum cum ea administrare desiisse, magis cre-

dingtonius[1]) Polemonis patris Zenonis mortem recte ad annum rettulit u. c. 746, aetatis determinatio illa etiam magis confirmatur. Pendet quaestio ea ab interpretatione monogrammatis quod cernitur in aureis regni Bosporani cusis ab a. 746 ad a. 761 compositi ex elementis ᴍ et ᴧ et fortasse ʏ; quo monogrammate ego adsentiente fere Salleto[2]) conieci significari *Δύναμιν* et *Μιθραδάτην*, sub hoc autem nomine latere Polemonem: contra Waddingtonius eam explicationem admitti posse negans contendit monogrammate eo excludi Polemonem. Iam re denuo perpensa mihi quoque videtur verum vidisse doctus Francogallus, maxime propterea quod Dynamis prior Polemonis uxor ante mortua sit necesse est quam ei nupsit Pythodoris, neque satis apparet, qui defunctae nomen in nummis durare potuerit. E contrario cum satis constet Dynamin Mithridatis Eupatoris neptem a Polemone in matrimonium ductam esse a. 740 dotem ei afferentem ipsum regnum Bospori, Polemonis cum Pythodoride matrimonium circumscribitur annis c. 742—746, ut illo fere anno eam duxisse videatur, hoc diem obiisse. — Antonia igitur mater Pythodoridis cum in matrimonio fuerit c. a. 720, natales eius ad a. minimum 705 reiciuntur, ut post hunc annum poni omnino non possint, recte possint decennio et amplius anticipari. Femina autem eius nominis eo tempore nata, quae postea in Oriente ad regiam quodammodo condicionem pervenerit, vix alium patrem habere potuit atque M. Antonium IIIvirum.

Iam igitur videndum est de filiabus M. Antonii triumviri, num sit inter eas, quae Pythodoro nubere potuerit. Antonius natus c. a. u. c. 671 uxores duxit quattuor Fadiam Antoniam Fulviam Octaviam, denique uxoris loco habuit Cleopatram reginam Aegypti. Liberos ex Fadia sublatos infantes amisit omnes ante a. 710[3]). Ex reliquis uxoribus praeter quattuor filios, de quibus non est quod agamus, filias habuit item quattuor, scilicet eam, quae desponsa est Lepido triumviri filio a. 710, deinde duas ex Octavia, quae postea nupserunt Ahenobarbo et Druso, denique quartam ex Cleopatra postea uxorem Iubae regis Mauretaniae. Ex his tres postremas temporum rationes excludunt, nam cum Antoniam eam, quam quaerimus, modo viderimus natam esse non post annum 705, non potest ea fuisse Antonia Ahenobarbi nata a. 715 et multo minus sorores eius minores natae altera Antonia Drusi a. 718, altera Cleopatra a. 719. Praeterea harum omnium vita satis patet, nec credibile est, si qua earum Pythodoro nupsisset, auctores quos habemus omnes id praeterituros fuisse. Quid quod Antonia maior Ahenobarbo infans etiamtum c. a. 717 desponsa post obitum patris demum eidem nupsit nec brevi tempore in eo matrimonio permansit, cum filius ex eo natus

---

diderim eum propter aliquam causam, morbum fortasse, ab administratione remotum matre viva obiisse et ita Pythodoridi pro filio nepotem successisse. Nec satis id refutatur eo quod Dio (59, 12) scribit a. 38 Gaium dedisse Πολέμωνι τῷ τοῦ Πολέμωνος υἱεῖ τὴν πατρῴαν ἀρχήν, nam paternum regnum facile ponere potuit pro avito.

1) *mélanges de numism.* ser. 2 p. 115.

2) *Beitr. zur Gesch. der Könige des Bosporus* p. 63 seq.

3) Cicero Philipp. 2, 2, 3. 13, 10, 23; ad Att. 16, 11.

Abenobarbus consul factus a. p. Chr. 32 procreatus esse videatur c. a. 750. Sed in his non morabimur, nec fortasse ea tetigissem, nisi Gelzerus parum considerate titulum Smyrnaeum rettulisset ad Antoniam Drusi.

Superest filia natu maxima, de qua quae traduntur haec sunt. Pater post necem Caesaris a. 710 eam despondit M. Aemilio Lepido triumviri filio[1]); deinde c. a. 717 curam egit aut certe agere se simulavit, ut nuptiae eae perficerentur, antequam ipse proficisceretur ad bellum Parthicum.[2]) Unde cum appareat eam puellam a. 710 viripotentem nondum fuisse, a. 717 nubilem, sequitur eam natam esse fere inter a. 700 et 705, videlicet ex Antonia, nam ex Fadia liberi obierunt infantes, Fulviam autem Antonius duxit c. a. 707 vel 708 dimissa paullo ante Antonia.[3]) Matrimonium cum Lepido filio perfectum esse vulgo statuunt, auctore nullo et parum probabiliter; nam post Tarentinum foedus stabilita denuo concordia inter Caesarem et Antonium credibile non est hunc perfecta eiusmodi affinitate suspicioni rursus occasionem dedisse, nec, si dedisset, scriptores id tacuissent. Denique Lepidus filius, quo tempore propter coniurationem adversus Caesarem interfectus est a. 724, uxorem habuit non Antoniam, sed Serviliam[4]). Deinceps Antonia haec apud auctores non commemoratur. Diem eam obiisse ante patrem († 724) inde efficiunt viri docti, quod Antonius post se reliquisse dicitur ex tribus uxoribus septem liberos,[5]) scilicet binos ex Fulvia et Octavia, tres ex Cleopatra, praeterita hac natu maxima filia ex Antonia nata. Confirmat eam opinationem, quod duae filiae ex Octavia vulgo dicuntur Antoniae maior et minor, quibus nominibus recte appellari non potuerunt, si tertiam legitimam sororem habuissent vivam; nam Cleopatrae, utpote natae aut ex adulterio aut certe ex matrimonio non iuris Romani, in nomen paternum ius non fuit.

Vidimus supra Antoniam Zenonidum stirpis tamquam conditricem nupsisse Pythodoro c. a. 720; modo vidimus Antonium triumvirum filiam habuisse nubilem c. a. 718, de qua quid factum sit, auctores non tradiderunt. Nonne probabile est eam ipsam fuisse? Ἀεί τινες, Strabo ait 14, 1, 42

---

[1]) Dio 44, 53: τὴν θυγατέρα τῷ υἱεῖ αὐτοῦ (Lepidi) συνῴκισε, unde postea Antonium et Lepidum συγγενεῖς appellat (46, 38. 52). Sed recte observat Perizonius animadv. histor. c. 3 (p. 134 ed. Amstel. 1685): 'aut leviter erravit Dio aut ita intellegendus est, ut eam tunc solummodo despoderit Antonius, non vero nuptiis statim factis sponso collocatam tradiderit'. Nam nec propter temporum rationes probabile est Antonium amissis ex primo matrimonio liberis eo tempore filiam nubilem habuisse, et obstat, ut videbimus, Appianus.

[2]) Appianus b. c. 5, 93: ὁ δὲ (Caesar) τὸν Ἀντώνιον ἔφη καὶ Καλλίαν ἀπελεύθερον ἐς Λέπιδον ἐκπέμψαι συντιθέμενον τῷ Λεπίδῳ κατὰ Καίσαρος· ἡ δὲ (Octavia) συνειδέναι Καλλίαν περὶ γάμων ἀπεσταλμένον· βουληθῆναι γὰρ Ἀντώνιον πρὸ τῶν Παρθικῶν ἐκδεδόσθαι τὴν θυγατέρα τῷ παιδὶ Λεπίδου, καθάπερ ὡμολόγητο.

[3]) Plutarch. Anton. 9. Recte de his exposuit Drumannus 1, 518.

[4]) Vell. 2, 88.

[5]) Plutarch. Ant. 87.

p. 649, ἐξ αὐτῆς (Trallibus) εἰσιν οἱ πρωτεύοντες κατὰ τὴν ἐπαρχίαν, οὓς Ἀσιάρχας καλοῦσιν· ὧν Πυθόδωρός τε ἦν ἀνὴρ Νυσαεὺς τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἐκεῖσε δὲ μεταβεβηκὼς διὰ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ ἐν τῇ πρὸς Πομπήιον φιλίᾳ διαπρέπων μετ' ὀλίγων. περιεβέβλητο δὲ καὶ οὐσίαν βασιλικὴν πλειόνων ἢ δισχιλίων ταλάντων, ἣν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ Θεοῦ πραθεῖσαν διὰ τὴν πρὸς Πομπήιον φιλίαν ἐξωνησάμενος οὐχ ἧττω τοῖς παισὶ κατέλιπε· τούτου δ' ἐστὶ θυγάτηρ Πυθοδωρὶς ἡ νῦν βασιλεύουσα ἐν τῷ Πόντῳ. Sane quamquam eiusmodi matrimonium a consuetudine nobilium Romanorum abhorret, ab Antonio apud Graecos Graecis moribus et imperium administrante et domum minime alienum est, neque improbabile Cleopatram non invitam homini gratiosissimo et ditissimo, sed peregrino privignam legitime natam ducendam dedisse.

Polemonis posterorumque eius res ita fere videntur posse constitui. M. Antonius quo tempore res Asiae ordinavit, motus, ut videtur, virtute Zenonis rhetoris Laodiceni, qua a patria urbe a. 714 Parthos reppulerat (Strab. 14, 2, 25 p. 660), a. 715 filio eius Polemoni regi appellato partem Ciliciae tribuit, scilicet Lycaoniam cum urbe Iconio.[1]) Deinde a. 718 idem tamquam rex Ponti interfuit bello Antonii Parthico[2]); quod regnum cum a. 715 Antonius attribuisset Dario Pharnacis filio, ad Polemonem translatum esse videtur propter res ab ipso fortiter gestas ducibus Ventidio et Sossio. Similiter propter auxilium ipsi Antonio in bello illo praestitum pacemque cum Medis conciliatam a. 721 Armeniam minorem accepit.[3]) Copiae ab eo missae ad Actium quoque pugnaverunt.[4]) Devicto Antonio Ponti regnum eum nihilo minus retinuisse inde colligitur, quod annales scribunt a. 728 Polemonem Ponti regem inter socios et amicos populi Romani relatum esse.[5]) Postea a. 740 iussu Agrippae cum Bosporanos armis domuisset, praemii loco ducta Pharnacis filia Dynami rex eorum constitutus est ab Augusto[6]). Uxore paullo post defuncta secundas nuptias contraxit cum Pythodoride Antonii triumviri ex filia nepte c. a. 742 ita, ut uxor cum eo et simul et adeo priore loco in Ponto regnaret, item sine dubio liberis ex eo matri-

[1]) Appian. b. c. 5, 75: ἵστη δέ πη καὶ βασιλέας οὓς δοκιμάσειεν ἐπὶ φόροις ἄρα τεταγμένοις. Πόντου μὲν Δαρεῖον τὸν Φαρνάκους τοῦ Μιθραδάτου . . . . . καὶ Πολέμωνα μέρους Κιλικίας. Strab. 12, 6, 1 p. 568: Ἰκόνιον . . . τοῦτο δ' εἶχε Πολέμων, ubi recte observavit Salletus p. 57 alium Polemonem intellegi non posse quam Zenonis filium identidem in eodem libro a Strabone memoratum. Eundem regem appellatum esse ab Antonio primum, deinde ab Augusto idem scribit 12, 8, 16 p. 578. Errant autem, si quid video, qui hoc Lycaoniae regnum Polemonis cum dynastia Olbensi confundunt, quam teste Strabone satis constat ea aetate ad Zenonides non spectavisse.

[2]) Dio 49, 25. Plutarch. Ant. 38.

[3]) Dio 49, 33. 44.

[4]) Plutarch. Ant. 61.

[5]) Dio 53, 25.

[6]) Dio 54, 24. Quo pertinet quod ait Strabo 12, 8, 16 p. 578: Πολέμων . . . βασιλείας ἠξιώθη διὰ τὰς ἀνδραγαθίας ὑπ' Ἀντωνίου μὲν πρότερον, ὑπὸ Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ μετὰ ταῦτα.

monio nascituris successio regni eius daretur. Obtinuit id puella omnino propter matrem quamquam dudum antea defunctam gratia domus Antoniae, quam eo ipso tempore multum potuisse apud Augustum constat. Ita Iulius Antonius triumviri filius donec ob coniurationem periit a. 752, primum locum apud eum tenuit post privignos uxoremque ducere potuit post a. 733 sororis Augusti filiam Marcellam[1]); Antonia minor soror eius nupsit c. a. 738 Druso Augusti privigno et quodammodo filio; Cleopatra adeo reginae Aegypti Augusto infensae filia adulterina Iubae Numidiae regis filio in matrimonium data et ipsa regium honorem adepta est. Horum non ignarus intelleget, cur alius sororis dudum defunctae filia Asiana ad regium locum et ipsa pervenerit et posteri cur celebrarint matrem eius Antoniam τὴν εὐεργέτιδα.

Superest, ut pauca adiciamus de posteris Pythodoridis et Polemonis, maxime de iis, qui Marci Antonii dicuntur. Ea nomina adhuc credidimus proficisci a civitate Polemoni tributa a M. Antonio triumviro, pariter atque Bosporani reges inde a Tiberio appellantur Ti. Iulii. At eiusmodi denominatio num ante stabilitum Romae imperium regi extero non infimi ordinis satis conveniat, dubitari potest; hodie vero postquam apparuit Polemonis liberos ex Pythodoride natos descendere ex Antonia, nemo opinor negabit nomina illa non a civitate proficisci, sed a stirpis principe τῇ εὐεργέτιδι Ἀντωνίᾳ. Id si ita est, Zenonides ii qui dicuntur M. Antonii non possunt quaeri nisi inter posteros Pythodoridis. Sane Polemo Pythodoridis maritus ubicumque memoratur et apud auctores et in nummis titulisque, aliud nomen non adsumit nisi in nummis suis Εὐσεβοῦς. Etiam liberi eius in documentis certis nomine Romano abstinent; denique ultimus rex Ponti Polemo, quem Pythodoridis nepotem potius quam filium fuisse Waddingtonius docuit, in nummis hoc solum nomen posuit. M. Antonii vel certe Antonii in hac familia qui dicuntur tres sunt, primus cuius extant nummi sic inscripti: M. Ἀντωνίου Πολέμωνος ἀρχιερέως δυνάστου Ὀλβέων τῆς ἱερᾶς καὶ Κεννατῶν καὶ Λαλασσέων ἔ(τους) ι' vel ια', qui quo tempore vixerit, ipsi non aperiunt[2]); deinde is qui nominatur in nummis oppidi Laodiceae, in quibus ab una parte legitur δῆμος Λαοδικέων καὶ Ζμυρναίων, ab altera ἐπὶ ἱε(ρέως) [M.] Ἀντωνίου Πο(λέμωνος) υἱοῦ Ζήνωνος τὸ δ', similibusque,[3]) quos probabile est cusos esse imperantibus Claudio et Nerone; tertius sophista Antonius Po-

---

[1]) Plutarch. Anton. 87.

[2]) Waddington l. c. p. 121 eos refert ad a. 724. 725; sed praeter id quod supra observavimus ea aetate nullum adhuc esse potuisse M. Antonium Polemonem, eiusmodi temporis determinatio difficulter conciliatur cum iis, quae de Olbensium dynastia Strabo scribit.

[3]) Waddington l. c. p. 131, qui eidem homini attribuit nummos alios Laodicenos tres, in quibus nomen sic effertur: ἐπὶ ἱε. Ζήνωνος Πο. υἱ. τὸ δ' et Πολέμωνος υἱοῦ Ζήνωνος. Horum duo nomina habent Claudii et Neronis, duos reliquos litterarum forma et artis proprietate Neronianum tempus referre Waddingtonius scribit.

lemo aetate Hadriani clarus.[1]) Iam cum Claudius imperator a. 41 Polemoni pro regno Bosporano ablato partem Ciliciae dederit[2]), Nero autem a. 63 Pontum in provinciae formam redegerit, credibile est nummos illos M. Antonii nomina iuscripta habentes flatos esse per tempora Claudiana et posteriora, Zenonides autem amissis regnis rediisse ad statum primum dynastarum Olbae, quem principatum acceptum a Claudio etiam amisso Ponto aliquamdiu videntur retinuisse, deinde principalium civium Laodiceae.

XIV. COROLLARIA DE CLEOPATRA IVBAE DOMOQVE ARCHELAI REGIS CAPPADOCIAE.

De Cleopatra Antoniae filia quae supra dixi cum in dubium vocari posse intellegam, praeterea comparatio condicionis eius et Pythodoridis ad rem facere videatur, de ipsa pauca verba adiungam. Liberos Antonius ex Cleopatra Aegypti regina suscepit non per annos 712/14, quo eum ea fuit primum in Cilicia, deinde Alexandriae, sed postquam eam a. 717 exeunte aut a. demum 718 in Syriam ad se vocavit. Id satis aperte Plutarchus indicat (Ant. 36) requiritque rerum ordo; neque enim liberi illi nati sunt quo tempore Antonius Fulviae maritus erat, sed quo tempora maritus erat Octaviae. Non recte igitur inde, quod Dio 49, 32 ad a. 718 trium Antonii et Cleopatrae liberorum mentionem facit, gemellorum duorum natu maiorum Alexandri et Cleopatrae tertiique Ptolemaei, Drumannus (hist. 1, 28) collegit hunc eo ipso anno natum esse; immo Dio paullo liberius exspatiatus de Antonii et Cleopatrae liberis in universum exponit. Cleopatra igitur nata est aut a. 718 extremo aut probabilius anno sequente. — Quo tempore Iubae nupserit, aliquatenus produnt nummi utriusque capite insignes adscripta habentes ad viri caput verba *rex Iuba regis Iubai f. r(egni) a(nno) VI* (L. Mueller *num. de l'Afrique* 3, 108). Regnum Mauretaniae cum Iuba obtinuisse videatur a. u. c. 729 (L. Mueller l. c. p. 114), nupsit ei Cleopatra non post a. 734, quo ea annum agebat quintum decimum. Nummi extant tam argentei quam aenei alii eius solius nomine inscripti, scilicet Κλεοπάτρα βασίλισσα, et signati capite eius regio diademate ornato, alii iique plures nomina *rex Iuba* et βασίλισσα Κλεοπάτρα eorumque capita ita coniungentes, ut aperte coniuges sibi aequiparentur. *On pourrait demander,* Muellerus ait p. 116, *si les monnaies qui présentent le nom et la tête de Cléopatre, au moins celles où ne se trouvent pas le nom et la tête de Iuba, n'ont pas été frappées en vertu d'une autorité souveraine ou d'un droit monétaire accordés particulièrement à cette reine,* et licet ipse id ius neget magis

---

[1]) Philostratus vit. soph. 1, 25, 3: Ἀντώνιος Πολέμων. Titulus Smyrnaeus C. I. Gr. 3148.

[2]) Dio 60, 8.

quam affirmet, mihi contraria sententia magis placet. Scilicet cum in imperiis sui iuris is honor semper pependerit a dominantium arbitrio eumque et reges Aegypti et imperatores Romani et alii passim cum suis pro lubitu communicarint, reges imperio Romano subditi iure constituto certisque legibus dictis cum ita ius nummorum feriendorum retinerent, ut imperatores iis concesserant, libero nominis alius quam sui nummis inferendi arbitrio videntur caruisse. Certe praeter has de quibus agimus mulieres duae solae in nummis regnorum imperio Romano subditorum comparent, Gepaepyris regina uxor Mithridatis III regis Bospori ab a. 42 ad a. 49, quae et sola in iis invenitur et cum marito, et Tryphaena regina uxor Polemonis II regis Ponti, quae non invenitur nisi cum marito; et ut harum iura facile ad privilegia revocari poterunt, ita summa eiusmodi nummorum paucitas vix recte casui tribuetur. — Quod si Cleopatrae hoc concessum est, ut suo iure regnaret, fieri potest, cum annales scribant Iubam ab Augusto et partem regni paterni, id est Numidiae, accepisse et praeterea regnum Mauretaniae (Strab. 17, 3, 7 p. 828; Dio 53, 26), ut illud ipse habuerit, hoc uxoris nomine; sed potest etiam utrique coniugi totum regnum communi nomine datum esse.

Cleopatram ante maritum obiisse inde constat, quod auctore Iosepho (ant. Iud. 17, 13, 4; bell. Iud. 2, 7, 4) Glaphyra filia Archelai regis Cappadociae defuncto primo marito Alexandro Herodis filio nupsit Iubae regi Mauretaniae (Ἰόβᾳ τῶν Λιβύων βασιλεῖ). Interemit autem Alexandrum pater Herodes brevi tempore ante quam ipse mortuus est a. u. c. 750; post a. 750 igitur Glaphyra secundo matrimonio vacabat. Quocum convenit, quod nummi qui ad posteriores Iubae annos pertinent Cleopatrae nomen non ponunt. Scilicet nummos eius annum regni enuntiantes cum non habeamus nisi anni VI et ab anno XXXI ad XLVIII, illum anni sexti, id est a. u. c. 734, utriusque coniugis nomen habere modo vidimus, in reliquis cusis anno regni XXXI, u. c. 759 et deinceps solus Iuba nominatur, erravitque omnino Muellerus, cum p. 108 Iosephi testimonio neglecto caput muliebre in uno eorum anni XXXI propositum nomine nullo adscripto ad Cleopatram rettulit[1]). — Glaphyrae tribuendus est titulus Athenis in arce repertus adhuc ineditus, quem ex collectaneis Koehlerianis mecum communicavit Dittenberger:

/I//ΟΥΛΗΚΑΙ/
ΑΣΙΛΙΣΣΑΝ/
Α/Σ/ΛΛΟΥΘΥΓ/
ΓΥΝΑΙΚ/

sic opinor restituendus:

1) Alfredus Sallet ad me scripsit caput hoc longe recedere ab imagine Cleopatrae, qualem exhibeant nummi certi, sibique adeo virile magis videri simile capiti Ptolemaei eo quod cernitur in denario n. 105 Iubae et Ptolemaei.

ἡ [β]ουλὴ καὶ [ὁ δῆμος]
[β]ασίλισσαν [Γλαφύραν]
'Α[ρ]χ[ε]λάου θυγ[ατέρα 'Ιόβα]
γυναῖκ[α ἀρετῆς ἕνεκα]

Simul videutur dedicati esse tituli duo alii, alter patris editus 'Εφ. ἀρχ. 1024, a Koehlero sic descriptus:

∪ ι ɴ ɪɪ Η Ε Ξ
ΧΕΛΑΟΝΦΙΛΟ
ΞΝΕΚΑΤΗΣΕΙΣ

quem explent nummi apud Eckhelium 3, 201 et Mionnetum 4, 453. 7, 722 inscripti sic: ΒΑΣΙΛΕΩC ΑΡΧΕΛΑΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΟC ΤΟΥ ΚΤΙCΤΟΥ, alter fratris editus apud Rangabium n. 48 et 'Εφ. ἀρχ. 94, sic exceptus ab eodem Koehlero:

ΟΔΗΜΟΣ
ΒΑΣΙΛΕΩΣΑΡΧΕ
ΛΑΟΥΥΙΟΝ
ΑΡΧΕΛΑΟΝ

Nam rex Archelaus non potest esse nisi ultimus rex Cappadociae; filius autem coguominis sine dubio is est, qui avito Cappadociae regno in provinciae formam redacto Ciliciae aliquam partem retiuuit, memoratus Tacito ad a. p. C. 36[1]). Quod addit Iosephus Glaphyram defuncto Iuba (μεταστάντος τοῦ Λιβύος) ad patrem in Cappadociam reversam tertium nupsisse Archelao Herodis filio, fratri primi mariti, in eo errorem inesse multi observaverunt (vide e. c. Carolum Muellerum fragm. hist. Graec. 3, 466), nam Glaphyram idem Iosephus scribit diem obiisse a. p. C. 7, Iubam nummi comprobant vitam protraxisse ad a. p. C. 23.

XV. S. C. DE THISBAEIS A. V. C. DLXXXIV.

Vicus est in Boeotia hodie dictus Kakosi, antiqnis autem temporibus Thisbae, prope quem in vinea quadam ante aunos circiter decem tabula marmorea reperta est descripta primum a Blondelio, denuo a Foucarto egregio inscriptionum Lebasianarum Graeciae propriae editore et continuatore. Is cum bis ipsum lapidem accurate examiuarit et exemplum ad ectypum identidem recoguorit, titulus ita integer, ut non desint nisi pauca elemeuta lapide hic illic exeso vel effracto, sed lectu non facilis recte et plene excep-

[1]) ann. 6, 41: *Clitarum natio Cappadoci Archelao subiecta*, ad quem locum probabiliter coniecit Nipperdeius eum Archelaum natum esse ex Archelao ultimo rege Cappadociae. Cl. 2, 78. 80.

tus est. Edidit eum uuper idem in commentariolo *senatusconsulte inédit de l'année 170 avant notre ère* et inserto voluminii septimo ordinis secundi syllogae quae dicitur *archives des missions scientifiques et littéraires* et praeterea seorsum quoque publicato (Parisiis 1872 pp. 63). Documeutum inter pauca uobile et paene primarium cum editoris benificio aliquanto ante coguovissem quam publice prodiit, meutiouem eius feci in huius ephemeridis fasciculo proxime praecedente p. 223, ubi dixi antiquissimum id esse omuium quae consulem appelleut nomine quod postea invaluit *ὑπάτου*. Iam cum communis iuris factum sit, placuit totum ephemeridis lectoribus proponere eaque adicere quae iu promptu habeo ad explicandum id et illustrandum. Nam Foucartus quidem et diligenter et perite id iuterpretatus est et pleraque recte explanavit; sed de meo quoque quaedam addere mihi posse videor observatu non iudigua, ut meis alii addent quae me fugerunt. Verba senatus consulti ut tradita accepimus, ita repraeseutantur in tabula adiecta; subieci exemplum restitutum et versionem meam Latiuam. Supplemeuta iu illo admissa ubi taceo Foucarti suut.

1 Κόιντος Μαίνιος Τίτου υἱὸς στρατηγὸς 2 τῇ συνκλή|τῳ συνεβουλεύσατο ἐν 3 κομετίῳ πρὸ ἡμερ||[ῶ]ν ἑπτὰ εἰδυῶν Ὀκτωμβρίων.	Q. Maenius T. f. praetor senatum consuluit in comitio a. d. VII idus Octobres.
4 Γραφομένῳ | παρῆσαν Μάνιος Ἀκίλιος 5 Μανίου υἱὸς Ὀλτε[ινί]||α, Τίτος Νομίσιος Τίτου υἱός.	Scribendo adfuerunt M'. Acilius M'. f. Voltinia, T. Namisius T. f.
6 Περὶ ὧν Θισβ|εῖς λόγους ἐποιήσαντο 7 περὶ τῶν καθ' αὑ|τοὺς πραγμάτων, 8 οἵτινες ἐν τῇ φιλίᾳ τῇ | ἡμετέρᾳ ἐνέμειναν, ὅπως αὐτοὶ [διόρ]θωσ[ιν¹) 9 | ε]ἰς τὰ καθ' αὑτοὺς πράγματα ε[ἰσ]- 10 ηγήσωνται· περὶ τού||του τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν:	Quod Thisbaei verba feceruut de rebus ad se pertineutibus qui quidem in amicitia uostra permanseruut, ut ipsi rerum ad se pertineutium correctiouem praeciperent, de ea re ita ceusuerunt:
11 ὅπως Κόιντος | Μαίνιος στρατηγὸς τῶν 12 ἐκ τῆς συνκλήτου [ἄνδρας | π]έντε ἀποτάξῃ, οἱ ἂν αὐτῷ ἐκ τῶν δημοσίων 13 πρα|[γ]μάτων καὶ τῆς ἰδίας πίστεως φαίνωνται.	ut Q. Maenius praetor senatorii ordinis viros quinque delegaret, qui sibi e re publica fideque sua esse videreutur.
Ἔδοξε.	Ceusueruut.

¹) Ait Foucartus p. 30 primam vocabuli litteram aut Δ fuisse aut Σ, ante ΘΩΣ videri sibi videre litteram Β, sed dubiam. Mihi non dubium est recte eum vocabulum explevisse.

14 |[τῇ[1])] προτέρᾳ εἰδυῶν Ὀκτωμβρίων.

[Q. Maenius T. f. praetor senatum consuluit in comitio] pridie idus Octobres.

15 Γραφομένῳ παρῆ||σαν Πόπλιος Μούκιος
16 Κοίντου υἱός, Μάαρκος Κλαύ|διος Μαάρκου υἱός, Μάνιος Σέργιος Μανίου υἱός.

Scribendo adfuerunt P. Mucius Q. f., M. Claudius M. f., M'. Sergius M'. f.

17 |Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους
18 ἐποιήσαντο περὶ χώρας | [κ]αὶ περὶ [τε]με[ν]ῶν καὶ προσόδων καὶ περὶ
19 ὀρ[ί]ων[2]) [ἑ]αυτῶν, ἐ[πεὶ | ἀν]εῖσαν ταῦτα:
ἡμῶν μὲν ἕνεκεν ἔχειν ἐξεῖνα[ι][3])
20 ἔδο||ξεν.

[I.] Item quod iidem verba fecerunt de agro et de delubris et vectigalibus et de terminis suis, quoniam ea dediderunt:
per nos eis ea habere licere censuerunt.

Περὶ ἀρχῶν καὶ περὶ ἱερῶν καὶ προσ-
21 όδων ὅπως αὐτοὶ | [κ]υριεύωσι, περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν:
22 |οἵτινες εἰς τὴν φιλίαν τὴν ἡμετέραν[4])
23 πρὸ τοῦ ἢ Γάιος Λοκρέ|τιος τὸ στρατόπεδον πρὸς τὴν πόλιν Θίσβας
24 προσήγα|γεν, ὅπως οὗτοι ἔτη δέκα τὸ ἐ[ς] ἔ[π]ειτα[5]) κυριεύωσιν.
Ἔδοξεν.

[II.] [Item quod iidem verba fecerunt] de magistratibus et sacris et reditibus ut ea ipsi obtinerent, de ea re ita censuerunt:
qui in amicitiam nostram [venerunt], ante quam C. Lucretius castra ad oppidum Thisbas admovit, ut ii decem annis proximis obtineant.
Censuerunt.

25 ||Περὶ χώρας οἰκιῶν καὶ τῶν ὑπαρχόν-

[III.] Item quod iidem verba fecerunt] de agro et aedibus et bonis

---

[1]) τῇ Kirchhoffius, ἐμ Foucartus.

[2]) ΟΡΕΩΝ in lapide esse, non ΟΡΩΝ, credo Foucarto asseveranti, sed saltus si significarentur, scribendum fuit non ὀρέων, sed ὀρῶν. Denique terminos hic requiri infra p. 293 videbimus. Itaque quadratarius errore ὀρέων dedit pro ὅρων vel ὁρίων.

[3]) ἔχειν ἔξειν ἃ ἔδοξεν Foucart vertens: *ils demandent à les posséder dans le présent et pour l'avenir, avec notre permission, selon ce qui a été décidé.* Quaerenti mihi, num forte in lapide esset id quod supra dedi, Foucartus respondit sibi quoque eam lectionem in mentem venisse, lapidem autem refragari. Nam A quidem litterae inter N et E positae lineam posteriorem in ectypo non satis apparere, sed spatium obstare, ne littera I post eam inseratur. Peccavit igitur quadratarius.

[4]) excidit κατέστησαν vel simile vocabulum. Illud suggessit Hercherus.

[5]) ΤΟΕ/Ε/ΕΙΤΑ: *les dernières lettres sont certaines* Foucart p. 38, supplens τὸ ἐς καιτα.

26 των αὐτοῖς ὃ[1]) ὑπὸ τέ[λε|σιν] αὐτῶν[2]) γέγονεν:	suis, quae sub vectigalibus eorum fuerunt:
ὅπως [τὰ] ἑαυτῶν αὐτοῖς ἔχειν ἐξῇ 27 |ἔδοξεν.	ut sua sibi habere iis liceat, censuere.
Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους 28 ἐποιήσαντο, ΟΠ//|/Ι[3]) αὐτόμολοι οἱ ἴδιοι ἐκεῖ φυγάδες ὄντες, τὴν ἄκραν 29 αὐτοῖς ὅπως | τειχίσαι ἐξῇ καὶ ἐκεῖ κατοικῶσιν οὗτοι, καθότι ἐνεφάνισαν:	[IV.] Item quod iidem verba fecerunt, [qui sunt] transfugae ipsorum exules inde, arcem iis ut communire liceret et ibi iidem habitarent, ut significaverunt:
30 οὕ||τως ἔδοξεν, ὅπως ἐκεῖ κατοικῶσιν καὶ τοῦτο τειχίσωσιν.	ita censuerunt, ut ibi habitarent et id communirent.
31 Ἔδο|ξεν.	Censuere.
Τὴν πόλιν τειχίσαι οὐκ ἔδοξεν.	Oppidum communiri non placuit.
32 Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτ[οὶ] | λόγους ἐποιήσαντο χρυσίον, ὃ συνήνεγκαν 33 εἰς στέφανον, [ὅ|πω]ς εἰς τὸ Καπετώλιον στέφανον κατασκευάσωσιν, τούτοις, καθ[ό|τ]ι ἐνεφάνισαν, ὅπως αὐτοῖς ἀποδοθῇ[4]), ὅ[πω]ς τοῦτον 35 τὸν στέφανον εἰς || [τ]ὸ Καπετώλιον κατασκευάσωσιν:	[V.] Item quod iidem verba fecerunt aurum, quod contulerunt in coronam, ut in Capitolium coronam ponerent, sibi, ut significaverunt, ut ipsis redderetur, ut eam coronam in Capitolium ponerent:
οὕτως ἀποδοῦναι ἔδοξεν.	ita reddi censuerunt.
36 Ὡσαύ||[τ]ως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο ἀνθρώπους, οἵτινες ὑπε-	[VI.] Item quod iidem verba fecerunt homines, qui adversum rem publi-

---

[1]) malim ἅ.

[2]) αὐταῖς οὔποτε [πε\|ρ]ὶ αὐτῶν Foucart vertens: *pour le territoire, les constructions et ces biens, il n'y a jamais rien eu qui leur permît de posséder ces choses en toute propriété.*

[3]) ὁπ[όσο]ι magis quam ὅπ[ως ο]ἱ commendat Foucartus; mihi neutrum probatur, cum et verba male cohaereant et sententia aut nulla in iis insit aut parum commoda. Illud supplementum praeterea peccat contra divisionem ad syllabas duobus locis exceptis (v. 3/4 ἡμερ\|ῶν et v. 5/6 Θισβ\|εῖς) in universo instrumento observatam. Verba non adsequor, neque adsecuti ea sunt quos de hoc documento consului amici Hercherus et Kirchhoffius. Videtur autem hoc significari iis qui a Thisbaeis in exilium pulsi in castra Romana transfugissent, solis ius esse habitandi in arce.

[4]) iunge χρυσίον τούτοις ὅπως αὐταῖς ἀποδοθῇ. Id quod est τούτοις rectius abesset. Kirchhoffius suasit, ut eius loco scribatur τοῦτο, scilicet aurum.

37 ν[αν|τί]α τοῖς δημοσίοις πράγμασι τοῖς ἡμετέροις καὶ τοῖς ἑαυτῶν 38 εἶσιν[1]), | [ὅπ]ως οὗτοι κατέχωνται[2]):	cam nostram ipsorumque sint, ut ii detineantur:
περὶ τούτου τοῦ πράγματος, καθὼς 39 ἂν Κ[οίν|τῳ] Μαινίῳ στρατηγῷ ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων καὶ τῆς 40 ἰδίας πί||στεως δοκῇ, οὕτως ποεῖν ἔδοξεν.	de ea re, ut Q. Maenio praetori e re publica fideque sua esse videbitur, ita fieri censuerunt.
41 Οἵτινες εἰς ἄλλας πόλεις ἀ|[πη]λθοσαν καὶ οὐχὶ πρὸς τὸ κήρ[υγμα τοῦ] 42 σ[τρατ]ηγοῦ παρεγένοντο, ὅπως | [μ]ὴ εἰς τάξιν καταπορεύωνται:	[VII.] Qui in alia oppida abierunt neque ad edictum praetoris adfuerunt, ii ne in locum regrediantur:
περὶ τούτου τοῦ πράγματος πρὸς Αὖλον 43 | [Ὁ]στίλιον ὕπατον γράμματα ἀποστεῖλαι ἔδοξεν, ὅπως περὶ τούτων 44 | νο[ῦ]ν προσέχῃ, καθὼς ἂν αὐτῷ ἐκ τῶν δημοσίων πραγμάτων καὶ 45 || [τ]ῆς ἰδίας πίστεως φαίνηται.	de ea re ad A. Hostilium cos. litteras dari censuerunt, ut in eos ita animadvertat, ut ipsi e re publica fideque sua esse videbitur.
Ἔδοξεν.	Censuere.
46 | Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους 47 ἐποιήσαντο π[ερὶ | τῶ]ν δικῶν Ξενοπίθιδος καὶ Μνάσιδος, ὅπως ἐκ 48 Χαλκίδος ἀφεθῶσι, | καὶ Δαμοκρίτα Διονυσίου ἐκ Θηβῶν ΑΥΤΑ[3]):	[VIII.] Item quod iidem verba fecerunt de iudiciis Xenopithidis et Mnasidis, ut Chalcide dimitterentur, et Damocrita Dionysii filia Thebis [itidem]:
49 περὶ τούτων τῶν πραγ[μά]|των ἀφεῖναι ἔδοξεν, καὶ ὅπως εἰς Θίσβας μὴ κατέλθωσιν ἔδοξεν.	de iis rebus dimitti censuerunt, et ut Thisbas ne redirent, censuerunt.
50 || Ὡσαύτως περὶ οὗ[4]) ταύτας τὰς γυναῖκας ὕβρ[εως] [αἰτί]αν[5]) ἐ[ξῆ[6])	[IX.] Item quod [iidem verba fecerunt, ut] iis mulieribus iniuriarum actio-

[1]) ὑπεναντία εἶναι si verum est, proficiscitur ex Latina locutione *adversum esse* satis defensa opinor similibus *adversum ire, adversus arma ferre* (Nepos Ages. 4). Sed praestat fortasse corrigere ὑπεναντίοι.

[2]) ἀνθρώπους ... ὅπως οὗτοι κατέχωνται cum detur, debuit dari ἀνθρώπους ... κατέχεσθαι.

[3]) ΑΥΤΑ lapidis Foucartus accepit pro αὐτά, quae forma Dorica ab hoc documento aliena est nec sententia satis expedita. Non magis reponere volui vocabulum quod est αὐτάς, quoniam senatus consultum incipiat oportet a formula sollemni περὶ τούτων, nec recte ei formulae vocabulum praemittitur ad rem de qua agitur pertinens. Quod proposuit Hercherus κατὰ ταὐτά, sententiae certe apprime convenit.

[4]) Omissa esse verba οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο, ὅπως, perspexit Foucartus.

[5]) *Du mot* ΔΙΚΑΝ *la seconde syllabe est lisible, les deux premières lettres sont moins certaines.* Foucart p. 49. Δίκαν cum etiam a vulgari forma recedat, vix recte se habet. Verum opinor invenit Hercherus reponens αἰτίαν.

[6]) Foucsrtus supplevit εἶναι, cui practuli ὅπως ἐ[ξῇ], ὅπως illud una cum verbis supra dictis ratus excidisse.

51 | προ]ς τὸν στρατηγὸν ἐνεγκεῖν ἐπὶ 52 ἀξίαν, περὶ τούτου τοῦ πράγ[μα|το]ς [πρ]ότερον ἔναντι Γαίου Λοκρετίου βουλεύσασθαι ἔδο[ξεν.	nem liceat ad praetorem ferre in aestimationem, de ea re antea coram C. Lucretio deliberandum esse censuerunt.
53 | Ὡσ]αύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ Θισβεῖς 54 ἐνεφάνισαν περὶ σίτου καὶ ἐ[λαί]ου] αὐτοῖς κοινωνίαν πρὸς Γναῖον Πανδοσῖνον γεγονέναι:	[X.] Item quod iidem Thisbaei significaverunt de frumento et oleo sibi societatem cum Gnaeo Pandosino fuisse:
55 περ[ὶ τού]||του τοῦ πράγματος ἐὰν κριτὰς λαβεῖν βούλωνται, τούτοις 56 κριτὰς [δ]ο[ῦ|ν]αι ἔδοξεν.	de ea re si iudices accipere velint, iis iudices dandos esse censuerunt.
Ὡσαύτως περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους 57 ἐποιήσαντο περὶ τὸ| γράμματα δοῦναι Θισβεῦσιν εἰς Αἰτωλίαν καὶ Φωκίδα:	[XI.] Item quod iidem verba fecerunt de litteris dandis Thisbaeis in Aetoliam et Phocidem:
58 περὶ τούτου | τοῦ πράγματος Θισβεῦσι καὶ Κορωνεῦσιν εἰς Αἰτωλίαν καὶ 59 Φω[κί]||δα καὶ ἐάν που εἰς ἄλλας πόλεις βούλωνται, γράμματα φιλάν- 60 || θρωπα δοῦναι ἔδοξεν.	de ea re Thisbaeis et Coronaeis in Aetoliam et Phocidem et si quo ad alias civitates velint, litteras benignas dandas esse censuerunt.

Senatus consultum hoc ut reliqua in Graecia reperta non habemus ut scriptum fuit Latine, sed Graece versum. Nam ipsa senatus consulta certe sexto saeculo quin alio nullo nisi patrio sermone facta perscriptaque sint, dubitari non potest. Sed iis, quae ad Graecos pertinebant, non a Sullana demum aetate, ut antea opinabar (vol. I p. 112), sed dudum antea adici coepta est interpretatio Graeca publice facta Romae et sine dubio publica quoque auctoritate munita. Luculentum exemplum praebet s. c. de Asclepiade a. 676 Romae propositum Latine adiecta versione Graeca[1]), quam Romae factam esse cum ederem monui (vol. I p. 112). Similia documenta sicubi in aes incidebantur in Graecia Asiave, Latinis verbis omissis Graeca sola proponebantur sermone non eius de qua agitur civitatis, sed communi Graecorum[2]) et subinde ita comparato, ut peregrinum scriptorem prodat. Sine dubio

---

[1]) Similiter foedus a C. Caesare dictatore cum Iudaeis factum propositum est et in Capitolio et Sidone Tyri Ascalone in tabula aerea inscripta Latine et Graece (χαλκῆν δέλτον ἐγκεχαραγμένην γράμμασι Ῥωμαικοῖς τε καὶ Ἑλληνικοῖς) teste Iosepho ant. 14, 10, 3. Cf. Liv. 45, 29, 3: *Paulus Latine quae senatus, quae sibi ex consilii sententia visa essent, pronuntiavit: ea Cn. Octavius praetor ... interpretata sermone Graeco referebat.*

[2]) Ad nomina id non pervenit; ea enim ut alibi ita in hoc quoque senatusconsulto ponuntur non mutata, nimirum Μνᾶσις v. 47 et Δαμοκρίτα v. 48. Aliae autem formae Doricae, quas lapicidae Boeoto acceptas rettulit Foucartus, haud scio an aliter explicandae sint. Nam αὐτὰ v. 48 et δίκαν v. 50 non tam Dorica sunt quam corrupta. Ἀπήλθοσαν autem v. 40 pro ἀπῆλθον, quod ad fabri Boeoti errorem revocavit Foucartus

ex quo Sicilia Romanis parere coepit et fortasse diu antea iis qui tabulas publicas apud hos tractabant ad manus fuerunt librarii utriusque linguae periti, quibus id negotium recte committeretur. — Inde explicatur, ut Foucartus quoque apte exposuit, qui factum sit, ut vocabula legitima iuris publici Romani Graece reddantur in universum verbis item certis et sollemnibus, cum, si interpretatio non publice Romae, sed apud Graecas res publicas pro cuiusque lubitu facta esset, omnino alius aliter ea vertisset. Exempli causa senatusconsulta duo Graece scripta n. 568 de Delphis et 676 de Asclepiade, quae plus saeculo distant, easdem plane formulas habent, ut *senatus* est ἡ σύγκλητος, quo vocabulo Graece comitia magis significantur[1]), *ante diem* πρὸ ἡμερῶν, *scribendo adfuerunt* γραφομένῳ παρῆσαν, *censuere* ἔδοξε et sic deinceps, quarum formularum aliae parum Graecae sunt, aliae ita comparatae, ut idem multis modis diversis non minus apte enuntiari potuerit. Scilicet cum a Graecae linguae communione Romani abstinere nequirent, legitimum sermonem suum prudenter et fortiter magis quam apte et perite ei quoque linguae intulerunt, quam suam alteram fecissent.

Forma senatus consulti de Thisbaeis vel potius senatus consultorum (nam cum argumentum continuetur, vere sunt duo decreta facta diebus diversis) in universum eadem est atque facti de Bacchanalibus aliorumque antea notorum. Annus secundum usum Romanorum antiquioris temporis eo tantum indicatur, quod magistratus qui senatus consultum fecerit nomen praescribitur. — De diebus, qui senatus consultis omnibus praescribuntur, cum nuper egregie egerit C. Bardt (Hermes 7, 14) adhibito etiam hoc documento etiamtunc inedito, ad eam commentationem lectores remitto. — Locus item ponitur, solitus nempe in comitio, id est in curia Hostilia (v. vol. I p. 113). — Sequuntur nomina eorum qui scribundo adfuerunt, qui in priore senatus consulto duo sunt, ut bini tantum testes perscripti inveniuntur in senatus consultis duobus apud Iosephum relatis[2]), in posteriore

---

p. 7, Hercherus me docuit non solis Boeotis proprium esse, sed item frequentissime reperiri apud Alexandrinos, ut apud Lycophronem, in versione bibliorum septuaginta interpretum passim, denique apud Byzantios auctores medii aevi, ut id vitium sermonis late patuerit necesse sit. Item ἔναντι v. 52 a recepto sermone abhorrens iisdem interpretibus Alexandrinis usitatum esse. Non inepte igitur cogitari de interprete huius senatusconsulti Romae degente natione Alexandrino, vel certe a Graeci sermonis munditia ita alieno, ut a vulgaribus erroribus non caveret.

[1]) Haec apti vocabuli cum parum apto permutatio non tam ad infantiam scribarum referenda est quam ad consilium eorum qui Romae rebus praeerant, nec sine idonea causa τῇ βουλῇ τῶν Συρακοσίων respondet non ἡ βουλὴ τῶν Ῥωμαίων, sed ἡ σύγκλητος.

[2]) Antiq. Iud. 13, 9, 2. 14, 8, 5. Non est simile quod comparavit Foucartus relatum apud Ciceronem (ad Att. 4, 18, 2) consules a. 699 pactum fecisse cum petitoribus daturos se *duo consulares, qui se dicerent in ornandis provinciis consularibus scribendo adfuisse, cum omnino ne senatus quidem ea die fuisset* [cod. *quidem adfuisset*]. Nam quod duo consulares scribendo adsunt, inde non recte colligitur non plus duos senatores scribendo adfuisse.

tres. — Denique quod ad singula capita in fine adscribitur *ἔδοξεν* per se positum, cum quae praecedunt regantur commate *περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν*, hoc respondet formulae *de ea re ita censuerunt*, illud alteri, qua significatur post relationem discessione facta id de quo agitur maiori parti praesentium placuisse, nempe *censuere.* — Eo autem nomine Graeca haec versio magnopere differt a senatusconsultis quae habemus Latine scripta, quod cum haec formulas sollemnes legitimasque suis locis accurate et plene ponant, Graeci hominis eiusmodi sermonis impatientia vel in hoc instrumento quodammodo cernitur multis earum vel in compendium redactis vel praetermissis et ita quidem, ut ad grammaticam qui instrumentum exigat, saepe concinnitatem verborum adeoque iustum sententiarum nexum desideret. Ita ipsa legitima praescriptio in posteriore senatusconsulto omissa est sola die excepta, scilicet quod reliqua verba eadem sunt atque in priore. Similiter v. 20 ante *περὶ ἀρχῶν* ex praecedentibus v. 17 supplendum est *περὶ ὧν οἱ αὐτοὶ λόγους ἐποιήσαντο.* Item cum sollemnis ordo hic sit, ut post decernendi causam et rationem (*περὶ ὧν ὁ δεῖνα λόγους ἐποιήσατο, ὅπως* cet.) sic pergatur: *περὶ τούτου τοῦ πράγματος οὕτως ἔδοξεν ἀποστεῖλαι* vel *ὅπως ἀποστέλλωσιν· ἔδοξεν*, scriptor brevitatis causa illud *οὕτως ἔδοξεν* passim omisit, ut iam *ἀποστεῖλαι* vel *ὅπως ἀποστέλλωσιν* pendeat ab *ἔδοξεν* eo quod sequitur neque sua vi hoc stet, ut semper stat in decretis Latine scriptis. Omnino senatusconsultum hoc ita legendum est, ut in Graecis vocabulis sensus Latinos rimemur.

Latina elementa Graece ita fere redduntur, ut fit in aliis eius aevi monumentis. Vocalis *u* longa exprimitur per *ου* (*Μούκιος*), brevis per *ο* (*Κόιντος, Λοκρέτιος, Νομίτιος, Πόπλιος*) secundum legem eam, de qua nuper docte exposuit Dittenberger (in Hermae vol. 6 p. 282). Magis notabilis est forma *εἰδυ-* pro Latino *idu-*, rediens ea (ut admonuit Dittenberger) in senatus consulto de Prienensibus a. 619 (vide supra p. 156: *πρὸ ἡμερῶν πέντε εἰδυιῶν Φεβρουαρίων*), cum postea vulgo scribatur non *εἰδυῶν* vel *εἰδυιῶν*, sed *εἰδῶν* ab *εἰδοί.* Item quod *v* consonans, ubi vocabulum ab eo incipiat, omittitur, eius omissionis aliud exemplum nullum mihi praesto est praeter aequale fere catalogi proxenorum Delphicorum[1]) v. 16: *Κόιντος Ὀτόριος Κοίντου Ῥωμαῖος*, quod est Latine *Q. Voturius* sive *Veturius Q. f.*, ut mittam Venetos *Ἐνέτους* similiaque[2]).

---

[1]) Wescher et Foucart inscr. Delph. p. 20 seq. De tempore diligenter exposuit A. Mommsen in Philologi vol. 24 p. 25 seq.; scriptus est catalogus a. u. c. 557 et deinceps. — Qui in eo nominantur v. 112: Τίτος Κοίγκτιος Τίτου υἱὸς Ῥωμαῖος et v. 118: Μάαρκος Αἰμύλιος Λέπεδος Μαάρκου υἱὸς Ῥωμαῖος, eos dudum intellectum est consules esse a. 556 et 567. Tertius v. 115: Λεύκιος Ἀκίλιος Καίσωνος υἱός pater est consulis a. 604 M'. Acilii L. f. K. n. Balbi. De reliquis Romanis qui ibi nominantur mihi non constat.

[2]) 'Οὐλτ(ινία) scriptum est in titulo Attico vol. III n. 561.' [W. Dittenberger.] Etiam in Latino III n. 5636 legitur *Ultinia* perscriptum, quod haud scio an item ad Graecam vocabuli pronuntiationem referendum sit, cum titulus sit hominis Philippensis. A Latina enim consuetudine haec litterae omissio abhorret.

Haec digammatis tractandi ratio cum etiam in mere Graecis obtineat, fortasse reliquas formas, de quibus exposuit Dittenberger l. c. p. 302, tempore praecessit, quamquam non ignoro iam in epistula scripta a. 561 reperiri Οὐαλάριος pro Valerio. — De Καπετωλίῳ et κομετίῳ pro Capitolio et comitio egit ibidem Dittenberger p. 138. 142. — Ὀκτωμβρίων, quod bis reperitur v. 3. 14, non magis offendit quam incumbere factum ex cubare et Insubres Ἴνσομβροι Polybio dicti et Tumpsitanus pro Tapsitano et alia similia sescenta (v. Corssen *Aussprache* ed. 2 1, 263). — Paullo diutius morabimur in eo quod est Μάαρκος, in qua forma ut hoc senatus consultum sibi constat (v. 15. 16), ita alibi quoque cum in hoc vocabulo tum in derivatis eius Marcio et Marcello non raro reperitur, ut in catalogo illo proxenorum quater[1]); in nummo Apolloniae Illyrici[2]); in titulo Attico[3]); in alio reperto Heracleae Thessaliae[4]); in bilingui Argivo a. u. c. 687[5]); in Tauromenitano[6]); in Gytbiensi scripto c. a. u. c. 715[7]); denique in urbano aetatis ut videtur imperatoriae[8]). Ex his exemplis apparet eam scribendi rationem apud Graecos obtinuisse a bello Hannibalico usque ad Augustum, licet etiam vulgaris forma Μᾶρκος eodem tempore in usu esset[9]). Iam cum vocalium longarum apud Latinos geminatio adhuc certe testata non sit nisi ab aetata Graccbana fere ad Sullanam, nuper G. Boissier[10]) contendit Ritschelium[11]) quique eum secuti sunt non recte intra hos terminos eam scribendi rationem conclusisse. At haud scio an Boissierius errarit. Nam quod Graeci in hoc vocabulo Latino *a* litteram geminare solent, cum praeterea quod sciam nusquam adhuc in ullo alio Latino vocabulo vocalis longa reperta sit Graece per geminatam vocalem expressa (ut exempli causa in hoc decreto quater legitur Μάνιος), id satis indicat id quod est Μάαρκος sua vi niti nec tam ad vocalium geminandarum consuetudinem pertinere quam ex proprietate quadam sermonis antiqui originem trahere. Ea proprietas admittenda est, licet explicatio probabilis adhuc nulla suppetat, poteritque iure Μάαρκος illud componi cum aliis praenominibus antiquissimis Italicis apud Graecos ea forma receptis, quae a vulgari Romana aliquantum abhorret, ut sunt Νεμέριος et imprimis

---

1) Praeter v. 118 (p. 285 n. 1) adest v. 86: Μάαρκος Ὀλλ.ριος Ομοττονης καὶ τοὶ υἱοὶ αὐτοῦ Πόπλιος Γάιος Μάαρκος Κόιντος.

2) Mionnet 2, 29, 14: Μάαρκος.

3) C. I. Gr. 887: Πόλλα Λολλία Μαάρκου et Μά[α]ρκος Λόλλιος Μαάρκου Ῥωμαῖος.

4) Lebas et Foucart II, 1139: Σέξστῳ Κορνηλίῳ Μαάρκου Ῥωμαίῳ.

5) Vol. I n. 596: *Q. Maarcium* ... Κόιντον Μαάρκιον ...

6) C. I. Gr. 5644: Γάιος Κλαύδιος Μαάρκου υἱὸ; Μαάρκελλος.

7) Sauppe in actis minoribus Gottingensibus 1865 p. 461: Νεμέριος καὶ Μάαρκος Κλοάτιοι Νεμερίου υἱοὶ Ρωμαῖοι (sic bis similiter), ubi editor non recte Μάαρκος in Μᾶρκος mutavit.

8) C. I. Gr. 6155: Μάαρκος Κοσσούτιος Μαάρκου ἀπελεύθερος Κέρδων ἐποίει.

9) In epistula M. Valerii ad Teios a. 561 scripta (C. I. Gr. II, 3045) bis est Μᾶρκος.

10) *Revue archéologique* n. s. 20 (1869) p. 47 seq.

11) mon. tria p. 22 seq.

Λεύκιος (cf. Dittenberger l. c. p. 310) factum non ex Lucio, sed ex Lovcio vel Levcio. Magis igitur inde colligemus Romanos antiquissimo tempore pronuntiasse *Ma(h)arcus* indeque factum esse *Marcus*, ut ex *ahala* factum est *ala*.

Homines nominantur primum magistratus Romani tres:

Αὖλος Ὁστίλιος ὕπατος v. 42. Est A. Hostilius L. f. Mancinus cos. a. 584, quo tempore senatus consultum factum est in Macedonia agens.

Κόιντος Μαίνιος Τίτου υἱὸς στρατηγός v. 1. 10. 38. Praetorem Q. Maenium quae senatus a. 584 de Abderitis decrevisset, pro contione edicere iussum esse in huius anni actis Livius 43, 4, 12 narrat, item 43, 6, 10 eundem a senatu iussum esse Lampsacenos in sociorum formulam referre. Apparet igitur Q. Maenio praeturam urbanam a. 584 obtigisse eumque consule A. Hostilio in Macedoniam profecto, altero A. Atilio in Ligures senatum coegisse et res urbanas curavisse. Id ipsum requirit senatusconsultum quod habemus; notissimum enim est absentibus consulibus non cui velit praetori ius esse senatus cogendi, sed urbanum more maiorum consulare munus sustinere (Becker encbir. 2, 2, 187. 403); ut vel ex eo, quod Q. Maenius senatum consuluit, provincia eius colligatur. — Non recte viri docti adhuc ei peregrinam provinciam dederunt, urbanam autem Q. Raecio, quem Livius 43, 9, 6 ait ex senatus consulto in parte Italiae Illyrico obiecta milites conscripsisse, deinde c. 11, 4 ex alio senatus consulto senatores ex tota Italia Romam revocasse. Nam ex hisce ipsis locis satis intellegitur Raecium in Italia egisse, id quod praetori urbano ne licebat quidem, et res Italicas administrasse. Proprie autem quaenam provincia Q. Raecio evenerit ubi quaerimus, paullo altius res repetenda est. Scilicet cum seni tum praetores crearentur, quorum bini in Hispanias ire solebant, bello Persico exorto singulis tantum praetoribus in Hispaniam missis extra ordinem sors facta est, ut is praetor cui evenisset iret quo senatus censuisset. Haec sors cum a. 583 C. Lucretio obtigisset, is Brundisium ad classem missus est (Liv. 42, 31). Deinde classis inter provincias eas, de quibus praetores sortirentur, recepta evenit a. 584 L. Hortensio (Liv. 43, 4. 7. 8), a. 585 C. Marcio Figulo (Liv. 43, 11. 15. 44, 1), a. 586 Cn. Octavio (Liv. 44, 17). Sed provincia ut iret quo senatus censuisset magis ab imperio maritimo seiuncta est quam sublata; certe a. 586 praetor peregrinus simul iubetur ire eo quo senatus censuisset (44, 17, 10 cf. c. 21, 4), et veri simile est etiam annorum 584. 585 praetores peregrinos similiter duplicem sortem habuisse. En sors opinor a. 584 M. Raecio evenit; censuit autem senatus, ut urbe relicta provinciaque peregrina collegae commissa orae maris Hadriatici custodiam susciperet. — Q. Maenius T. f. praeterea ignotus est.

Γάιος Λοκρέτιος v. 22. 52 is de quo modo diximus praetor a. 583 classi praefuit.

Nominantur deinde senatorii ordinis viri quinque, qui duobus senatus consultis his scribendis adfuerunt:

Μάνιος Ἀκίλιος Μανίου υἱὸς Ὀλτε[νί]α v. 4. Fuit ea aetate M'. Acilius M'. f. Glabrio duovir nedi dedicundae a. 573 (Liv. 40, 34), consul a. 600. Sed duos tum Manios Acilios Manii filios in senatu fuisse probabile est, cum quod per eu tempora praeter Acilios Glabriones etiam Acilii Balbi floruerunt et ipsi Munii praenomine saepe usi (ut a. 604 fasces gessit M'. Acilius L. f. Balbus) tum quod in hoc uno homine tribus adscribitur, puto ut per eam duo eiusdem nominis viri distinguantur, id quod etiam Foucartus recte intellexit. Uter igitur significetur, Glabrio an Balbus, incertum est.

Τίτος Νομίσιος Τίτου υἱός v. 5. Idem est, qui apud Livium 45, 17, 3 nominatur inter legatos non consulares in Macedonium missos u. 587 ad res ibi ordinandas T. Numisius Tarquiniensis.

Πόπλιος Μούκιος Κοίντου υἱός v. 15. Intellegitur P. Mucius Q. f. Scaevola consul a. 579, consularis igitur, quo tempore de Thisbaeis senatus decrevit et propterea primo loco nominatus inter eos, qui posteriori consulto scribendo adfuerunt.

Μάαρκος Κλαύδιος Μαάρκου υἱός v. 16. Intellegitur M. Claudius M. f. Marcellus praetor a. u. c. 585 (Liv. 43, 11), consul a. 588. 599. 602, eo igitur tempore, quo senatus consultum factum est, praeturae proximus. Nam de ulio M. Claudio M. f. Marcello consule a. 571, defuncto a. 585 (Liv. 43, 18) cogitari non potest, quonium hic ponendns fuit ante Q. Mucium consulem a. 579.

Μάνιος Σέργιος Μανίου υἱός v. 16. Recte Foucartus negavit intellegi posse M. Sergium Silum praetorem a. u. c. 557; is enim post Marcellum hominem non praetorium collocari non potuit, praeterea Marcus potius fuit quam Manius (cf. *röm. Münzwesen* p. 553). De filio eius M. Sergio Silo quem Livius 40, 44, 5 scribit a. 586 legatum in Macedonia meruisse, cogitari licet; quamquam ne in hoc quidem causa est cur praenomen Marci corruptum esse putemus. Superest, quem item Foucartus attulit, Manius Sergius a. u. c. 591 cum C. Sulpicio legatus in Graeciam missus (Polyb. 31, 9, 6), quem probabile est hunc ipsum esse. Qui pro consule Hispaniae praefuit aetate liberae rei publicae M'. Sergium M'. f. (vol. I n. 1486 = II n. 4956) quo minus pro eodem habeamus, obstat, quod cum titulus is ex quo innotuit miliarius sit, parum credibile est eiusmodi viarum determinationem cippis scriptis ad eam collocatis ad sextum urbis saeculum ascendere.

Quod *υἱός* ad patris nomen ut non additur in Graecis (v. 48), ita constanter adscribitur in Latinis, id fit non propter ignorantiam usus Graeci, sed quod Romanis in talibus mature placuit suam consuetudinem tum quoque retinere, cum Graece loquerentur. Quamquam in ea re documenta antiquiora sibi non constant; ita catalogus proxenorum Delphicorum a. 557 seq. itemque senatus consulta duo a. 568 Delphicum (Lebas et Foucart II, 852) et a. 619 Prienense (Lebas et Waddington III, 195) modo ponunt, modo omittunt, epistula M. Valerii a. 561 scripta (C. I. Gr. II, 3045) omittit, hoc quod tractamus senatusconsultum a. 584 semper ponit (cf. Dittenberger

in Hermae vol. 6 p. 140). — Cognomen in universo senatus consulto nullum reperitur, et adhuc verum est quod olim posui (*röm. Forsch.* 1, 47) in instrumentis publicis quae habemus cognomen non inveniri ante a. 676, quo factum est s. c. de Asclepiade. — Contra quod ibidem observavi etiam tribum tum primum comparere, id iam aliquatenus reformandum est. Nam magistratibus ea nullo tempore adscribitur (v. p. 156), quippe qui enuntiato magistratu satis determinentur; senatoribus, qui scribendo senatusconsulto adfuissent, non adscribitur quidem in duobus senatus consultis omnium quae habemus antiquissimis, de Bacchanalibus facto et altero Delphico a. 568 utroque, nec magis in nostro temporis ordine tertio anni 584, nisi semel ob ambiguitatem vitandam. Sed adest tribus in testibus omnibus senatus consulti de Prienensibus facti a. 619 (v. supra p. 156), item in duobus relatis apud Iosephum 13, 9, 2. 14, 8, 5, quae c. a. 620—630 facta esse videntur. Recte igitur Foucartus me reprehendit Ritschelium que laudavit, quod senatus consultum de Tiburtibus (vol. I n. 201) sexti magis quam septimi saeculi esse dixit; abest enim ab eo in testibus tribus.

Restant Graeci quattuor praeterea ignoti omnes:

Γναῖος Πανδοσῖνος v. 54, id est Gnaeus ex oppido Pandosia. Nam quod Foucarto placuit Pandosinum nomen hominis esse manumissi scilicet a re publica Pandosinorum, id etsi admitti potest, illa explicatio simplicior videtur, cum praesertim praenomen Romanum apud Graecos maxime in Italia degentes persaepe nominis vices faciat, ut supra p. 286 n. 2 attulimus ex nummo Marcum Apolloniatem. Pandosia intellegitur non Epiri oppidum, sed Bruttiorum; Gnaeus enim is de quo agitur omnino fuit ex numero Italicorum in provinciis consistentium, quorum tituli aetatis liberae rei publicae non minus saepe mentionem faciunt (vol. I n. 533. 595. 596) quam qui sunt aetatis posterioris civium Romanorum consistentium in provincia illa vel illa.

Δαμοκρίτα Διονυσίου v. 48	mulieres tres Thisbaeae.
Μνᾶσις v. 47.	
Ξενόπιθις v. 47	

Thisbae[1]) Boeotiae oppidum sub monte Helicone situm inde ab Homero[2]) passim memoratur. Quamquam in ipso litore non fuit[3]), ager ad mare usque pervenit, ut portum quoque maritimum Thisbaei haberent[4]).

[1]) Strab. 9, 2, 28 p. 411: ἡ Θίσβη Θίσβαι νῦν λέγονται. Illa forma videtur Homerica esse, hac utitur Xenophon Hell. 6, 4, 3 et senatusconsultum hoc v. 23. 49.

[2]) Il. 2, 502: πολυτρήρωνά τε Θίσβην.

[3]) Strab. l. c.: οἰκεῖται μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ὅμορον Θεσπιεῦσι τὸ χωρίον καὶ τῇ Κορωνειακῇ.

[4]) Strab. l. c.: ἐπίνειον ἔχει πετρῶδες περιστερῶν μεστόν. Stephanus Byz. s. v.: καὶ ὁ λιμὴν δὲ τῶν Θισβίων, ὥς φησιν Ἐπαφρόδιτος, καὶ τὸ ἐπίνειον περιστερῶν πλῆρες.

In bello Persico quas partes Thisbaei secuti siut quidque per ea tempora et propter ea perpessi, iam ex senatus consulto eo de quo agimus luculenter apparet, quo quae traduntur, cum hic in media luce Polybiana versemur, facillime et planissime ad universum rerum gestarum ordinem applicantur.

Bellum Persicum coepit a Boeotis antiquis partis Macedonicae sectatoribus et a Romanorum societate infesto eorum odio aversis. Cum amicitiam Romanis suspiciosam Boeoti cum rege Perseo fecissent, Romani legati ob eam causam iu Graeciam missi callide negaverunt se de ea re cum Boeotorum concilio tractaturos esse, ut ad singulos populos ea res reiceretur[1]). Quo facto cum et Thebani et Thespienses et alii plurimi Boeotiae populi Romanas partes amplecterentur, tres in regis Macedoniae amicitia permanserunt. Περσεύς, Polybius ait 27, 5, *πυνθανόμενος ἔτι τινὰς τῶν ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεων ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνοίας Ἀντίγονον ἐξαπέστειλε τὸν Ἀλεξάνδρου πρεσβευτήν, ὃς καὶ παραγενόμενος εἰς Βοιωτοὺς τὰς μὲν ἄλλας πόλεις παρῆκε διὰ τὸ μηδεμίαν ἀφορμὴν λαμβάνειν ἐπιπλοκῆς, εἰς δὲ Κορώνειαν καὶ Θήβας ἔτι δ' Ἁλίαρτον εἰσελθὼν παρεκάλεσε τοὺς ἀνθρώπους ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς Μακεδόνας εὐνοίας· τῶν δὲ προθύμως ἀποδεχομένων τὰ λεγόμενα καὶ πρεσβευτὰς ψηφισαμένων πέμπειν εἰς Μακεδονίαν οὗτος μὲν ἀπέπλευσε.* In quo loco in verbis quae sunt *καὶ Θήβας* erratum esse dudum intellexit Casaubonus, cum statim addat auctor easdem civitates praesidium petivisse a rege, quo se defenderent a Thebanis eo tempore ducibus partis adversae. Iam apparet verba illa non delenda esse, id quod placuit Casaubono, sed Polybium recte coniungentem civitates duas finitimas (p. 289 n. 3) scripsisse *καὶ Κορώνειαν καὶ Θίσβας*. Nam neque Thisbae ab eo tacite praeteriri potuerunt, et facillime inter se permutantur litterae ΙC et ΗC. Sed error est antiquissimus, cum ipsum Livium deceperit sic illa reddentem 42, 46, 7: *Boeotiae quoque civitates* (legati Persei) *et Thebas et Coroneam et Haliartum adierunt, quibus expressum invitis existimabatur, ut relicta regia societate Romanis adiungerentur. Thebani nihil moti sunt, quamquam nonnihil et damnatis principibus et restitutis exulibus succensebant Romanis. Coronaei et Haliartii favore quodam insito in reges legatos in Macedoniam miserunt praesidium petentes, quo se adversus impotentem superbiam Thebanorum tueri possint.* Id igitur ipsum quod apud Polybium nos legimus, etiam Livius legit, quod cum perversum esse perspiceret, ut aliquo modo sese expediret, narrationem ita ut vidimus immutavit, usus vel potius abusus iis quae de Thebanorum factionibus paullo ante exposuerat.

Haec facta sunt hieme a. u. c. 582/3. Bellum deinde cum exarsisset, classi praefectus C. Lucretius praetor mense Iunio (Liv. 42, 35, 3) ex Italia in insulam Cephalleniam profectus inde fratrem Marcum cum navibus Chalcidem misit, unde is in Boeotiam ingressus copias Haliartum duxit ad oppidum oppugnandum. Ipse praetor cum una triremi a Cephallenia breviore via per sinum Corinthiacum in Boeotiam ingressus Creusam venit

---

[1]) Liv. 42, 12, 5. c. 40, 6. c. 43. 44. Polyb. 27, 2.

in portum Thespiensium, qui manserant in societate Romana (Polyb. 27, 1, 1). A Creusa et ipse Haliartum se contulit, ubi fratrem repperit iam oppidum oppugnare parantem (Liv. 42, 59). Eo vi capto et diruto *inde Thebas ductus exercitus; quibus sine certamine receptis urbem tradidit exulibus et qui Romanorum partis erant, adversae factionis hominum fautorumque regis ac Macedonum familias sub corona vendidit. His gestis in Boeotia ad mare et ad naves rediit.* (Liv. 42, 63, 12). Abest igitur ab auctoribus, qui bellum Persicum enarrant, quod legimus in senatus consulto (v. 22) C. Lucretium castra admovisse ad oppidum Thisbas. At Polybius cum narrasset tria oppida a Romanis defecisse, sane ut de Haliarto et Coronea ita etiam de Thisbis quid factum sit memoriae tradidit; Livius id omittere potuit, quamquam videtur in universa hac narratione Polybium presse secutus esse. At quaenam est illa post Haliartum captam expeditio adversus Thebanos? Nonne modo (42, 44. 46) audivimus eundem Livium narrantem Thebanos decrevisse, ut tolleretur regia societas, auctores paciscendae eius Chalcidem ad Romanos misisse, Romanos laetos id audivisse, Thebis per hiemem a. 582/3 P. Lentulum legatorum unum cum praesidio militum Italicorum consedisse indeque vere a. 583 cum iisdem militibus et iuventute Bocotorum Haliartum oppugnatum profectum esse (c. 37, 1. c. 47, 12. c. 56, 3. 4) oppida autem quae cum rege starent praesidium ab eo expetivisse, ut a Thebanis se defenderent? Quae ut Livius ex Polybio sumpsit, ita ex ipsis Polybianis quae supersunt (27, 1) quatenus perveniunt eadem referunt etiam luculentius et gravius; legatos is ait a Thebanis missos esse, qui urbem Romanis permitterent exulesque reducerent. Iidem Thebani adversus Coronaeos C. Licinium ex Thessalis arcessiverunt (Liv. 42, 67, 12). His omnibus cum refragetur quod supra rettulimus C. Lucretium exercitu adducto Thebas recepisse et exulibus urbem tradidisse, nonne patet hic agi non de ipsis Thebis, sed de Pseudothebis iisdem, quas supra vidimus coniungi cum Coronea et Haliarto, quae Thebae vere sunt Thisbae? Accedit aliud. C. Lucretium cum ex decreto nuper reperto constet exercitum adduxisse Thisbas, ea expeditio ante Haliarti oppugnationem collocari non potest; nam quamquam a Creusa Haliartum proficiscens Thisbas adire potuit, Creusam profectus cum una triremi exercitum eo tempore secum non habuit. Exercitus Chalcide expositus primum, ut par est, Haliartum ductus est, qua expugnata cum Coronaeos interim consul P. Licinius ex Thessalia veniens aggressus esset (Liv. 42, 67, 12. 43, 4), nihil supererat nisi expeditio adversus Thisbaeos. Ita sic quoque confirmatur quae hic apud Livium de Thebis narrantur, ea Polybium de Thisbis rettulisse. — Quando expeditio adversus Thisbas suscepta sit, accurate definiri non potest; sed cum Haliarti obsidio non admodum diu protracta esse videatur nec quicquam eo ducat Lucretium in hiemem usque bellum continuavisse, probabiliter ad autumnum a. 583 referetur.

Quod inde a principio legati Romani postulaverant, ut omisso Boeotorum concilio Boeotarchisque res tractaretur inter Romanos et populos Boeotiae singulos, id cum secuti essent in pace confirmanda cum populis

iis qui in fide Romanorum remanserant (Polyb. 27, 1; Liv. 42, 43, 44), multo magis in iis qui desciverant observari debuit, itaque cum Corooaeis actum esse Livius ait (43, 4, 11). Quid actum sit cum Thisbaeis, bona fortuna iam recuperavimus nacti senatusconsulta duo de Thisbaeis facta alterum d. Oct. 9, alterum d. Oct. 14 a. 584, id cst anno fere post deditas Thisbas. Verba fecerunt in utraque actione Thisbaei, scilicet Romanae partis principes Romam profecti. Illis igitur senatus, ut aiunt, datus est a Q. Maenio praetore. Nam consulere senatum, id est cogere eum, et ad eum referre, id est de singulis rebus sententias exquirere ut magistratus est, ita verba facere possunt in senatu qnicumque aut in senatu sunt aut certae rei causa in eum vocantur, ut sollemniter legati regum populorumque exterorum in senatum introducuntur (Liv. 10, 45, 4. 40, 20, 1. 43, 2, 1 cet.). Similiter io senatus consulto de Tiburtibus (vol. I p. 107) verba fecerunt Tiburtes, itemque in senatus consultis duobus de Iudaeis factis (Ioseph. 13, 9, 2. 14, 8, 5) verba fecisse dicuntur legati populi Iudaeorum, quorum etiam nomina ponuntur. Legati autem cum populi regisve sui nomine verba faciant, id qnod conceditur, quamquam iis qui verba fecerunt concedi dicitur, vere conceditur populo regive ei, qui illos legavit, ut hic universis Thisbaeis, qui quidem remansissent io Romanorum amicitia. Iidem sunt opinor, qoi v. 26 appellantur φυγάδες et αὐτόμολοι, nam cum Thisbaei et Romani bellum inter se gessissent, nemo illorum in amicitia Romana permansit oisi qui exilii causa solum vertisset et sive ante bellum sive per bellum ad hostes traosfugisset.

Priore senatus consulto rogantibus Thisbaeis iis qui in Romanorum amicitia mansissent, ut Romani res ipsorum ordinandas in se susciperent, decernitor, ut quinque legati eo mitterentur ad res Thisbaeorum ordinandas. Nam sic verba parum coocinna sine dubio intellegenda sunt. Περὶ ὧν sollemois interpretatio est vocabuli Latini *quod*, quo posito ex Graecis sane perturbatis περὶ ὧν λόγους ἐποιήσαντο περὶ τῶν πραγμάτων procedunt verba planc Latina *quod ii verba fecerunt de rebus*. Similiter περὶ bis positum parum Graece redit postea v. 17 et 46 et alibi passim. Ad id quod praecedit Θισβεῖς adnectenda sunt verba quae sequuntur οἵτινες ἐν τῇ φιλίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ ἐνέμειναν. Quod sequitur petitum Thisbaeorum: ὅπως αὐτοὶ διόρθωσιν εἰς τὰ καθ' αὐτοὺς πράγματα εἰσηγήσωνται, ita accipiendum est, ut αὐτοὶ non ad proxime praecedentia referatur, sed vertendum sit *ipsi*, scilicet senatos Romanus. Ne requiras εἰσηγησώμεθα propter verba quae sequuntur ἡ φιλία ἡ ἡμετέρα, amicitia intellegitur populi Romani, correctores antem petuntur a seoatu. Non recte igitur Foocartus caput ita vertit: *considérant que les Thisbéens ont exposé qu'étant restés fidèles à notre amitié, ils doivent pouvoir proposer les moyens d'améliorer leurs affaires intérieures*; nam eius modi petitioni nequaquam respondet quod decernit senatus praetorem quinqoe legatos nominaturum esse eo mittendos. Semper antem in seoatus consulto verbis qoae fiunt placitum respondet, ut apud nos rationes quae legibos decretisqoe praemittuntur ipsis respoodeant necesse est. — Ceterum

quod eiusmodi legati nominantur ab eo magistratu, qui senatus consultum id quo uominari iubentur fecit, fit ex cousuetudiue Romana (Liv. 43, 1, 10).

Posteriore senatus consulto verba facientibus iisdem Thisbaeis partis Romanae quiuque viris iis, quos interim a praetore nominatos esse consentaneum est, a senatu praescribitur, quid in rebus Thisbaeorum ordinaudis sequi eos oporteat. Et de capite primo (v. 17—20) verum vidit iam Foucartus. Thisbaeorum ager cum per deditionem Romanorum factus esset secundum uotam formnlam (Liv. 1, 38, 2): *deditisne vos populumque Collatinum urbem agros aquam terminos delubra utensilia divina humanaque omnia in meam populique Romani dicionem? 'Dedimus'. At ego recipio*, vel, ut est apud Polybium 36, 4 [2]: *χώραν ... καὶ πόλεις .... ἄνδρας καὶ γυναῖκας .... ποταμοὺς λιμένας ἱερὰ τάφους*, iam ager iis redditur, similiter atque Plarasensibus et Aphrodisiensibus conceditur, *ὅπως ἡ πόλις καὶ οἱ πολεῖται .... κωμῶν χωρίων ὀχυρωμάτων ὅρων προσόδων πρὸς τὴν φιλίαν τὸ [ἐφ' ἡμ]ῖν κρατῶσιν* (C. I. Gr. 2737). Redditur autem ager ita, ut babere liceat, non ut eorum sit, id est hoc Thisbaeis tribuitur, ut agrum quem aute bellum babuisseut, postea quoque baberent non dominorum loco, sed possessorum; neque libertatem accipiunt, sed rediguntur inter civitates stipendiarias (v. Marquardt euchir. 3, 1, 265). — Tam [τε]με[ν]ῶν quam [λι]μέ[ν]ων Foucartus proposuit hoc praeferens, quod capite sequente agatur de templis; at eo capite cum agatur de sacerdotiis, bic delubra omitti nequeunt, cum quod adsunt apud Livium et Polybium, tum quod ipsa res requirit, ut universum solum quod fuit populi sese dedentis tam sacrum quam profanum victori populi permittatur. Quare quamquam etiam portus recte hic locum babere potuit et pluralis fortasse excusari, malui locum dare autiquae et tralaticiae formulae. Πρόσοδοι reditus sunt, quos populus sese dedens ex solo non suo percepit, ut puta tributa regum vel populorum ipsi subditorum. Ὅρια vel ὅροι (id enim restituendum esse supra p. 286 n. 2 vidimus) respondent terminis Livii, ὅροις titulis modo citati.

Capite secundo (v. 20—24) cavetur de magistratibus et sacerdotiis, item de vectigalibus publicis administrandis. Ut ea omnia in suo statu maneant, id est ut suas leges Thisbaei retineant, non tam enuntiatur quam tacite admittitur condicione imposita, ut per decem annos proximos Thisbaei ii soli, qui ante oppugnationem oppidi ad Romanos descivissent, in rebus et vectigalibus publicis administrandis versentur, reliqui nec honores capessant nec publicos reditus tractent. Haec poena est extra ordinem sociis Haliartiorum et Coronaeorum imposita; illud autem etiam ad reliquas civitates stipendiarias videtur pertinere, quod iisdem suae leges non diserte reddantur, sed precario, nec raro fortasse in tempus tantum, relinquantur. Neque enim eo differunt civitates stipendiariae a liberis, quod suas leges illae non habent (v. Marquardt l. c.), sed quod bis si ~~non~~ lege publica, certe senatus consulto confirmantur, illis ita relinquuntur, ut liberum sit senatui eas cum velit iis adimere.

Caput tertium (v. 25—27) bona privata ita confirmat, ut maneat item stipendium antea iis impositum. Aliter enim verba a Foucarto non recte

ordinata accipi posse nego, quaeque ibi legimus quamquam primo adspectu offendunt, rebus accurate expensis recte plane se habent. Nam quod adhuc credidimus sexto saeculo nullas civitates Graecas Romanis stipendium pependisse, id tantum abest, ut probari possit, ut fortasse etiam contrarium possit demonstrari. Nam in Isthmiis illis Flamininus plerosque quidem Graeciae populos liberos et immunes suis legibus usuros esse pronuntiavit; at num hoc etiam ad Boeotos pervenerit, admodum dubium est. Nam paullo ante cum iidem nec pro quingentis militibus Romanis in Boeotia interfectis impositam sibi multam quingentorum talentorum solverent nec noxios traderent, ipse eos bello aggressus est vastatisque agris et Coronea oppugnata cum tandem ei se permisissent, *iussis tradere noxios et multae nomine XXX conferre talenta pax data et ab oppugnatione recessum* (Liv. 33, 29). Triginta talenta post bellum exacta esse multae nomine vix credi potest, cum eodem nomine ante bellum quingenta postularentur; immo tributum annuum hoc fuit Boeotis eo tempore impositum id ipsum, cuius meminit senatusconsultum[1]), videturque hic quoque Livius Polybiana male corrupisse. Quod si ab a. inde 558 in universa Graecia Boeoti soli aut fere soli Romanis stipendiarii erant, iam patet, cur quicumque hostes Romanis exsisterent, socios Boeotos se habituros esse confiderent et plerumque haberent; ut evenit in bello Antiochino (Liv. 35, 47. 36, 6. 20. Polyb. 20, 7, 3) itemque in Persico, ut supra vidimus. — Stipendium autem impositum esse populis non simul in provinciae formam redactis tantum abest, ut offendere debeat, ut id ipsum paullo post in Illyrico (Liv. 45, 26) et in Macedonia (Liv. 45, 29) item factum sit.

Capite quarto (v. 27—31) agitur de moenibus. Oppidi moenia senatus iubet dirui, ut postea Mummius oppidorum quae Romanis vi restitissent omnium moenia diruit (Pausan. 2, 1, 2. 7, 16, 9); arcem tradit Thisbaeis iis qui ad Romanos transfugissent, ut soli ibi habitarent eamque moenibus circumdarent. De summa re constat, quamquam verba impedita sunt propter hiatum v. 27 non satis certa ratione explendum. — Adnotat p. 41 Foucartus locorum gnarus moenia arcis adhuc evidentissime cerni in colle super Kakosi vicum Dombreuam versus facta ex saxis quadratis sine caemento commissis et turribus olim munita. Idem ex hoc documento collegit ea moenia post id perscriptum aedificata esse, haud scio an non recte. Nam arcem eo tempore moenibus caruisse vix recte inde colligitur, quod ut muniatur senatus iam permittit, cum hoc item significare possit permittere eum, ut munita permaneat.

Capite quinto (v. 32—35) agitur de auro a Thisbacis ante opinor quam bellum exarsit collato ad coronam in Capitolio dedicandam. Scilicet notum

---

[1]) Eodem iam recte referemus, quod ait Cicero de d. n. 3, 19, 49: *an Amphiaraus erit deus et Trophonius? nostri quidem publicani, cum essent agri in Boeotia deorum immortalium excepti lege censoria, negabant immortales esse ullos, qui aliquando homines fuissent.*

est sociis populi Romani ius fuisse sacrificandi in Capitolio donumque ibi ponendi (v. vol. I p. 113, item n. 587. 588. 589; *röm. Forsch.* 1, 347) quo iure cum alii Boeoti tum Thisbaei ante usi sint necesse est, cum socios Boeotos diserte appellet Livius (42, 40, 6). Iam Thisbaei petunt, ut aurum ad eam rem collatum, quamquam per deditionem et ipsum factum publicum populi Romani, nihilominus sibi reddatur, ut dono perfecto denuo sociorum ius illud usurpent et ea ipsa re societas denuo confirmetur.

Capitibus duobus quae sequuntur sexto (v. 35—40) et septimo (v. 40—45) arte coniunctis cavetur de Thisbaeis partis Macedonicae ducibus aut Romae detinendis aut certe a patria arcendis, sic fere ut post bellum Persicum per universam Graeciam factum esse scribit Polybius (30, 13 [10]; cf. Liv. 35, 31). Tota res permittitur praetori urbano, neque alii ulli permitti potuit, cum et consules et praetor peregrinus ab urbe abessent[1]). Apud eum nomina edita sint necesse est eorum, a quibus adversarii sibi timerent; edita autem sunt omnino a Thisbaeis Romae morantibus, ut in simili re diserte ait Polybius l. c. Praetor, qui edicto eos adesse iubet, sine dubio is ipse est[2]). Recte autem Foucartus ex verbis senatusconsulti collegit plerosque eorum, de quibus agatur, eo tempore Romae aut certe in Italia egisse, scilicet adductos eo, postquam C. Lucretius oppido potitus est. Hos igitur praetor urbanus pro re aut domum dimittet aut in urbe Roma oppidisve Italiae detinebit, quoad ei successoribusve eius e re publica esse videbitur. Qui eorum ex Italia domum rediissent vel omnino in Italiam non venissent, eorum nequiquam citatorum nomina senatus iubet cum praetorem edere consuli eo tempore Macedoniam provinciam obtinenti, ut in eos animadvertat (hoc enim videtur significari Graecis verbis *περὶ τούτων νοῦν προσέχῃ* Latine magis quam Graece accipiendis) et maxime curet, ne locum quem antea in patria obtinuerunt recipiant.

Capite octavo (v. 46—49) et nono (v. 50—52) item coniunctis statuitur de mulieribus tribus Thisbaeis, quas C. Lucretium apparet in carcerem coniecisse duas Xenopithidem et Mnasidem Chalcide, tertiam Damocritam Thebis. Eae iubentur dimitti, ut Thisbas ne redeant. Deinde cum earum nomine postulatum esset, ut de iniuria sibi illata apud praetorem agi iis

---

[1]) Foucartus p. 44 apte comparavit locum ex epistula proconsulis Q. Fabii Maximi C. I. Gr. 1543: Τιμόθεον δὲ Νικία … ἐ[κέλευσα] προάγειν εἰς Ῥώμην, ὁρκίσας ἐφ᾽ ᾧ τῇ νουμηνίᾳ τοῦ ἐν[εστῶτο]ς ἔσται ἐκεῖ καὶ ἐμφανίσας τῷ ἐπὶ τῶν ξένων στρατη[γῷ, ὅπω]ς ἂν μὴ πρότερον ἐπάνεισι πρὸς οἶκον, ἐὰν μὴ …… et inde effecit eam curam ad praetorem peregrinum maxime spectavisse. Etiam Boeckhius in commentario l. c. monuerat praetorem peregrinum intellegendum esse apud Polybium, ubi ait (32, 9, 5) ut sibi liceret in urbe manere Scipionem et Fabium a praetore impetravisse. Quae ut probabiliter posita sunt, ita non impediunt, quominus Q. Maenio sors urbana obtigerit, quoniam supra vidimus eum item vices fecisse praetoris peregrini.

[2]) Ad C. Lucretium quomodo Foucartus hoc referre potuerit, non perspicio. Immo res exulum, quatenus in Italia peragenda est, praetori urbano committitur, quatenus in Macedonia, consuli.

liceret, senatus eam rem ampliat, donec de ea re C. Lucretium audierit, ut satis appareat feminas eum ipsum in iudicium vocaturas fuisse. Res de qua queruntur Thisbaei quamquam ignota est, in universum quo pertineat satis perspicitur. De Lucretio quae Polybius Liviusque exposuerunt, temporum iniuria perierunt; sed summam rem hic comprehendit verbis his 43, 4: *lenitas praetoris ... eo gratior plebi patribusque fuit, quo crudelius avariusque in Graecia bellatum et ab consule Licinio et ab Lucretio praetore erat. Lucretium tribuni plebis absentem contionibus adsiduis lacerabant, cum rei publicae causa abesse excusaretur: sed tum adeo vicina etiam inexplorata erant, ut is eo tempore in agro suo Antiati esset aquamque ex manubiis Antium .... duceret.* Post alia deinde c. 7. 8 enarrat Chalcidensium de Lucretio querimonias, in his *templa omnibus ornamentis spoliata, compilataque sacrilegiis C. Lucretium navibus Antium devexisse, libera corpora in servitutem abrepta, fortunas sociorum populi Romani direpta esse .... Accersere in senatum Lucretium placuit, ut disceptaret coram purgaretque se: ceterum multo plura praesens audivit quam in absentem iacta erant.* Denique tribuni plebis duo diem ei dicunt eumque quinque et triginta tribus omnes decies aeris condemnant. — Talia cum Chalcidenses passi essent, consentaneum est Thisbaeis cum non magis pepercisse, maxime qui essent partis Macedonicae; nam eius partis fuisse credo mulieres illas cum Foucarto, quod Thisbas regredi vetantur, neque obstat, quod Thisbaei qui in fide manserunt causam earum in senatu agunt, cum praesertim mulieres sint. Praetor intellegitur omnino inter cives et peregrinos[1]); nam secundum ordinem iudiciorum civis Romanus eo tantum a peregrino in ius vocari potuit[2]). Δίκη ὕβρεως Graeco vocabulo legitimo ad Romanum expresso actio est iniuriarum, non publica postea demum lege Cornelia introducta, sed antiquissima privata, quae etiam contra magistratum intendi potuit, si quid fecisset non iure magistratus, sed odio privato. *Nec magistratibus*, Ulpianus ait (Dig. 47, 10, 32), *licet aliquid iniuriose facere: si quid igitur per iniuriam fecerit magistratus vel quasi privatus vel fiducia magistratus*[3]), *iniuriarum potest conveniri. sed utrum posito magistratu*

[1]) Ipsum Lucretium intellegit Foucartus perperam, 'contra praetorem' vertens quod verti debuit 'apud eum'.

[2]) Scilicet versamur in iis temporibus, quibus nominis deferendi privato ius nondum erat neque erant quaestiones privataeque accusationes ullae. Sane de tali delicto etiam publicum iudicium fieri poterat, ut propter similes iniurias Chalcidensibus illatas C. Lucretius per tribunos plebis plebisque concilium multatus est; at eiusmodi iudicium ut propter privatum fieri poterat, ita non per privatum, neque ad id senatusconsultum pertinet.

[3]) Id quo perveniat, optime demonstrat idem auctor Dig. 9, 2, 29, 7, ubi actionem ex lege Aquilia dat etiam contra magistratum, qui pignus ceperit non ex lege, quamvis ex lege se capere putarit. Scilicet ea actio culpam tantum requirit. Quare quamquam *quae iure potestatis a magistratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent* (Dig. 47, 10, 13, 6), si quid magistratus qui fuit in magistratu contra ius dolo malo fecisse convincitur, quamquam fecit pro magistratu, iniuriarum condemnetur necesse est.

an vero et quamdiu est in magistratu? sed verius est, si is magistratus est, qui sine fraude in ius vocari non potest, expectandum esse, quoad magistratu abeat. Itaque si mulieres hae C. Lucretium post imperium depositum in ius eduxissent ad praetorem peregrinum iniuriarum nomine et recuperatoribus ab eo praetore sibi datis planum fecissent contra ius dolo malo a C. Lucretio se in carcerem coniectas esse aliasve iniurias passas[1]), condemnari reum oportuit. Iniuriarum autem iuris privati actionem iuris consulti non ignorant duplicem fuisse, alteram legitimam, poenam habentem aut talionis aut pecuniae certae, alteram moribus introductam (Paul. sent. rec. 5, 4, 7) et deinde in edictum praetoris receptam aestimatoriam. Ita Gaius 3, 224 postquam de illa dixit ita pergit: *sed nunc alio iure utimur: permittitur enim nobis a praetore ipsis iniuriam aestimare* et quae sequuntur. Quapropter actio determinatur in senatus consulto additis verbis *ἐπὶ ἀξίαν, in aestimationem.* Inde iureconsulti quamquam de ipsa re nihil addiscent, quantivis facient hoc didicisse actionem iniuriarum aestimatoriam ipso saeculo urbis sexto in usu fuisse. Rerum autem Romanarum studiosi ita confirmatum habebunt, quod dudum nosse poterant, sed nihilominus multi ignorabant, licuisse unicuique sive civi sive peregrino magistratum propter id, quod in magistratu commisisset, in ius vocare ut alio iudicio privato, ita furti quoque et iniuriarum. Quid quod universa repetundarum quaestio orta est ex furti actione vel potius ex condictione furtiva iuris privati. — Senatus ut permittat eiusmodi actionem intendere, sane leges non requirunt; sed qui tum erat status rei publica Romanae, eiusmodi consultum nisi praecessisset, homo peregrinus reum ordinis senatorii in iudicium vocavisset cum sua pernicie potius quam illius. Plane similiter anno praecedente Hispani nixi genibus ab senatu petierant, ut de pecuniis captis praetorem in ius vocare liceret, idque cum impetravissent, recuperatoribus sumptis eum damnarant (Liv. 43, 2). — Ad C. Lucretium ut redeamus, quo tempore hoc senatus consultum factum est, mense Octobri a. 584 dudum is ex Macedonia redierat; nam iusto tempore successorem accepit nec probabile est post idus Martias a. 584, quo imperium finitum erat, diu eum pro praetore classi praefuisse. Sed ipsum Livium supra vidimus referre aliquamdiu eum latuisse Antii falso excusatum, tamquam rei publicae causa abesset, et eapropter senatum causam Chalcidensium ampliasse, donec adesset. Quae omnia etiam ad Thisbaeorum querimonias recte referemus sine dubio simul fere tractatas.

Capite decimo (v. 53—56) agitur de societate frumenti et, ut videtur, olei, quae Thisbaeis fuerit cum Gnaeo homine Pandosino, id est, ut supra p. 289 vidimus, Italico. Societas ea (nam alia res vocabulo quod est *κοινωνία* significari non potuit) talis fere fuit, qualem describit Ulpianus (dig. 17, 2. 52, 2), ubi *agrum politori damus in commune quaerendis fructibus*; quae politiones quomodo fieri debeant, Cato de re rust. 136. 137 enarrat (cf. Plinius

[1]) De stupro Foucartus cogitat, neque id iniuriarum actione non comprehenditur; sed cur de ea iniuria potissimum cogitemus, causa nulla est.

ep. 9, 37; Dig. 19, 2, 25, 6). Easdem lex Solonica admittit, ut Pollux ait 7, 151: *ἐπίμορτος γῆ παρὰ Σόλωνι ἡ ἐπὶ μέρει γεωργουμένη, καὶ μορτὴ τὸ μέρος τὸ ἀπὸ τῶν γεωργῶν· τὸ δ' ἐπὶ τῷ τετάρτῳ μέρει νέμεσθαι τετραχίζειν.* Eiusmodi contractum res pnblica Thisbaeorum cum homine Italico ita facere potuit, ut fundos suos ei arandos traderet ea condicione, ut frumenti oleique certa pars ad se pertiueret. Videtur igitur Gnaeus fuisse ex numero aratorum Italicornm in provinciis versantium; qui quamquam solum quod arabant saepe suum fecerant, nihil impedit, quominus etiam conductiones eius generis vel si magis placet societates inierint et sic in alieno ararint. Iam post deditionem cum ex contractu illo agendi ius summo iure ad Romanorum rem publicam magis spectaret quam ad Thisbaeorum licet restitntam, eo Gnaeus ne se defenderet, Thisbaeis ins de eo negotio iudicis sumendi senatus hoc decreto confirmavit. Sane haec non tam dico ita evenisse quam potuisse ita evenire; nam plns in talibus qui sibi sumeret, ineptus foret.

Caput extremum (c. 56—60) explanavit Foucartus p. 57 collata clausula simili senatns consulti de Iudaeis (Ioseph. ant. Iud. 13, 9, 2): *ὅπως αὐτοῖς πρός τε βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους γράμματα δῶσιν εἰς ἀσφάλειαν τῆς εἰς οἶκον ἐπανόδου.* Expectes sane v. 57 *αὐτοῖς* pro Θισβεῦσιν, sed similia parum diligenter scripta etiam alibi in senatnsconsnlto offendimus, et recte legati Thisbaei Roma domum navi ita reverti potuerunt, nt appellerent Naupactum, quod oppidum tum Aetolorum erat, et Anticyram in Phocide. Cum commendaticiae non petantur nisi legatis Thisbaeorum, mire conceduntur et Thisbaeis et Coronaeis, qui Coronaei praeterea in toto senatnsconsulto non nominantur. Accedit, qnod teste Livio eo ipso anno, quo Coronea capta est, eorum causa in senatu acta est, ut multo ante de iis quam de Thisbaeis senatus decrerit[1]). Quare legati Coronaei, de quibus hoc loco agitur, si sunt ipsi ii, qui post expngnationem causam eius rei publicae in senatu peregerant, aliquamdiu post primum decretum in urbe morati sint necesse est; at potest fieri, ut alii sint Romam profecti una cum Thisbaeis pro vicinis suis deprecaturi. Sed cum vera causa inveniri nequeat, plus minus verisimilibns in re nullius momenti lectorem non morabimur.

1) Livius 43, 4, 11 ad a. 584: *decreverunt eadem de Abderitis, quae de Coronaeis decreverant priore anno.* Foucartus p. 58 nescio quomodo sibi persuasit in anno Livium errasse et anno demum 584 senatum tam de Thisbaeis quam de Coronaeis statuisse. At quamquam probabile est eodem fere tempore, scilicet autumno a. 583, consulem Licinium Coroneam expugnasse et praetorem Lucretium Thisbas recepisse, non mirum est de Coronaeis omni genere suppliciorum affectis, ut res et Graecorum et ipsius senatus indignationem moveret, diu ante senatum tractavisse quam de Thisbaeis mitiorem vel certe minus crudelem victorem expertis. Nec propter locum senatus consulti plane obscurum a Polybiana narratione optime cohaerente discedendum est. Verum est in periocha Livii libri 43 expugnationes complurium in Graecia urbium *proconsuli* Licinio adscribi; at ea neglegentissimi scriptoris narratio cedat necesse est iis quae ex ipsis Livianis reliquiis universoque rerum ordine certissime colliguntur, scilicet Crassum non diu pro consule copiis praefuisse, Coroneam autem eum expugnavisse consulem, non pro consule.

INDICES.

Numeri nude positi ad inscriptiones remittunt, ad paginas ubi remittitur, praescribitur p.

NOMINA COGNOMINAVE in indice secundo perscripta litteris quadratis virorum sunt ordinis senatorii.

( ) in indice primo quae inclusa sunt intra similes uncinos, ea in inscriptionibus leguntur aut casu obliquo aut forma a posterioris aetatis usu nimis recedente.

[ ] in indice secundo qui comprehenduntur numeri, eo significatur eorundem hominum etiam nomina comparere.

nom. = nominativus.

gen. = genetivus.

praen. = praenomen.

mul. = muliebre.

I. VOCABVLA TITVLORVM ANTIQVISSIMORVM.

(ad p. 7—31. 154.)

accumnlavi 2
Acila 168^{b}
(Achilles) Aciles 168^{a}
M. Acuti C. f. 25
(aedilis) aidile 3; aid. cur. 4; aid. pl. 4
(Aesculapius) Aisclapi 5 *gen.*
L. Aguti 27
(Agamemno) Acmemeno 19
Ov. Afaries Ov. 132
Sex. Afilius T. f. 26
Aguti v. Acuti
Aiax 22
  Aiax Ilios 19
(Alcmena) Alcumena 22
amucos 18
C. Ancili T. f. 28
L. Anicio 29
  Maio Anicia C. f. 30
(annus) annoru 1 *gen.*
C. Antonio M'. f. 31.
Apolo 21
Aracilia C. f. 32
*Aris 57
K. Atilio $12^{a\,b}$
Atlia A. l. Lais 33
L. Auli 34
  L. Auli L. l. 35
  Aulia 36
  Aulia C. f. 37
V. Caici 38
  V. C(aici) 38
cailavit 24
P. Caisi 15
Ov. Caisidis Ov. 133
(Cales) Calebus $8^{a\,b\,c}$; Calenos 7^{a}, Caleno 9, Calenu 7^{b}
C. Cameli C. f. 39
  Camelia 40
  Camelia C. f. 41
L. Canoleios L. f. 7^{a}
  [L.] Canolein [L. f.] 7^{b}
L. Caro 42
Casia 168^{b}
Castor 18
  [C]astor 20
Ceisia 168^{b}
A. Cepolei M. f. 43
*Cest. 86
  C. Cest. 45
  [.. Ce]stio C. f. C. n. 44
  Cestia Q. f. 46
C. Cincio 3
  Cincia C. f. 47
  Cinsi *gen.* 111
Co[e]ra 6
Colionia M. f. 48
C. Comeniai K. f. 49 *gen.*
C. Comio Pes. f. 50
No. Comni No. 135
Tert. Coriaria 51
C. Cra. P. f. 52
  Tirri Craisli Tir. f. 53
Creisita 168^{a}
Mino Cumia L. f. 54
cur. *v.* aid. cur.
Diana 21
C. Dindi 55
  Cn. Dindi Cn. f. 56
  Gn. *Dindindi *Aris l. f. 57

L. Diudio L. f. 58
Dindia (*praen.*) Macolnia 17
(do) dedit 17
Doxa 19
ebrios 19
eisdem *v.* idem
A. Epoleius M. f. 59
M. Epoleio C. f. 60
M. Epuleius M. f. 61
Etrilia M'. f. 62
E[tr]ilia L. f. Longa 63
Maria Fabricia 64
(facio) fecit 7$^{a\ b}$. 8$^{b\ c}$. 10; fecid 17; *fecet 8^{a}
L. Feidenati L. f. 65
(filia) fileai *dat.* 17
filios 23
C. Flavio L. f. 66
P. Flavi P. f. 67
Fortuna 21
M. Fouri 68
...Gabiuius L. f. 10
C. Gabinio... T. n. 9
L. Gabinio 11
Retus Gabinio C. s. 8^{a}
Retus Gabiulo C... 8^{c}
[R]etus Gabiuius C. s. 8^{b}
Gaia *praen.* 49. 69
Sex. Gemiuio Sex. f. 70
Gemiuia C. f. Cu. Vatroni uxor 71
Gmiuia M. f. 72.
....o Gesia 73
Gminia *v.* Geminia
*F. Grecia 128
[H]elena 168^{a}
(Hercules) He[r]cle.. *nom.* 168^{c}
(idem) eisdem *nom.* 4
Ilios *v.* Oileus
*Istor 19
Iunio 168^{b}
L. Iunius C. f. 74
Petroni Iunia 93
Iuno 21
(Iupiter) Iovos *nom.* 21;
..Labeoni ... 75
Lais [33]; Lavis 19
Laonmeda 19
*lapi 14
Leiber 21
(lex) leces 19
(loco) lo[c]avit 4
Longa [63]
L(ucia) 91
Loucilia 168^{b}
Lucus 168^{a} *equus*
(Lycurgus) Luqorcos 23
Diudia Macoluia 17
Q. Magolni L. f. L. n. 76
S. Mag.... 77
Mai. *praen. gen.* 78
Maio *praen. mul.* 30. 121. 127
Tr. Mamio Mai. f. 78
L. Manici M. f. 79
N. Maraies N. 136
Maria *praen.* 64
Mars 21
Marsuas 24
Mino Matlia 80
med. 17
Mercuris 21
Metio 168^{b}
Min(atius) *praen.* 137
(Minerva) Menerva 21
Mino *praen. mul.* 80
Novieia L. f. 82
Novios *praen.* 17
Nu(merius) 19; N(umerius) 136
C. Octavi L. f. 83
Octavia Q. f. 84
(Oileus) Ilios 19
M. Opio M. f. 85
P. Opio Cest. 86
Opia L. f. 87
Q. Orcuius Q. l. 89
Orcevia C. f. 89
....Orcivius 34
Oreste 168^{a}
Ov(ius) *praen.* 132
Pacilia A. f. 90
Paiuiscos 24
L. *Papia 91
pater poumilionum 20
Petroni (*gen.*) 93
L. Ptronio C. l. 92
Vibis Pilipus 24
Pilonicos Tasei filios 23
Tr. Platorius Tr. 134
L. Plautio M. f. L. n. 94
Novios Plautios 17
(plebs) aid. pl. 3; pleib. 3
(poculum) pocolo 6 pococolom 5
Poldia C. f. 95
(Pollux) Polouces *gen.* 18
C. Popili 13
poumilionom *gen.* 20
(probo) prob(avit) 4; probav[e]r. 3
Ptrou- *v.* Petron-
C. Pullius L. f. 96

P. Puli L. f. 97
Q. Pulius L. f. 98
Tr. Pupi M. l. 99.
Retus *praen.* 8ᵃ ᵇ ᶜ
Romai 17
...[R]osci C. f. 100
L. Samiari C. f. 101.
...Satricani L. f. 104
C. Satricani K. f. 102
K. Satricani K. f. 103
M. Saufeius C. f. 105
Saufeia 107
Trtia Saufia 108
*Seci 168ᵃ
L. Selicio Nu. f. 109
M. Selicius C. f. 110
Servia M. f. Ciusi uxor 111
Setio 168ᵇ
Silanus 19
Simos 168ᵃ
C. Soies Min. 137
*Soresios 19
L. Tampio 113
M. Tampi C. f. 114
M. Tamp. M. f. 115
C. Tapio Sex. l. 112
Taseos 23; *gen.* Tasei 23
Telis *v.* Thetis
Q. Terebuni M. f. 116
Terentia C. f. 117
Tert(ia) 51; Trtia 108
(Thetis) Telis 22
Tirri *praen.* 53
Titia P. f. 118
Titoleiai M. f. 119*gen.*
V. Tondi M. l. 120
Tondrus *v.* Tyndareus
Tr(ebius) *praen.* 99. 134
Maio Tutia Q. f. 121
(Tyndareus) Tondrus 168ᵃ
V(ibius) *praen.* 38. 120. 123. 138
Vatronius 122
Cn. Vatroni *gen.* 71
V. Vatronius 123
Vehilia M. f. 124
Ve[l]iturus 4
Vetteiai T. f. 125*gen.*
Vibis Pilipus 24
Victoria 21
L. Villius V. f. 138
Maio Volentilia 127
C. Volutili C. l. 126
uxor 71. 111
.... ricania 129

II. NOMINA ET ARGVMENTA TITVLORVM RECENTIORVM.

(p. 33—54. p. 154—186.)

*Aburius [Cres]cens 142
Acces Licirui 141 (*Intercatiensis*)
Acilius v. Roma, compitum Acili Actium *Sept.* 2 *p.* 37
P·AELIVS Q·[F·P·N·PAETVS] (cos. a. u. 553) *p.* 43
aedilis v. Pompeii
L. Aemilius L. fil. Celatianus 295
M. Aemilius M. f. Tuscus 292
AEMINIVM oppidum: *Aeminiensis *p.* 183 *ad* II, 2559
Aephebus *v.* Ephebus
Aepictetus *v.* Epictetus
aerarium *v.* Pompeii
(Agathemer) Acathemer [208]
Agla.... 284
L. Albucius 160
L. Albucius Celsus 152. 159
Q. Allius Maximus 139
Q. *Talotius Q. f. Allius Silonianus 139 (*Collipponensis*)
Ammedus 141
Ammius Caenecaeni 141
Amp. [226]
M. Ampliatus 196
Amplus 165
Ἀμφίμαχος 231. 232
Anenus Ammedi 141
C. *Annius Seurus 293ᶜ (*Caleculensis*)
Annia C. f. Rustica 293ᵃ ᵇ
M. Ant. Iap.... 209
ANTONINVS PIVS *v.* imperatores
(Apollo) Apollini *p.* 38 *Sept.* 23. *p.* 40 *Oct.* 9; Apollini Aug. 295

AQAE VOCONIAE?: tribus Quirina 295; decuriones 295
*Aquila [259]
aquila v. legio VII g. f.
archimimus 283
architectus 274
armilustrium p. 40 Oct. 19
Arvales: magister frat(rum) Arval(ium) p. 33
[SEX·] ATILIVS M·[F··· N]·SERRANVS (cos. a. u. 618) p. 154
Aventinus v. Roma
AVGVSTVS v. imperatores
Augustalis v. Barcino
[C·A]VRELIVS [C·F·C·N·COTTA] (cos. a. u. 554) p. 43
M. Aurelius Victorinus M. f. 143
Aurelius Marcellinus 143
Aurelia Sabina 143
Balbus [163]
BARCINO: IIIIIIvir Augustalis libertus 144
[Ben]ignus [182]
[B]occhus [291]
Bodus deus 294
Bruttius Balbus 163
C. Ca.... 156
L. Caecilius L. l. Cres[cens] 144
Caecilia L. l. Pieris 144
Caenecaenus 141
CAENINA oppidum: de Caeninensibus triumphatur p. 157
L. Caes(ius) 147
CALECVLA oppidum: Caleculensis 293ᶜ
CAL[LAICVS] [p. 154]
[Q·C]ALPVRNIVS C[N·F...N·]PISO (cos. a. u. 619) p. 154
T. Calpurnius *Aquila 259
Calvisius Narc[iss]us 210
Calvos 151
campus v. Roma
Candidus 229
Capella 153
Capitolium v. Roma
carmina 166. 167. 168. 270
CARTIMA oppidum sacerdos perpetua d(ecreto) d(ecurionum) m(unicipii) C(artimitani) 140
Casellius 164
M. Casellius 160
M. C(asellius) M(arcellus) 151
(M. Casellius) Marcellus 155
C. *Ccustius Acathemer (gen. Acathemeris) 208
Celatianus [295]
Celsus [152. 159]
chortis v. cohors
Cilo [146ᵇ]
circus v. Roma
Cissonius 269. 282. 289
L. Claudius 203
M. Claudius 203.
[M·CLAVDIVS M·F·M·N·MAR]CELLVS (cos. III. a. u. 540) p. 43
TI·CLAV[DIVS P·F·TI·N·NERO] (cos. a. u. 552) p. 43.
[AP·CLAVDIVS P·F·AP·N·PVLC]HER (cos. a. u. 542) p. 43
Clymene 275
M·COCCEIVS (cos. p. Chr. 71) 177
cohors VI praetoria: evocatus (Antonini Pii) chortis VI praetoriae 139
COLLIPPO respublica 139; IIviri 139. ordo Collipponeusium, decuriones, decurio (factus) honorario et muneribus et oneribus r. p. 139; tribus Quirina hominis Collipponensis 139
collis / comitium } v. Roma
compitum Acili v. Roma
convictores 293ᶜ
FAVSTVS CORNELIVS (cos. p. C. 52) 176
[L. C]ornelius L. f. [B]occhus 291
L. Cor(nelius) H(ermeros) 198
CN·CORN[ELIVS L·F·L·N·LENTVLVS] (cos. a. u. 553) p. 43
[P·CO]RNEL[IVS CN·F·L·N·SCIPIO NASICA] (cos. a. u. 563) p. 158. III
[C. Co]rnelius Volte[iau]us 146ᵃ
Corn[elia] Prima 146ᵇ
COR[VVS] [p. 158. II]
M. Cosconius Saturninus 205
Crescens [142. 144]
Cresces 272. 274. 276. 278. 289
Crome 284
Cusonia v. Qusonia
Q. D..... Cilo 146ᵇ
dedicatio 140; I. o. m. 145; dedicatio facta Apollini Aug., honori memoriaeque hominis privati 295; basis dedicata divo Antonino Pio 139
*Δάμων 235
Domitt.... 203
decuriones v. Aquae Voconiae, Cartima, Collippo
duoviri v. Collippo

Εἰρηναῖος [244]
IVLIA EMONA colonia 143
EMPORIAE oppidum: tribus [G]al(eria) 146
*Ἐπαφρόδιτος 233. 234
(Ephebus) Aephebus 273. 281
*Epictetus 183
*Ae[pictetus] 186
epulum Iovi p. 38 Sept. 13 p. 40 Nov. 13; epulum a sacerdote provinciali datum 140
equorum probatio p. 40 Nov. 14
ETRVSCI: de Etrusceis triumphatur: p. 158 II
evocatus stip(endiorum XV 143; evocatus (Antonini Pii) chortis VI praetoriae 139
Εὔρυτος 236—243
[Q· FABIVS Q·F·Q·N·MAXI]MVS (cos. IIII. a. u. 540) p. 43
[Q· FABIVS Q· F· Q·N·MAXI]MVS (cos. a. u. 541) p. 43
Fausta Felicitas p. 40 Oct. 9
K(al.) Februares (acc.) 290
Felix [154]
feriae p. 37 Sept. 3; feriae ex s(enatus) c(onsulto) p. 35 Aug. 1 p. 37 Sept. 2
Iovi p. 35. 38 Sept. 13 p. 40 Oct. 15 Nov. 13
Opi Cousiviae p. 35. 37 Aug. 25
Volturno p. 35. 37 Aug. 27
Feronia p. 41 Nov. 14
Festa [295]
Fides (dat. Fidi) p. 39 Oct. 1.
*M. Firmus 161
FLACCVS [p. 43. 154]
FLAISICVM magistratus 141
flamen provinciae v. Hispania
Florus [142]
formulae sollemnes: h(ic) s(itus) e(st) 292; hic sita (situs) e(st) s(it) t(erra) l(evis) 293[a c]; hic (situs) sita e(st) sit tibi terra levis 143. 293[b]; l(oco) d(ato) d(ecreto) d(ecurionum) 295; v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito) 142. 294
Fortuna primigenia p. 41 Nov. 14
Fortunata [267]
Frequens [172]
mul. Frugi [146[a]]
[C · FVL]VIVS C · F · C · [N ·] FLACCVS (cos. a. u. 620) p. 154
[Q· FVLVIVS M · F · Q· N · FLAC]CVS (cos. III. a. u. 542) p. 43
M · FVLVIVS · M · [F ·SER·N·NOBILIOR] (procos. a. u. 563) p. 158. III
[Q· FVLV]IVS · M · F · M · N · [NOBILI]OR (cens. a. u. 618) p. 154
g(arum) 182—187; gar(um) cast.... 188. 267; g(arum) socciorum 189
Galeria v. tribus
Gavia 253. 254
Gavia Seve.... 256
Gavia Severa 257. 258
GEMINVS [p. 43]
Genialis 152
Genius publicus p. 40 Oct. 9
[GRAC]CHVS [p. 43]
habiat 275
(N.) Herennius (Celsus) 154
Hermeros [170. 198]
HISPANIA [CITERIOR] p. 35 Aug. 2; Hi[spania citerior] p. 158. III; flamen provinciae 291
honorarium 139
[C·HO]STILIVS [A·F·L·N·M]ANCI[NVS] (cos. a. u. 617) p. 154
Ianuaria [218]
Iap.... [209]
hospitium 141 — tessera hospitalis 141
imperatores:
AVGVSTVS: imp. Caesar p. 37 Sept. 2; imp. Caes(are) XIII. cos. 141; Caesar Augustus p. 37 Sept. 3; imp. Caes. Aug. pont. max. p. 38 Sept. 23
VESPASIANVS: imp. Vespasiano III. cos. 177; imp. Vespasiano IV (cos.) 178
ANTONINVS PIVS: divo Antoniu[o] Aug. Pio p. p., optimo ac sanctissimo omnium saec[u]lorum principi 139
L · VERVS: imp. Cae[s.] L. Aurelio Vero Aug. III. cos. 139
Cae(sar?) 211
Infantio 152
INTERCATIA Vaccaeorum: Intercatiensis 141
[D · I]VN[IVS M · F · M · N · BRVTVS qui postea] CAL[LAICVS appellatus est] (cos. a. u. 616) p. 154
L. Iunius Hermeros 170
[I]unius Victo[r] 145
(Iuno) Iunoni curriti p. 39 Oct. 7; Iunoni Reginae p. 37 Sept. 1
(Iupiter) Iovi p. 37 Sept. 1; Iovi epulum p. 38 Sept. 13 p. 40

Nov. 13; feriae Iovi p. 34 *ad* I p. 375 p. 35 p. 38 *Sept.* 13 p. 40 *Oct.* 15 *et Nov.* 13; Iovi fulguri p. 39 *Oct.* 7; I. o. m. 145; Iovi tonanti p. 37 *Sept.* 1
Ladicula 279
legio III. Aug.: [tribunus] mil. leg. III. Aug. 291
VII gemina felix: natalis aquilae 145; vexillatio leg. VII g. f. 145; centurio leg. ei[u]sd(em) 145
Λικίνιος Εἰρηναῖος 244
Licirnus 141
liquamen 190—193
*Lub. 216
ludi *p.* 38 *Sept.* 5 *p.* 40. *Oct.* 27—29. 31. *Nov.* 12; ludi in circo *p.* 40 *Nov.* 1; ludi Romani *p.* 38 *Sept.* 4; ludi Victoriae Sul[lanae] *p.* 40 *Oct.* 26
Lu[r(ius) F]lorus 142
Lutatius 212
C. M. Amp. 226
dei Manes 143
[M]ANCI[NVS] [p. 154]
Marcelinus [143]
[MAR]CELLVS [p. 43]
Marcellus 158. [151. 155]
theatrum Marcelli *v.* Roma
(Mars) Martis p. 157 *bis*; Marti p. 38 *Sept.* 23
MARSI, de Marseis triumphatur p. 158 II
[MAXI]MVS [*p.* 43 *bis*]
Maximus [139]
mel thyminum 256
merkatus *p.* 38 *Sept.* 20. 23
Μεττουμήδης 247
Q. M[INVCIVS Q. F. L. N. THERMVS] (procos. a. u. 559) p. 158 III
muria 194
myrris 253
Narcissus 213 [210]
Neptunus *p.* 38 *Sept.* 23
Nia... ti (*gen.*) 185
[NOBILI]OR [p. 154]
notae dierum p. 34
Obana dea 142
oleum 230
oliva 196. 199
Olympionica 151
(Ops) feriae Opi p. 35; Opi [Consiviae] *p.* 37 *Aug.* 25; Opi Opiferae *p.* 35 *Aug.* 23
OTHO [176]
Ovidius 157. 162
PALANTIA: civitas Palantina 141; tesseram hospitalem facit cum homine Intercatiensi 141
Palatium *v.* Roma
L. Papinius 173
P. Paquius Proculus 158
PHILIPPVS (rex Macedoniae) p. 158 III
Pieris [144]
PISO [p. 154]
vir. Planta [171]
Πολύδοκος 248
POMPEII: r(es) p(ublica) 165; aed. 148. 150. 151. 152. 154. 159. 160. 162. 164. 165. aed. v. a. s. p. p. 155; IIvir i(ure) d(icundo) 158. IIvir gen. (?) hic aerarium conservabit 163; aerarium 163
PONTVS: rex Ponti devictus *p.* 35 *Aug.* 2
Popidius 148
M. POR[CIVS M. F CATO] (procos. a. u. 560) p. 158 III
Porcia Festa 295
Q. Post. 208
Prima [146[b]]
PROCVLVS 204
Proculus [158 216]
PVLCHER [p. 43]
PVTITVS [p. 42]
puveris 269
Pyramus 151. 164
QVADRATVS [139]
[T]. QVINC[TIVS T. F. L. N. FLAMININVS] (procos. a. u. 560) *p.* 158 III
Q(uintus) 275
Quirina *v.* tribus
Quirinus *p.* 35 *Aug.* 23
quoi (*dat.*) 168
*Q(usonia) Fru[gi] 146[a]
Regia *v.* Roma
Restitutus 288
ROMA: Aventinus p. 37 *Sept.* 1; campus *p.* 35 *Aug.* 23 *p.* 38 *Sept.* 23 *p.* 39 *Oct.* 7 *p.* 41 *Nov.* 14
Capitolium *p.* 37 *Sept.* 1 *p.* 39. 40 *Oct.* 1. 9
circus *p.* 40 *Nov.* 1. 15—17
collis *p.* 35 *Aug.* 23 *p.* 41 *Nov.* 14
comitium *p.* 35 *Aug.* 23
compitum Acili *p.* 39 *Oct.* 1
forum [Caesaris] *p.* 39 *Sept.* 26
forum holitorium *p.* 35 *Apr.* 23
Palatium *p.* 40 *Oct.* 9

Regia *p.* 37 *Aug.* 25
porta Collina *p.* 35 *Apr.* 23
theatrum Marcelli *p.* 38 *Sept.* 23
ROMVLVS MARTIS F · REX p. 157
Rustica [293ᵃ ᵇ]
Sabina [143]
Sabinio 286. 287
L. Sabinius 214
C. [S]a[b]inius Planta (*gen.* Plantaes) 171
sacerdos perpetua *v.* Cartima
L · SALVIVS OTHO (cos. p. C. 52) 176
Saturninus 215 [205]
Scaurus 183. *184. 185—187. 190. 193 *bis.* 255
SCIPIO NASICA [p. 158 III]
scomber 183—188. 190. 255
*Scrib[o]nius [Beni]gnus 182
[TI · SEMPRONIVS TI · F · TI · N · GRAC]-CHVS (cos. a. u. 539 II. 541) *p.* 43
Σίρατις 249. 250
SERRANVS [p. 154]
M · SERVI[LIVS C · F · C · N · PVLEX GE-MINVS] (cos. a. u. 552) *p.* 43
Seubulio 277
Severa [256. 257. 258]
Sev[e]rus [293ᶜ]
SICILIA *p.* 37 *Sept.* 3
Silonianus [139 *bis*]
P. Sittius Proculus 216
Situllina [140]
*Spatalium 276
Statia 154
*A. Stlaborius 187
M. S(tlaborius) F(elix) 227
Successus 273
(A.) Succtius (Verus) 154
[P ·] SVLPICIVS [SER · F · P · N · GALBA MAXIMVS] (cos. II a. u. 554) *p.* 53
C. Sulpicius Silonianus 139
supplicationes ad omnia pulvinaria *p.* 37 *Sept.* 3
Q. *Talotius Q. f. Allius Silonianus 139 (*Collipponensis*)
tessera hospitalis 141
theatrum Marcelli *v.* Roma
tigillum sororiorum *p.* 39 *Oct.* 1
Trebius 150
tribunus militum *v.* legio III. Aug.
tribus: Galeria 292. Emporiis 146; Quirina Aquis Voconiis 295; Collippone 139
Tuscus [292]
M · VALER[I]VS M · F · M · N · COR[VVS] (dict. II. a. u. 453) p. 158 II
[L · VALERIVS] P · F · P · N · PVTITVS (cos. a. u. 305) p. 42
Valeria C. f. Situllina 140
*Varinus 217
*VATIA 204
Veicius 294
Veiento 161
venum *v.* vinum
Venus Erucina *p.* 35 *Apr.* 23; victrix *p.* 40 *Oct.* 9
[T · VERG]INI[VS ... F ... N · TRICOSTVS] (cos. a. u. 306) *p.* 42
L · VERVS *v.* imperatores
VESPASIANVS *v.* imperatores
Vettius 157. 162
C. V(ettius) F(requens) 172
Victo[r] [145]
Victorinus [143]
vinum 230. 240; vinum Laur. (?) 195; piccatum 203. *204; Sur-(rentinum) Fabian(um) 178; *[V]es[uvinum] 220; laccatum et tinctum vetus 268
A. Umbricius Scaurus 193 *bis*
Umbricia 255
Umbricia Fortunata 267
M · VM[M]IDIVS QVADRATVS (cos. p. C. 167) 139
Volcanus *p.* 35 *Aug.* 23
Volsonia Ianuaria 218
Volte[ian]us [146ᵃ]
Volturnus, feriae Volturno p. 35. p. 37 Aug. 27
vota soluta: deo Bodo 294; Obanae pro salute et reditu hominis privati 142
Urbicus 287
.....oci (*gen.*) 184

III. ARGVMENTA COMMENTATIONVM.

M'. Acilius L. f. Balbus cos. a. u. 604 p. 288
M'. Acilius M'. f. Glabrio cos. a. u. 600 p. 279. 288
Achaiae provinciae concilium p. 207
actio iniuriam aestimatoria p. 296. 297
aedium cousecratio, dedicatio, refectio, restitutio p. 233; natales aedium *v.* uatalis
Aegyptns ab Augusto constituta p. 90 — praefecti castrorum Aegyptiacorum p. 90. 91 *not.* 92. 94
Aemilius Iuucns cos. a. p. C. 127 p. 246—249
M. Acmilius Lepidus triumviri filius p. 273
L. Aemilius Lepidus cos. a. p. C. 1 p. 57
Acmilia Lepida proneptis Augusti natu maxima p. 57. 58. 62
aerarium militare *v.* pracf. aer. mil.
Africa provincia a Constautino imp. post devictum demum Maxentium occupata p. 128 — Africae concilium et sacerdotium p. 212 sq. — legio proconsuli Africae ablata p. 61 — legatus proviuciae Africae regionis Ilippouieusum p. 131. 133
ἀγῶνες σεβαστοί p. 115
M. Agrippa p. 57. 274
alimentorum praefectura p. 134. 138
Alpes maritimae p. 206
Aucyra oppidum *v.* Galatia
M. Annius Afriuus cos. suff. a. inc. p. 241
M. Aunius Verus, M. Aurelii imp. avus p. 55 sq.
annus solis nominibus cousulum ordinariorum notari coeptus p. 136
M. Antonii triumviri uxores et filiae p. 272 sq.
Autouius Polemo sophista p. 276
M. Antouius Polemo Olbiensium dynastes p. 275
[M.] Antouius Polemo Zenonis filius p. 275
Autonia M. Antonii triumviri filia natu maxima p. 270 sq. 273 sq. 275
Apulum *v.* legio XIII gemina
Aquitaniae proviuciae sacerdotes p. 204 sq.
arca *v.* iudex arcae Galliarum
Arcbelaus ultimus Cappadociae rex p. 278
Arcbelaus filius eius p. 278
arcus triumphalis Claudii p. 120—122
Argeorum sacra sexto saeculo conscripta p. 237
Armenia minor Polemoni regi tributa p. 274
Arvalium acta: eorum litteratura et grammatica p. 78—80 — sacra iu hemerologio commemorata p. 229—240
Asia, ἀρχιερεῖς τῆς Ἀσίας p. 209—212 — Ἀσιάρχης et ἀρχιερεὺς τῆς Ἀσίας p. 210 sq. — Asiaticarum proviuciarum concilium p. 209, communia p. 208, sacerdotia p. 208—212
C. Asinius Gallus cos. a. p. C. 8 p. 254
C. Asinius Pollis cos. a. p. C. 23 p. 254
Atbeuarum urbis seuatus p. 245 — lex populi Attici saeculi p. Chr. I p. 114—117
auctores emendati vel explicati *v.* Livius, Polybius, Seneca, Suetonius
Aventini moutis aedes *v.* Iuno, Minerva
Augustus imperator σεβαστός appellatus p. 116 — eius progenies *v.* Aemilia Lepida — Autouiae domus apud eum gratia p. 275 — arae templa ei exstructa *v.* Roma, Tarraco
a(gens) v(ices) l(egati) post medium saeculum tertium nou comparet p. 99
M. Aurelius p. 55

M. Aurelius Antoninus (Caracalla) Germanicus dictus p. 134
aurum coronarium p. 215
Baetica v. Hispania Baetica
Belgica v. Gallia Belgica
Βιθυνιάρχης p. 208
Boeotia stipendiaria p. 294 — eius bello Persei regis condicio p. 290 sq. — Boeotarchae p. 291
Bosporanum regnum Polemoni regi datum p. 274, ablatum p. 276
Britannia devicta p. 121
L. Caecilius Metellus cos. a. u. 503. 507 p. 229
Q. Caecilius Mettellus Silanus Creditus cos. a. p. C. 7 p. 65
L. Caecilius Metellus Delmaticus cos. a. u. 635 p. 229 sq.
Caenina: ὕπατος Καινίνησις p. 203
Caelius mons v. aedes Minervae Captae
Calpurnius Crassus Frugi p. 149
C. Calpurnius Piso praetor a. u. 543 p. 144
C. Calpurnius C. f. C. n. Piso cos. a. u. 574 p. 144
Cn. Calpurnius Piso cos. a. u. 615 p. 145
L. Calpurnius Piso cos. a. p. C. 27 p. 150
L. Calpurnius Piso cos. a. p. C. 57, filius cos. a. 27, p. 149. 150
L. Calpurnius C. f. C. n. Piso Caesoninus cos. a. u. 605 p. 144
L. Calpurnius Piso Caesoninus cos. a. u. 698 p. 145. 149
L. Calpurnius L. f. Piso Frugi cos. a. u. 621 p. 144
C. Calpurnius Piso Frugi quaestor a. 696, gener Ciceronis p. 144
L. Calpurnius L. f. Piso Frugi cos. a. u. 621 p. 144
L. Calpurnius L. f. Piso (Frugi) cos. a. u. 739, filius cos. a. 698, p. 144. 145. 148—150
L. Calpurnius M. f. Piso Frugi Licinianus p. 148 sq.
Campaniae sacerdos p. 213
candidati imperatoris simpliciter candidati dici coepti p. 132 sq.
Capitolium, aedes Capitolina restituta p. 233, dedicata p. 235 sq., eius natalis p. 232, cura restituendi Capitolii p. 233 — in Capitolio sacrificandi donaque ponendi ius concessum sociis p. 281. 295
Capadociae reges p. 278 — Καππαδοκάρχης p. 208
Carnuntum v. legiones
Carpensis cardinalis codex p. 70, 3. 72. 76. 77
C. Cassius Longinus cos. a. p. Chr. 30 p. 63, 4. 65
Castoris aedes p. 232. 236
P. Catius Sabinus cos. a. p. C. 216 p. 143
Chalcis Euboeae urbs p. 282. 295 — Chalcidenses apud senatum de C. Lucretio praetore querentes p. 296 sq.
Ciliciae partes regibus divisae p. 276. 278 — Κιλικάρχης p. 208
circus maximus v. Iuventatis aedes
civitates liberae p. 293
Claudii patricii Iuniorum Silanorum affines p. 66 sq.
Ti. Claudius imp. p. 58. 116 — σεβαστός dictus p. 46 — arcus triumphalis ei dedicatus p. 120—122
M. Claudius M. f. Marcellus cos. a. u. 588. 599. 602 p. 280. 288
Ti. Claudius Novius Philini filius p. 219
Cleopatra Antonii triumviri f. p. 273. 276. 277
cognomina in instrumentis publicis ante a. u. 676 non inveniuntur p. 289; cognomina in *-inus* formata ab ethnicis p. 241
collega, collegium per duo *l* scribi coepta p. 79 sq.
collegium viatorum p. 80. V. quinquennales
comes Augusti p. 131. 135
comitium p. 231
conciliorum provincialium origo et et conventus p. 213 — concilia iisdem in omnibus provinciis legibus instituta p. 290 — ad concilium non omnes provinciae civitates legatos mittebant p. 214 — concilia provinciarum singularum p. 200—202. 206—214.
Concordiae aedes p. 118. 236. 240
consecratio aedificii, soli p. 233. Cf. aedes
consonantium assimilatio v. collega
Constantinus imperator Africam occupat devicto Maxentio p. 128
consules antiquitus praetores maximi

dicti p. 223 — abseotibus consulibus praetor orbaous coosulare munus sustioet p. 287 — consules ordioarii p. 136 sq. cf. annus — coosules suffecti in monomentis ooo iuscripti p. 198 — consules anoorum quorundam saecnli p. C. primi p. 189—194 — cousulatus io cursu hooorum sacerdotiis postponitor p. 130. 136. — consulatus bimestris trimestris quindrimestris *v.* nuodioa coosularia
copola inter hooores dnos io titulis aetatis melioris non poniturp. 130
P. Cornelius P. f. Dolabella cos. a. p. Chr. 10 p. 254
Faustus Cornelius Sulla Felix cos. a. p. Chr. 52 p. 187
cornicularii *v.* praefectus castrorum
Cornificiae deae domus p. 237 sq.
Coroneae oppidi bello Persico coodicio p. 283. 291. 292. 298
correctores petiti a senatu libera re publica p. 293 — correctores Italiae p. 138—141. *V.* legatus Aug. ad corrig. statom lib. civ.
Cotys Thraciae rex p. 271
Creta proviocia cum Cyreoaica coniuocta p. 212 — Κρητάρχης *ibid.*
cura viae Latioae p. 134 — curatio civitatis quaestorio mandata p. 129, io enarratiooe honorum omissa p. 133
Cyprus proviocia p. 208
Cyrenaica *v.* Creta
Cyzicos libertate privata p. 209 — templum et κοινὸν Ἀσίας Cyzici *ibid.*
Daciarum trium coucilium p. 207
Dalmatia *v.* Delmatia
decemviratus stlitibus iudicandis io honorum eoarratione omissus p. 132
dedicatio aedium *v.* aedes
deditio civitatiom p. 293
Delmatiae proviociae sacerdotium p. 207
dii conservatores p. 218
Dii Fidii aedes p. 232. 235
δικαιοδότης vocaboli notio p. 247 sq.
Diocletiani memoria damoata p. 123—128
Domitianus imperator castra legioonm geminari vetat p. 93
Co. Domitius Aheoorbarbus cos. a. p. Chr. 32 p. 187
Cn. Domitius M. f. Calvinus cos. a. u. 701. 714 p. 215
Domitia Calvina p. 64, 5. 65
Alb. Duerer p. 269
Dyoamis Pharnacis filia p. 272. 274
elementa vocabulorum Latinorum Graecis litteris reddita p. 144. 285 sq.; cf. litterarum forma
Ephesus p. 209
Etruria: praetor Etruriae p. 213; iuratus ad sacra Etruriae p. 213— alphabeta Etrusca p. 220 sq.
Felicis Feliciani studia in litterarum forma emeodauda posita p. 255—268
feminae consecratae p. 200
flamioes proviociarum p. 202. 203. 213 — flamooium, non flaminium p. 221 sq. Cf. sacerdotes
M. Flavius T. f. Postomus p. 128 sq.
T. Tlavius Vespasiaoos p. 226 sq.
Nic. Floreotius p. 73
formulae sollemoes Latinae a Graecis redditae p. 244
Fortunae muliebris sacrum, aedes p. 234. 235
forum Romanum lapidibns stratum p. 231
Galatiae templum Aocyrae exstructom p. 212 — κοινὸν τῶν Γαλατῶν p. 212 — Γαλατάρχης p. 208. 212
Galerii memoria damnata p. 126. 128
Galliae tres p. 203. 204. 206
Galliae Belgicae sacerdotes p. 205
Galliae Lugdunensis sacerdotes p. 204
Galliae Narbonensis sacerdotium p. 203. Cf. Aqoitania
Gepaepyris regioa p. 277
Germaniarum coodicio, sacerdos p. 206 — Germanica Caracallae expeditio p. 134
Glaphyra Archelai Cappadociae regis filia p. 277. 278
Graeciae civitates Romaois stipendiariae p. 294 — Graeca documentorum Romaoorum publicorom versio p. 284. 285
Graecostasis p. 240
Gruteri Guteosteniaoa suspecta p. 68. 69. 75 — Metelliana a Goteostenio suppeditata p. 69—72. 75

— Ursiniana per Gutenstenium missa p. 73—75 Cf. Mazochianum corpus
Leonhardi Gutenstenii fides p. 68—74; eius interpolandi ratio p. 75
Haliartus oppidum bello Persei regis oppugnatum p. 290 sq.
Hipponiensium regio *v.* Africa
Hispaniarum concilia, sacerdotia p. 200. 201 — Hispani praetorem in ius vocantes p. 297
honores minores in titulis praetermissi p. 132
Honorius imperator p. 122
A. Hostilius L. f. Mancinus cos. a. u. 584 p. 282. 287
Iani aedes p. 231
Iconium oppidum Polemoni datum p. 274
Illyricum Romanis stipendiarium p. 294
imperatorum nomina in titulis erasa p. 126 sqq. — salutatio imperatoria p. 108. Cf. candidati imp.
iniuriarum actio *v.* actio
Italia in regiones divisa p. 141. 213 — correctores Italiae p. 138—141 — vicarius Italiae p. 141
Iuba Mauretaniae rex p. 276. 277
Iucundus *v.* Carpensis cardinalis
iudex ex delegatione cognitionum Caesarianarum p. 137 sq. — iudex arcae Galliarum p. 206
C. Iulius C. f. Scapula p. 242. 245
Iulia Augusti filia p. 57. 146
Iuniorum Silanorum stemma p. 65 — eorum cum Claudiis patriciis Manliisque Torquatis affinitas p. 66 sq. — Iunii Silani aetatis Augustae p. 60 sq. — Silani Gaetulici p. 65
M. Iunius D. f. Silanus procos. Asiae a. u. 678 p. 151
M. Iunius M. f. D. n. Silanus, eius filius p. 151
M. Iunius Silanus, eius filius, cos. a. u. 729 p. 60. 151
L. Iunius C. f. Silanus cand. cos. in a. u. 733 p. 60
C. Iunius C. f. Silanus cos. a. u. 737 p. 60
C. Iunius C. f. M. n. Silanus cos. a. p. Chr. 10 p. 60
M. Iunius C. f. Silanus cos. a. p. Chr. 15 p. 60
D. Iunius Silanus, eius frater p. 61
M. Iunius M. f. Silanus Torquatus cos. a. p. Chr. 19 p. 61. 187
M. Iunius Silanus cos. circa a. p. Chr. 27 p. 61
C. Appius (Iunius) Silanus cos. a. p. Chr. 28 p. 58. 59. 61
M. Iunius M. f. M. n. Silanus cos. a. p. Chr. 46 p. 57. 62
L. Iunius M. f. M. n. Silanus Torquatus praet. a. p. Chr. 48 p. 57. 62
D. Iunius M. f. M. n. Silanus Torquatus cos. a. p. Chr. 53 p. 63
L. Iunius Silanus Torquatus, M. Silani cos. a. p. Chr. 46 filius, p. 63. 64. 65
L. Iunius Silanus ignotus p. 64
Iunia Calvina p. 60. 64. 65
Iunia Claudilla p. 65
Iunia Lepida p. 63. 65
Iunia Megiste Zenonis Suniensis f. p. 109 sq.
Iunia Torquata p. 65
Iunonis reginae aedes p. 237. 238
Iupiter: Iovis feretrii aedes p. 236 sq. — Iovi libertali aedes a Graccho exstructa p. 237 — Iupiter tonans ab Augusto consecratus p. 237
iuratus ad sacra Etruriae *v.* Etruria
iuridicus per Aemiliam et Liguriam p. 130. 131. 134
Iuturnae lacus p. 230
Iuventatis aedes in circo maximo p. 237
Καππαδοκάρχης *v.* Cappadocia
Κιλικάρχης *v.* Cilicia
κοινὸν τῆς Ἀσίας, κοινὸν τῶν Γαλατῶν v. Asia, Galatia
Κρητάρχης *v.* Creta
Larum aedes p. 237
legatus Aug. pr. pr. ad corrigendum statum liberarum civitatium p. 139. 246 sq. 249 — Cf. Africa, Pannonia inf., legiones
legiones: I Parthica p. 98; II Italica p. 99; III Augusta p. 96; IIII Flavia translata in Moesiam superiorem p. 88; XIII gemina Apulum translata p. 88; XIIII gemina Carnuntum translata p. 99; XV Apollinaris Carnunto abducta p. 99 — legionum Pannonicarum seditio p. 82 — legio-

num castra geminari vetita p. 93 — legati legionum sublati p. 102 — tribunatus legionis omissus p. 129. 132. Cf. praefectus legionis
liberales causae v. praetor de liberalibus causis
Libertatis atrium p. 237
Liburnia v. Delmatia
Licinii Crassi cognomen Frugi adsumunt p. 145
P. Licinius Crassus cos. a. u. 583 p. 298 not. 1
M. Licinius M. f. Crassus cos. a. u. 724 p. 106. 107
M. Licinius Crassus cos. a. u. 740 p. 145
M. Licinius Crassus cos. a. p. Chr. 14 p. 145
M. Licinius M. f. Crassus Frugi cos. a. p. Chr. 27 p. 143. 145. 146. 150
(Licinius) Crassus Scribonianus, eius filius p. 147 sq.
M. Licinius Crassus Frugi cos. a. p. Chr. 64 p. 147. 150. 227
Licinia Magna p. 148
litterarum formae p. 78; litterarum Romanarum quadratarum forma saec. XV restituta p. 255—269. Cf. elementa Latina
litterae commendaticiae a senatu datae p. 298
Liviae templum ab Asia prov. exstructum p. 209
Livius Polybium male corrumpens p. 290. 294
C. Lucretius praetor a. u. 583 p. 280. 283. 287. 290. 295—298
ludi v. ἀγῶνες σεβαστοί
Lusitaniae prov. sacerdotium p. 201
Lycaonia Polemoni tributa p. 271. 274
Λυκιάρχης p. 208
m instrusa ante *b* vel *p* p. 286
Maarcus scriptura p. 286. 287
Macedonia Romanis stipendiaria facta p. 294
magistratus populi Romani in ius vocati p. 296. 297
Q. Maenius T. f. pr. urb. a. u. 584 p. 279. 282. 287. 292
Manliorum Torquatorum cum Iuniis Silanis affinitas p. 65. 66; Manlii Torquati exstincti *ibid.*
A. Manlius Torquatus p. 151
T. Manlius Torquatus cos. a. u. 589 p. 66
L. Manlius L. f. Torquatus pr. a. u. 705 p. 66
T. Manlius T. f. Torquatus p. 66
C. Marius Marcellus p. 253
Matris magnae aedes p. 237
Mauretaniae regnum Iubae datum p. 276 sq. — Mauretaniae provinciae flamen p. 213
Maxentius invictus et perpetuus Augustus 216; devictus p. 128
Maximiani Herculii nomen erasum p. 126. 127
Maximini nomen erasum p. 127 sq.
Mazochianum corpus p. 70. 71
P. Memmius Regulus cos. a. p. Chr. 31 p. 110 sq. 219
Mercurii aedes p. 232
Ioh. Metellus p. 67. 69. 70. 72. 75. 76. Cf. Gruterus
Minervae aedes in Aventino p. 236. 237. 238 — Minervae Captae aedes ad Caelium p. 238. 239
L. Minicius Natalis iun. p. 251 sq.
Mithras deus v. patres Mithriaci
Moesia superior v. legio IIII. Flavia
P. Mucius Q. f. Scaevola cos. a. u. 579. p. 280. 288
natales templorum p. 232. 233. 235
ναυαρχίδες appellatae civitates p. 245 sq.
Naupactus Aetolorum oppidum p. 298
nomina gentilicia bina hominum Graecorum p. 244 n. 4 — nomen brevius e plena denominatione effectum p. 142
Numidiae prov. flamen p. 213
T. Numisius T. f. p. 279. 288
nummorum feriendorum ius subditis regibus a Romanis concessum p. 277
nundina consularia ante Domitianum p. 187—194; imperante Domitiano p. 194; aetate Nervae et Traiani p. 194. 195; nundina cons. saeculo p. Chr. altero p. 195—197; nundina cons. saeculi tertii p. 197 — nundinorum consularium saeculorum p. Chr. priorum trium laterculus p. 199
Nymphae p. 230
Octavia gens. p. 113
P. Octavius P. f. p. 112—114

C. Octavius Appius Sabinus cos. a. p. Chr. 214 p. 130—143
Octavia Claudii imp. filia p. 57
officiales v. praefectus castrorum, legionis
Olbiensium dynastes p. 275
Ops Consivia, Ops opifera 229
Lucas Pacinolus p. 255—267
Παμφυλιάρχης p. 208
Pandosia Bruttiorum p. 289. 297
Pannoniarum sacerdotia p. 207 — legatus Aug. pr. pr. Pannoniae inf. p. 141 sq. — legionum Pannonicarum seditio p. 82
Parthicum Antonii bellum p. 273 sq.
patres Mithriaci p. 217
patronus ingenui p. 56
Pax Augusta p. 233 — templum Pacis a Vespasiano exstructum p. 120
Penatium aedes in Velia p. 237
Pergamus p. 209
Perseus Macedoniae rex p. 290; bellum Persicum v. Boeotia
Philadelphia Asiae oppidum p. 209
Phocis p. 283
Φοινικάρχης p. 208
φρουράρχος p. 92
Pia dea p. 218
pilis vitreis lusus p. 56
Polemo Zenonis f. rex Ponti p. 271. 272. 274. 275
Polemo ultimus rex Ponti p. 271. 276
politor p. 297
Polybius emendatur p. 290
Polycarpi episcopi martyrium p. 211
Cn. Pompeius Magnus, Crassi cos. a. p. Chr. 27 filius, p. 147 sq.
Sex. Pompeius Sex. f. Maximus p. 217
Pomponius Bassus cos. ord. a. p. Chr. 258. 271 p. 139
Pontus Polemoni datus p. 274 — reginarum Ponti condicio p. 271 — Pontus in provinciae formam redactus p. 276 — Ποντάρχης p. 208
pos pro post p. 78 sq.
praefectus aerarii militaris p. 129
praefectus alimentorum p. 134. 138
praefecti castrorum ab Augusto instituti p. 104 — eorum munera officia dignitas p. 91—95. 105 — legionis nomen additum p. 104 — postea dicuntur praefecti legionis p. 103. 104 — praefectorum cast. officiales p. 88. 94. 105 — praefecti castrorum Aegyptiacorum p. 82 not. 90. 91. 94 — praefectorum castrorum conspectus p. 82—88. Cf. sacerdotia equestria
praefectorum legionis origo p. 102. 103 — eorum munera officia dignitas p. 102. 103 — eorum officiales p. 102 — praefectorum legionum conspectus p. 95—100. Cf. sacerdotia equestria
praenomina duo hominis unius p. 58. 59, 3
praepositus vexillariis p. 135
praetorum provinciae p. 287 — praetor in ipso magistratu in provinciam missus saec. urbis octavo p. 226 — viris praetoriis provinciam regentibus proconsularia iura concessa p. 226 — praetor in ius vocatus p. 297
praetor maximus p. 223
praetoris urbani absentibus consulibus officia p. 287
praetor inter cives et peregrinos p. 296 — praetor de liberalibus causis p. 133
praetor Etruriae p. 213
πρῶτος vocabuli honori additi vis p. 115
provincia v. concilia, sacerdotia
Pythodoris Ponti regina p. 270 sqq. — eius posteri p. 275
Pythodorus Trallianus p. 272. 273
quaestionis repetundarum origo p. 297
quinquatrus p. 231
quinquefascalium munus p. 129
quinquennales collegiorum p. 217
Quirini aedes p. 236—239 — eius sacra 231 sq. 240
M. Raecius pr. a. u. 584 p. 287
Raetia provincia legatum legionemque accipit p. 135 sq.
Regia incendio deleta refecta p. 215
repetundae v. quaestio repetundarum
Romae et Augusti templum p. 209
sacerdotia: sacerdotiis publicis populi R. consulatus in titulis postponitur p. 130. 136 — sacerdotia equestria p. 90. 102 — sacerdotiorum provincialium leges p. 201. 203. 212. 213; sin-

gularum provinciarum sacerdotia p. 201—213
sacra deorum a natalibus templorum profecta p. 232
Sardes p. 209.
Sardiniae sacerdotales p. 202
Sarmizegetusa *v.* Daciae
Saturni aedes p. 118. 119
Savaria *v.* Pannoniae
Scardona *v.* Delmatia
Gasp. Scioppius p. 67. 72, 4
L. Scribonius L. f. Libo cos. a. u. 720 p. 146
L. Scribonius Libo p. 146
L. Scribonius L. f. Libo cos. a. p. Chr. 16 p. 146
M. Scribonius Libo Drusus pr. a. p. Chr. 16 p. 146
Scribonia Augusti uxor p. 146
Scribonia eius filia p. 146
senatus absentibus consulibus a praetore urbano cogitur p. 287 — in aede Iani ad theatrum Marcelli non habebatur p. 231 — senatus consulendi et verba in eo faciendii ius p. 292
senatus consultorum forma p. 284— senatus consulta Graece scripta p. 283. 284. 285. Cf. tribus, litterae commendaticiae
Seneca emendatus p. 147. 227
Ti. Sennius Sollemnis p. 205
M'. Sergius a. u. 591 legatus in Graeciam missus p. 288
M'. Sergius M'. f. p. 288
M'. Sergius M'. f. Silus p. 288
Severi Caesaris nomen in titulis erasum p. 127 sq.
sevir turmarum equestrium p. 131. 132
Siciliae provinciae commune p. 202
Smetii sylloge p. 72 sq.
Smyrna p. 209
sociorum populi R. in Capitolio sacrificandi ius p. 295
Spes vetus Romae regio p. 218
stipendiariae civitates saeculo urbis sexto p. 293. 294
στρατηγὸς ὕπατος p. 223—225
στρατιάρχης p. 87
Suetonius explicatur p. 66. 67
C. Sulpicius a. u. 591 legatus in Graeciam missus p. 288
sutor p. 218
suus contra antiqui sermonis severitatem addi coeptum p. 80
Συριάρχης p. 208
templorum natales *v.* natales
Tarracone Augusto templum exstructum p. 200. Cf. Hispaniae
Terra mater p. 218
theatrum Marcelli p. 231
Thebani bello Persei regis p. 290
Thespienses bello Persei regis p. 290 sq.
Thisbarum Boeotiae oppidi bello Persei regis condicio p. 278—282. 287. 289. 290. 291—295. 297. 298 not. 1 — senatus consultum de Thisbaeis p. 279—283 — legati quinque missi ad res Thisbaeorum ordinandas p. 292
Thraciae rex p. 271. — Thracia provincia Romana p. 207
Tingis p. 123
Togatenses p. 217
traiectus, treiectus p. 217
Q. Trebellius Q. f. Rufus p. 203
trecenarii primipilis dignitate pares vel proximi p. 101
tribunatus plebis et tribunatus legionis omissi p. 129. 132
tribus in monumentis publicis antiquioribus nomini adscripta p. 289
tributum *v.* stipendiariae civitates
Tripolis Phoenices p. 245 sq.
Tripolitanae provinciae concilium p. 212. 214
triumvir monetalis p. 252 — triumvirorum auro argento aere flando feriundo appellatio Graeca p. 243 sq.
Tryphaena regina p. 277
Tuscia: coronatus Tusciae et Umbriae p. 213
tutore auctore et *per tutorem auctorem* p. 228
u vocalis in nominibus Latinis a Graecis per *ου* et *ο* expressa p. 144
M. Valerius Romulus, Maxentii imp. filius p. 216
Horatius Vallaeus p. 67. 70
Velia *v.* Penatium aedes
Vespasiani aedes p. 118. 119
Vestalis virgo, *ἱερὰ παρθένος* p. 108
vexillarii *v.* praepositus vexillariis
viae urbis sterni coeptae p. 141
via Latina p. 133. 134. Cf. cura viae Latinae
viatorum collegium p. 80
Sex. Vibidius Virro p. 109
Vibidia eius filia p. 109

vicarius Italiae p. 141 — vicarius urbis Romae p. 141
Vipstanus Messalla trib. mil. bello Vitelliano p. 250
L. Vipstanus Messalla, Vipstani Messallae f., cos. ord. a. p. Chr. 115 p. 250 sq.
M. Ulpius Traianus pater imperatoris p. 188
Umbriae sacerdos p. 213 — coronatus Umbriae et Tusciae p. 213
vocalium longarum apud Latinos geminatio p. 286
Volcanal v. Vulcanus
Fulvi Ursini collectanea p. 73. 74. 76
Ursus togatus pilicrepus p. 56
Vulcani aedes, sacrum p. 230. 231 — Volcanal p. 230. 240
υἱός ad patris nomen additum vel omissum p. 288
Zeno rhetor Laodiceuus p. 270. 274
Zeno Polemonis et Pythodoridis f. p. 270 sq.

Formis Academicis (G. Vogt).